BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 A
19

TANCREDI

IVRISCON=
SVLTI AC GLOSSATORIS VETVSTISSIMI, DE ORDI-
ne Iudiciario libri Quatuor.

A Petro Saluno Aquilio Iuris Ciuilis & Canonici Doctore innumerabilibus, quibus ſcatebant, mendis repurgati, & manuſcriptorum librorum fide integris ſæpè periodis aucti: nunc demùm è tenebris in lucem vocati.

CVM NOTIS, SVMMARIIS, ac proœmijs eiuſdem.

Ius quidem in ciuitate eiuſmodi eſſe debet, quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia, neque emendari cautione, neque retardari negligentia poſsit.

COLONIAE
Apud Ioannem Birckmannum, & Wernerum Richwinum.
M. D. LXIIII.

Cum Gratia & Priuilegio Caeſ. Maieſt. ad decennium.

A.19
13.20
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ILLVSTRIS-SIMO PRINCIPI ELECTORI FRIDERICO A VVEDA ARCHI-epiſcopo Colonienſi Pet. S'alúnus Aquilius S. P. D.

VETEREM hunc iuris-Pontificij authorem, nunc quidem renatum, & à ſitu interituq; vindicatum, in tuo (id eſt, ſapientiſsimi ſimul ac religioſiſsimi Præſulis & Principis mei) nomine decuit apparêre: non tantùm, quòd eiuſmodi munere perſonis & temporibus accommodatò, præclaram iſtam tuam virtutem, & plurimarum maximarumque rerum cognitionem imprimis dignam cenſerem: ſed vt in publica gratulatione

votis fœlicitati tuæ nuncupatis, atq; adeò in ipſo imperij tui ingreſſu (cùm omnes omnium municipiorum populi ad portas effuſi auſpicatò te Principem excipiunt) grata communis gaudij memoria perpetuum in te ſtudium, officium, obſeruantiam, & propenſiſſimam voluntatem erga te meam, non quidem quo velim ac debeam, literato, ſed quo poſſum hoc tempore, literario monumento declararem. Vſus igitur occaſione, quæ in manibus erat, hoc quicquid ſtudij contuleram in hos libros, putaui ad te eſſe mittendum: eoq́; libentiùs, quando quidem non ſine magna animi voluptate te in iſtac prouincia iudiciorum emendationem cogitare accepimus: ad quam ſi quis alius, certè Tancredus, huiuſce noſtræ praxis forenſis velut parens, non parum adiumenti allaturus mihi videtur,

tur, ſi reformare, hoc eſt, ad formam priſtinam & veterem integritatem, ſeueritatemq; reuocare iudicia volumus. Quod tandem, ſi vnquam controuerſiarum exitum inueniemus, factu opus eſſe, vt ego non dicam, quis omnium mortalium non intelligit? Et verò quàm latè pateat in omnes Reipub. partes eius vtilitas, politicis & literatis hominibus ratio, illiteratis vſus, plebi res ipſa demonſtrat. Neque dubium eſt, vera dirimendarum litium ratione neglecta, vinculũ diſſolui non modò iudiciorum, ſed etiam vtilitatis, vitæq; communis. Ideóque in hac præſenti iuris, atque iudiciorum deformitate, cùm tu ſubitò propè iam confectam ac proſtratã Rempub. tuis humeris extuliſti, nonnihil ſubiecti tibi populi reſpirare cœperunt: & freti prudentia tua, & grauitate

cum ſumma humanitate coniũcta, fo-renſem diſciplinam ad collocandum aliquem Reipub. ſtatum neceſſariam, te authore conſtitui oportere putant, ſimulq́; in te firmum ſibi præſidium aduerſus iniuſtitiam atq; vim omnem collocant. Quarè tu omnium optimè ſentiens, quæ tibi prouincia delata, quæue religio iniecta ſit, ac in iſto mundi velut theatro videns omnium oculos in te eſſe conuerſos, in medio ſedens iuris iudiciorumq́; cuſtos experrectus, & inadulabilis, nec perſonarum, ſed æquitatis rationem habens, legum iuſſa exequêre: & maiorum familiæq́; tuæ exemplo prouinciales omnes, & nos, qui in tua cauſa, tua, inquam, iuriſdictione conſeruanda multos iam annos indigna patimur, tuebere: & iuriſdictionem ipſam iampridem conuulſam & labefactatam ad

æquabilem iuris rationē, & antiquam maturitatem, & vim, grauitatemque reductam, ab aduerſariorum inſultu propugnabis ac defendes. ita pro mortali conditione vitæ apud Deum æternum præmium, gloriam verò inter homines conſequêris immortalem.

PETRI SALVNI AQVILII PRAEFATIO AD LECTOREM.

AMice Lector, cuius ego honeſtis ſtudijs libenter profiteor me debere ea quidem quæ poſſum, omnia: quoniam fortaſsè libri huius aditus plæriſq; hebetiore aut molliore greſſu, inæqualior, difficilior, & aſperior videbitur, minuſq; à fronte, quàm in receſſu habet, ſplendoris in animos hominũm transfundere: vt tibi velut in gradibus aliquod methodi lumen præferam, principiò conſilium tibi meum, quo & iſtum recognoſcendi laborẽ ſuſcepimus, & editionem ipſam adornauimus, patefacere: ac deinde rationem tractandi, qua cumprimis author inter ſui ordinis homines enitet, explicare decreuimus. Equidem, cùm de philoſophiæ & iuris prudentiæ ſcholis egreſſus, ac in forum deſcendens, euoluo paſsim omnes rei iudicariæ ſcriptores, qui cum fructu, & aliqua temporis vſura legi poſſe videbantur, reperio tandem caſu (vt fit) Tancredum hunc noſtrum

ſtrum in angulis, vt ita dicam, latitantem: qui mihi ſanè, & quòd ad incorruptam illam rerum hominumq́ue ętatem propius accederet, & fontium, vnde iudicia noſtra deduximus, non ſolùm deriuator, verumetiam ſcaturigo quædam eſſet: præ cæteris valde placebat. Vnde incitatus lectione ipſa diligentiùs intueor atque confero exemplar iſtud Argentorati quidem ſemel edi cœptum (ſed infęliciſsimè) ad tria alia, quæ eo tempore habebam, manuſcripta. Quorum vnum, idq́ue accuratè manuſcriptum, mihi erat continua ſucceſſionis propagine velut per manus traditum à clariſsimo viro Goſuino Saluno abpatruo meo, dum vixit conſiliario Archiepiſcoporum Colonienſium Friderici & Theodori, atque huius prouinciæ iuridico, quem vulgò officialem nominant. Is enim poſt annum Chriſti M. CCC. LXVIII. in Italiam ſtudiorum cauſa profectus, ac Bononię & Papię Baldi Peruſini nobiliſsimi iuris interpretis auditor, & Antonij de Butrio, & Petri Anchorani, aliorumq́ue doctiſsimorum virorum familiaritate vſus, multos Authores non ſine magno ſumptu vigilijsq́ue conquiſitos & deſcriptos ſecum in Germaniam

aduexerat..Verùm in ea, quam iam dixi, collatione deprehendo exemplar, quod commemoraui edi cœpiſſe, tot tantisque vitijs oppletum, & quaſi coopertum, vt genuinam authoris faciem agnoſcere vix potuerim: ita, vt ſatius, fuerit, librum vel in totum hactenus latère, quàm talem in oculos manusque hominum exire. Siquidem hinc eueniſſe puto, quòd author in diuturno obliuionis carcere retentus, ad extremum correctoris quoque adhibitis machinis fractus ac diſcerptus, & omnibus necdum ſui corporis partibus confirmatis emiſſus, lucem, quam diu non viderat, ferre nequiuerit, & typographi ab eo multitudine erratorum auerſi, fragmentisque deterriti, latius de eo diuulgando non cogitarint. Ego autem apud animum meum reputans, quantam maiorum diligentiæ gratitudinem, & ipſi antiquitati venerationem debeamus: nobisque curæ eſſe debere, eorum vt memoriam, ita & monumenta ab iniuria & interitu ad æternitatem conſeruare, ſicut optamus noſtra quoque ſcripta à poſteris religiosè conſeruata ſuperuiuere: & conſiderans à veteribus ea mandata literis, tamque limatè & exactè, quæ ſi fideliter atque ſeduló tueremur,

mur, nihil nos admodum ſpinoſas & inanes quorundam vulgarium interpretum argutias deſideraturos: quæ totiens recoctæ, & ex alijs repetitæ in eam immenſitatem excurrerunt, vt earum lectio nullius omninò humanæ vitæ capacitate concludatur. Quare vt aliquando mare illud immenſum enauigemus, cum delectu magis ſeruandũ modum, quàm copiam ſectandam, & melioribus (vt eſt Tancredus) in ſcholis atque foro retentis, in ijs ſtudium noſtrum omne conſumendum. Denique animaduertẽs furunculum neſcio quem, ex alienis aruis frugem ſibi feciſſe, & volumen ſanè grande, anno ſuperiori, in officina Ioãnis Operini ex hoc maximè Tãcredo, eo non tantũ diſsimulato, verumetiam ſuppreſſo procudiſſe: ne author quãtũuis bonus nepotũ, ac poſterorum ſocordia interiret, alijſq́; adſcriberetur: ſtatui non tam libenter, quàm neceſſariò, me ad laudem atq; decus incorruptæ vetuſtatis refugere hanc moleſtiam non debere. videborq́; fructum ingenij mei & laboris abundè percepiſſe, ſi ſtudium noſtrum in hac quam inſtituimus iudiciaria commentatione tibi ſaltem non improbari intellexero. Duo autem in corrigendo hoc, authore

thore obſeruauimus. Vnum, vt nõ ſolùm exemplar quod habebam, cum manuſcriptis, verumetiam ſingulas leges & Canones ad textum editum conferremus. Alterum, vt in margine libri ea quę ad expeditam authoris intelligentiam facerent adnotaremus. Nam & perpetua collatio veritatẽ lectionis eruere, & facilis & in confinio poſita explicatio lucem aliquã ſubiectis locis adferre, & lectori planam viam facere poſſe videbatur. Itaque cùm variè contextus initia hîc citarentur, ne rudiores ſeſe in his perquirendis fruſtrà torquerent: ea noſtris quibus vtimur iuris exemplaribus conformaui. & vbi textus hic adductus cum textu iuris edito diſsidebat & probabilis dubitatio ſuberat: tum ſaltem variam lectionem adnotaui: quò tibi & liberum hac in re iudicium, & doctiori cuique ſuas relinquerem coniecturas. non quòd iſtud exemplar per omnia probem, & editis iuris libris præferam: ſed quia nullum eſt ita deprauatum, in quo non licet aliquid, quòd melius ſit, inuenire: & hinc etiam (quod ſit extra metas corporis iuris, atque ita extra inſidias corruptorum longius poſitum) colligi poſſe exiſtimem, nouos plærosque emendatores textui iu-

ris

ris Pontificij inſcitas & temerarias manus adhibuiſſe. Titulos verò libri ſeu capita quod eſſent malè diſtracta, ꝑpter frequentem eorum in alijs locis allegationem: ex authoris ſententia, & Vvilhelmi Durandi, & Ioannis Andreæ, vt erant, ita reliqui. Non enim oportuit vbi ſcriptor ordine & cohærenter quid ſit res, quotuplex ſit, cui & aduerſus quem, quando, quomodo competat, & cauſam, & vſum, effectumq́; tradit: vllam partem imperiti coqui more confringere, & à coniunctis præter eius inſtitutum diuellere. hoc enim non eſſet diuidere, ſed frangere rem & fruſtratim diſcerpere. Tribus tamen (ni fallor) locis ob prolixitatem & quod commodè à præcedentibus ſecari poſſent, capita reliqui diſiuncta. In ſingulis porrò dictionibus & verſibus manuſcriptorum meorum ductu ſexcēta errata ſuſtuli, periodos confuſos diſtinxi, falſa reieci, aliena ſeparaui, tranſpoſita reſtitui, denique vitioſa emendaui, & magnas paſsim lacunas expleui & complanaui. Deinde ad annotatiunculas conuerſus, inueni quædam in margine manuſcriptorum addita eiuſdem planè vetuſtatis, ab authore (vt opinor) profecta, cùm quòd eundem morem in alle-

gan-

gando & tractando retinent, tum quòd nullius præterquã D.Ioannis mentionem faciunt. Ea igitur tibi bona fide totidem verbis reddidi. Tum etiam ipſe in toto opere ſummaria ſuo cuiq; loco adſcripſi: & plæraque obſcuriora notis ſubiectis illuſtraui: neque aliud in hoc genere toto à me propemodùm quæſitum eſt, quàm vt ea ſubinde, in quibus nonnihil deuiatum eſſet, notarem, carptimq́; colligerem, quæ & honeſtatem eruditionis próbarẽt, ac meliora præſertim ingenia iuuarent. His ita perceptis ad ſecundam epiſtolę partem veniamus, in qua de ratione docendi agendum eſt. Oratio doctoris, vt vides, eſt quotidiana, & quaſi pedeſtris, conueniens tempori atq; foro, & ſi ad præteritas illas tenebras reſpicias, etiam non inelegans. Materies quam tractat, & rerum ipſarum cognitio, iuris eſt. Ratio autem tractandi materiã rudem à Iuriſconſultis acceptam, tota dialectica eſt. De his ergo ſingulis cuiuſmodi ſint, breuiter videamus. Illud in confeſſo eſt, maximam optimarum ingenuarumq́; artium peſtem eſſe, quòd nihil ferè ſuo loco, ſed permiſtim traditur. Quemadmodum enim certa diſpoſitio rerum tractandarum, tanquam inſtructio mili-

militum, facilem in docendo, ſicut illa in pugnando parat exitum: ita eo ordine luxato aut prætermiſſo nil ſequitur, niſi cæca & horribilis rerum omnium confuſio. Sic multos videas non pauca mandare literis, ſed ſparſim, ſed temerè, nulloq; ordine, & quaſi per Satyram: atque tam obſcuros & inuolutos eſſe in docendo, vt interpretes egeant interprete. Hic autem ſcriptor & ordine & perſpicuitate & breuitate tam eſt admirabilis, vt ex omnibus alijs, qui ei in huiuſmodi argumento palmam hucuſq; præripuerit, viderim neminem. Neque temerè opinionum fluctibus ſeſe committit, neque remotas & longinquas quæſtiones arceſsit, ſed ex propoſito contextu emergentes paucis decidit, & relicta opinionum ſylua rem ipſam compendio conſectatur, res quaſq; diſtinctè & partitè leges legibus conferendo explicans firmiter iuris contextui inſiſtit. Inſuper caſus facti, in quibus pontifices conſulti reſcripſerunt, pleniùs hic cum reſcriptis exponit, qui hodie in decretalibus quod non extant, magnam pariunt obſcuritatem & incertitudinem. Cæterùm quamuis author noſter propius cæteris ad artem accedat (vt dixi) ſi tamen ſcripta eius ad benè de-

ſcri-

ſcriptæ artis normam exigantur: comperiemus profectò, quanquam non perſonæ vitio, ſed temporum, multa ad perfectionem etiamnum deſiderari. Philoſophi pręcipiunt rerum arte & ratione explicandarum vnam & perpetuã eſſe viam, vt à ſummis generibus ad intermedia, & hinc ad ſpecialia ęquabili progreſsione deſcendamus. Ideo poſtquam illi hoc libro propoſitum fuit de ordine iudiciario ediſſerere, cuncta eò referre, & ſæpius (vt rectè quidam monet) ad titulum libri reſpicere debuit. Senſiſſet procul dubio multa & neceſſaria deeſſe, & aliena commiſceri. Ac ne tota hęc diſputatio ſit ἀκέφαλος, ſubijciam ego obiter ſummorum capitum, in quibus vniuerſa iudiciorum vis cõſiſtit, exegeſim: vt deinceps ea poſsis ad hunc authorem accommodare. Iudicium mihi videtur nihil aliud eſſe (vt planiſsimè definiam) quàm cauſſæ in iure diſceptatio. Ordo iudiciarius eſt apta compoſitio partiũ in iudicio neceſſariarum. Is diſtribuitur in ordinarium, & extraordinarium: aut (quod idem eſt) in ſolẽnem & ſummariũ. Solennis eſt ordo, in quo omnes perfecti iudicij partes inſunt. Sũmarius ordo eſt, in quo obiter cognoſcenti neceſſariæ tantùm

tùm iudicij partes obſeruandę veniunt. Vnde intelligis ſummariam cognitionem iudicantis arbitrio diſpenſari, & pro temporum, hominum, rerumq́; conditione ac qualitate ſæpè variari. De ſolenni autem iudiciorum ordine præcipuè hîc agitur. Iudicij, de quo loquor, partes ſunt quinq;, quibus tota illius natura continetur. Vocatio, Actio, Probatio, Sententia, Executio aut Appellatio ex his vnum membrum facio: quia in fine cauſa in biuio verſatur vſque ad tertiam ſententiam: ne ſecundas & tertias, quas vocant inſtantias excluderem. In ius vocare eſt ad conſtitutum iuris experiundi cauſſa vocare. Actio eſt cauſſæ, & iuris in cauſſa latentis apud eum, qui cognoſcit, explicatio. Definitio hæc & factum, & ius cóplectitur. Vſus ſum verbo generaliore (cognoſcit) vt omnes omninò iudices comprehenderem: quia omnes iudices cognoſcunt, etiam qui ius dicit, ſi vim verbi ſpectemus, ſed nón omnis qui cognoſcit ius dicit: quia cognitionis aliæ quoq; ſunt ſpecies. Actio ex intentione actoris & defenſione rei conſtat: Vnde litis conteſtatio naſcitur. In defenſione latet exceptio, qua intentionem aduerſarij legitimè amouemus & excludimus. Vitioſum autem nunc

eſſet partem numerare in genere. Accedit quòd in contumacia,in confeſsione,&rebus manifeſtis aliquando exceptioni locus non eſt. Præterea cùm vna pars actionem non conſtituat, & reus excipiendo fiat actor:non quòd actoris,& rei perſona confundatur, ſed quia reus agit:etſi aliud agat reus excipiendo, quàm actor agẽdo, tamen cùm in eundem ſcopum intẽdant, vt pro ſe quiſque in iudicio obtineat: idcirco exceptio ſub actione comprehenſa, generale & ſeparatum ordinis iudiciarij mẽbrum eſſe nequit. Probatio eſt rei propoſitæ facta fides. Sententia eſt deciſio iudicis pronunciatione facta. Executio eſt ſententiarum, mandatorumúe legitimus effectus? Appellatio eſt ad maiorem iudicem prouocatio à ſententia, quam iniquè latam eſſe cõquerimur.Habes,iam lector, totam illam iudiciorum ſeriem per ſumma rerum faſtigia delibatam, at latiùs in ſuas ſpecies patentem,quæ ſi tibi nec ad Critolai libram expenſa,nec eleganti oratione contexta videbitur, meminiſſe debes, id quod in ſole multùm ambulantibus accidit vt colorentur,ſic & me per aliquot iam annos fori interpretumq; vulgarium conſuetudine labem cõtraxiſſe,quæ

ſatis

ſatis nondum cõfirmátis facilè aſpergi, & deinde cótraria meliorũ authorũ conſuetudine tandẽ elui ſolet. Quod ſupereſt, benigne lector, ne quis fortè ſuſpicetur me vel tantillũ cupere de cuiuſquam exiſtimatione decerpere, aut ſtudiosè quæ à Luca Schroteiſen iuris vtriuſq; Licentiato animaduerſa ſunt omittere, aut addita ex eo mutuari voluiſſe: ea de cauſa pręfationem eiuſdem ſimul edendam curaui. Vale.

AD CLARISSIMVM VIRVM VVOLFGANGVM AB AFFENſtein, &c. Principis Palatini Conſultorem primarium Lucæ Schroteiſen vtriuſq; Iuris Licentiati Præfatio.

TAncredi hic libellus vir clariſſime, iam ferè ad biennii ſpatium à me priuatim aſſeruatus, idcirco euulgatus huc vſq; nõ eſt, quòd putarim fieri non potuiſſe, quin tam præceliens, & ſuperioribus illis ſæculis Claſſicus author, inter hanc hòminum planè diuinam in aſſerendis vetuſtis ſcriptoribus perſpicatiam, ſimulq́; propagãdorum exemplarium facultatem, quæ per Typographiæ inuentum cõtigit, iamdudum in volumina innumera excreuiſſet: Vel ob eam deniq; cauſam, quòd hunc ipſum authorem Italici generis fuiſſe, multis ex argumẽtis non obſcurè deprehendi poterat: nec me clâm eſſet, quàm hucuſq; tranſalpinæ illæ Iuriſprudentium ſcholæ operam iñ gentilitiis ſuis authoribus reſtituendis, inipigrè nauaſſent: ita, vt prorſus aut iã olim formulis excuſum, me ignorante, alicubi extare, aut certè intra hoc prorogati temporis interuallum, ab alio, quàm meipſo, felicius prodit urum fore Tancredum hunc cõſiderem. Cæterùm cùm tali de euulgando interea Tancredo ſpe deluſus, inter continuas ferè amicorum appellationes, non tam moroſè à me hæſitari, quàm inuidioſè potiùs ſupprimi vtiliſſimũ autorem, querentium, de ſubterfugienda hactenus æditione, conſilium hoc meum perſtitiſſet, iamq́; tantùm nõ ad conuitia ſugillatores hi mei proceſſiſſent, nec tantopere quidẽ ab hac deſiderati Tancredi ſententia, & ipſe demùm diſſentire poſſẽ (Nihil enim in perquirendo vel apud doctos, vel quo-

rum

rum huius rei prima poterat eſſe notio, Lugdunẽſes Biblio polas eſt prætermiſſum) cùm vel inuito etiã, mutanda iam ſententia foret: Eò deniq; minus grauatè inſtitutum hoc ſum amplexus, quòd ex vniuerſis ferè, quos ætas noſtra in Iure practicos habet, maximè ſi ad compendium reſpicias, quem cum hoc autore merito conferre poſsis, non reperias. Siue enim vetuſtatem autoritatemq́;, ob quam, vt plurimum hodie commendantur autores, ſiue doctrinam, ſiue quæ præcipua Iuriſconſulti virtus eſt, in forenſibus cauſis experientiam requiras, in ſe totus hic autor teres eſt atq; rotundus. Nam vt paulò altiùs, quod de hoc Tancredo (Eſt enim & alius, qui de Corneto appellatur) compertum habemus, repetamus. Vixit hic autor ſub Honorio tertio, & Innncentio eiuſdem numeri Pontificibus, ita, vt ante trecentos & complures aliquot illum annos ſcripſiſſe coniiciam, quod colligo ex libro ſecundo huius proceſſus in formula libelli accuſationis, vbi numerus annorum, Pontificis, & loci nomen exprimuntur. Præterea in quarto libro ſub titulo, quæ ſententia ipſo iure nulla ſit, hiſce verbis magis expreſſè idem confirmatur, cum dicit: Hoc ſæpe factum eſt in ciuitate Bononienſi à peritis Doctoribus, & Papa in curia Romana, cum dominus Innocentius III. prolixas ferebat ſententias, &c. Quibus ipſe author de ætate ſua, ſi quis modo Pontificum Chronologias conſulere velit, ſatis clarè teſtatur. Præceptorem habuiſſe creditur Azonem, qui ſummam Codicis conſcripſit, quem paſsim in toto opere allegat. In primis tamen in titulo de libello rei vendic. vbi etiam audiuiſſe Azonem fatetur. Et audiui (inquit) dominum Azonem dicere, &c. Item, in capite de iuramento teſtium lib. 3. per eundem authorem ſumma Azonis nominatur, vt dubiũ de vero Azone eſſe non poſſit. Vocat & quendam Laurentium ſuum præceptorem libro quarto ſub titulo, quãdo competat reſtit. in integ. per hæc verba, per hanc legem dico cum Laurentio Magiſtro meo, & aliis magnæ opinionis teſtibus, &c. Præter legum &

canonũ autoritates A*zonis*,P*yllii*,*&* Ioã*nis*,*uetuſtiſſimo rum ſcriptorum teſtimoniis vtitur*. Accurſiũ *iuris ciuilis interpretẽ annos circiter uiginti præceſſiſſe creditur*. In*ter hunc enim &* Accurſium *duo tantũ* Romani Põtifices, Gregorius *nonus*,*&* Cœleſtinus *interfuerunt, cùm* Accurſius *ſub* Innocentio IIII.*vixiſſe legatur*.Speculator *tantũ huic* Tancredo *tribuit*,*vt ex ordine in præfatione ſui operis tertium eum faciat*,*qui ex antiquioribus* Iudiciarium *proceſſum tradiderit*. *Cui perinde ſubſcribens* Ioannes Andreæ *in annotationibus, in tantũ locupletior eſt teſtis veri* Tancredi,*quem exhibemus*, *vt præter ſummariã huius nominis mentionem*, *principiũm & partes inſuper huius libelli*,*recognoſcere dubius lector inde poſſit*. *Italũ autem fuiſſe cùm ex hìc allegatis aliquot locis argui poteſt*, *tum ad fidem facit præcipuè*,*quòd multis in locis* Italiæ,*& potiſſimũ* Bononiæ *cõſuetudines allegat*,*vti ſit in ſi.tit.de effectu recuſationis lib.2.& lib.3.de iur. calumniæ*.Licet *&* Galliæ *non rarò fiat mentio*.Iam *vero*,*quòd ad doctrinam deq; præſenti libello iudicium attinet*, *tribus potiſſimùm de cauſis antecellere in hoc tractatus genere hic autor videtur*.Primùm *ob* Methodi *rationẽ*: *Deinde certitudinem allegationum*: Poſtremo, *quòd in iis ipſis allegationibus tantùm poſteriora*, *adeoq; quibus non ſit derogatum*,*iura ſequatur*.Nam *in* Methodo, *quæ cùm in reliquis omnibus diſciplinis principatum*, *tum verò in hac propter ſtudii huius difficultatem*,*multò magis obtinere debet*, *quid autor hic præſtiterit*, *præterquàm quod vbique lector animaduertere poterit*, *habet ad id tamẽ peculiari induſtria pertractatos*, Teſtium *& ſententiæ diffinitiuæ locos*,*quos in tantum autor hic illuſtrauit*, *vt non dico rectè tradidiſſe*,*ſed ne intellexiſſe quidẽ ſatis alios dixeris*,*ſi eorum ad præſentem tractatũ traditiones contuleris*.Cùm *enim ea fori partes per vniuerſum ius*, *nòn tantùm ob materiæ ipſius*,*opinionumq; deſuper excogitatarum multitudinẽ*, *ſed & infinitas quoque factorũ ſpecies*, *ſint impediſſimæ*,

adeò,

adeò, vt quo ad prius illud, de Hadriano etiã Cæſare ad-huc in Pandectis legatur. Teſtibus ſe nõ teſtimoniis creden-re, &c. notus eſt locus. Autor hic vnius Methodi artificio vniuerſum hoc negotiũ ita tẽperauit, vt ex tã tenebricoſa paulò antè cõfuſione præter lucidiſſimã eius rei exegeſim, reliquũ nihil permãſerit. Quemadmodũ ex aptiſſima titu lorũ, ſiue Rubricarũ huius tractatus diſpoſitione facilè ap paret. Nec in reliquis ſui eſt diſſimilis. In allegationibus autẽ cùm ob duas potiſſimũ rationes cæteri Iuris interpre tes imprudenti plerunq; lectori os obliniant, primùm, quia non ex ipſis fontibus, ſed aliorum potiùs Cõmentariis, qui vt plurimũ corrupti extant, ſuas citationes petũt: Deinde vt vel nihil eo nomine peccetur, tamen quia citra iudiciũ, & ad ſpeciẽ plerunq; tantũ accõmodata, producũt, falle-re vtiq; haud nõ poſſunt: noſter hîc tam longè ab hac cul-pa abeſt, vt ipſa textus verba, non contentus legũ exordia adſcripſiſſe, quæ ad rem faciant, ferè vbiq; ſubiiciat. Ita, vt vel mediocriter in iure verſatus, licet detractis capiti-bus allegationũ, facile tamen ſuas ſingulis titulis allega-tiones reddere poſſit, adeoq; non tã laborem de nouo inue ſtigãdi effugere, quã emolumentũ potiùs, memoriã ea le-ctione confirmandi, inde accipere: quod quantũ iuris ſtu-dioſo adminiculũ ſit, ſi probè ſibi in allegando autor con-ſtet, nemo ignorat. Cæterũ quod de Iuris delectu in allegã do diximus, palã eſt apud alios ſæpiſſimè fruſtrà ingentes ſuſcitatum iri controuerſias, dum pleraq; abolita & anti-quata, paſſim, citra diſcrimen pro authenticis allegari vi-demus. Vt ex multis unũ adducamus tantũ, quoties de Ap pel. titulus, Codice, à practicis noſtris temporis citatur? Et tamen Cynus ex vniuerſo eo titulo vnicã duntaxat legẽ, quæ viribus non ſit euacuata, ſupereſſe affirmat. Nec eſt hoc tantũ in iis libris, de quibus manifeſtè temporũ diſcri mina teſtantur, ſed & in his ipſis quoq; iuribus, quæ vni eidemq; corpori incluſa, ſimul vno eodemq; tẽpore adproba tionẽ, cõfirmationẽq; ſui acceperũt. Quo in genere non me

 do de-

dò doctrinā huius authoris, ſed multò magis indefeſſæ lectionis ſtudia, ex præſenti libello, mirabere, ſi præter communia hæc, ipſorū quinq; decretalium quoq; librorum, rem quæ omnibus Canoniſtis plurimū fecit negotii, infinitas ſubinde cōtrouerſias hac diſtinguendi conditiōe, cōpoſitas ſopitasq́; videbis, dum has nouas, illas autem veteres eſſe decretales demōſtratur. Vt profectò non parū lucis vniuerſo iuri Canonico hic autor intulerit, ſi ſaltem eas decretales, quas nouas ſparſim appellat, inde annotaremus, vt in prōptu hæc cōciliandi ratio, ſi qua pugnantia inciderent, conſtare poſſet. Et vt ſemel dicamus, ex hoc authore quicquid ferè omnino ad iudiciariū ordinē pertinens, apud reliquos hodie interpretes habemus, mutuatū deſumptumq́; videtur: primū, qui ceu huius libelli Paraphraſtes eſt, per Speculatorem ipſum, deinceps & reliquos, qui ſubiere, huc vſq; diuulgatū. Cum itaq; vir magnifice hunc in modū Typographis Tancredum cōmittere decreuiſſemus: Iamq́; de patrocinio noſtrorū in hac parte conatuū cogitandū eſſet, tua nobis cōmodiſſimū Strenuitas nō tam ex nudo quodā delectu, quem habuerimus, quàm neceſſitate quadā, quod ita officio cogente fieri oporteret, ſeſe obtulit. Cùm enim libellum hunc ex Bibliotheca chariſſimi quondā auunculi mei D. Lucæ Paliuri Epiſcopi Baſilienſis Cācellarii, quem vtique virū tu, omnesq; boni, non ſolū in hac iuris profeſſione præcellentem, verùm etiā in omni humanarū actionum genere, omnino quantū in politicū, reiq; publicæ natū hominem cadere poteſt, piū, grauē, induſtrium, ac ſummæ denique authoritatis fuiſſe cognouiſti, hæreditariū habeamus, isq́; tuæ ſtrenuitati familiaritate fuerit cōiunctiſſimus, per hac, quaſi gradu facto, amici hoc beneficiū, quod iuris ſtudioſis confertur, & amico, & cenſori, patronoq́; huic tutelari muneri aptiſſimo, tibi inquā, dicare conſentaneum iudicauimus. Siue enim autoritatem, qua à ſiniſtris hominū iudiciis conatus hoſce noſtros vēdicabis, ſiue calculum & doctrinā, quaſi erratū fuerit, caſtigabis, exe-

gerimus: In hoc iuriſconſultum, vt exercitatiſſimũ, ita & doctiſſimũ; in illo nobiliſſimũſtrenuiſſimũq; equitẽ aſſertorem habebimus. Nec enim tuarum uirtutum præconium texere hic locus eſt, ſaltem vt cauſſã noſtram in tali Mecœnate prædicando agamus, quid quæſo ad vitæ illius decora adiungi ampliùs queat, qui ſplendida maiorũ proſapia natus, belli pacisq; ſtudiis exercitus, nobiliſſimo ex vetuſtiſſimo Cimbricorum Comitũ genere, cõiugio illuſtratus, honeſtiſſimis liberis auctus, re familiari iuſtructus, ea denique apud vniuerſam Germaniam authoritate eſt præditus, vt vnus multorũ Principũ conuertere quò velit, moderariq; conſilia dicatur. Proinde & tu, & maiores tu i feliciter Platonicã hanc doctrinã amplexi eſtis, bene eru diti viri, probi euadent, probi autem facti tum hoſtes pugnando vincent, tum cætera bene agent. Ita incunctanter tua vota ſecutus euentus: primùm in bonis artibus mox eò euaſiſti, vt annum vixdum vigeſimũ primum egreſſus, poſtquam inſignia, quæ vocant doctoralia, inſtinctu nobiliſſimorum virorum Ioannis de Morſsheim, & Philippi de Geldeneck, tuorum conſanguineorũ, aſſecutus eſſes, iamq; à Theorica illa ad Practicam Iuriſprudentiam conuerſus, vbi totius Romani Imperii cauſarum moles agitatur, Cameræ Iudicium accedens, breui non auditor modò, ſed & diſertiſſimus fori patronus effectus, togatam ibi militiã, ſumma cum laude laborantium ſpem, vitam, & poſteros (vti Leonis habet conſtitutio) defendens, peregiſti. Deinceps tranſitu ad armatam quoque facto, cum omnes mox iuſtæ militiæ partes egregiè abſoluiſſes, adeoq; à Diuo Carolo Imperatore aurata Equeſtri militia condecoratus redires, dux turbulentiſſimo, quod in Eburonibus: per eius gentis Ducem, contra Illuſtriſſimum Principem Palatinũ Traiectẽſis Eccleſiæ præſidem mouebatur, bello præfectus, qua magnanimitate quibusq; belli artibus per continuũ ferè biennium vniuerſos eos motus ſuſtinueris, non modò celeberrima Traiectorũ vrbs à te fortiſſimè expugnata,

totq́; captiuorum nobiliſsimorum redempta capita: Sed & Cæſarianæ ditiones, Dauentria, Naualia, omnisq́; circumiecta regio, à te ſtrenuiſsimè & defenſa, & conſeruata, in perpetuum teſtabuntur. Quid quòd in omnium grauiſsima illa expeditione, cùm Turcarum Imperator arma bis Pannoniæ ſuperiori intuliſset, in qua non modò Germaniæ, ſed & totius Europæ ſalus periclitabatur, breui tu ad eas belli rationes adminiſtrandas iam ſecundo ex vniuerſa Germanici nominis militia, Cùm paucis potiſsimùm conſiliarius ſelectus, ingruentem patriæ noctem depellendi autor extiteris? Eſt certè, eritq́; id omnium tuarum virtutum, quo vel vnico innumeros aliorum triumphos facilè adæquabis, nunquàm intermoriturum elogium. Nec iam quidem cum merito militarium vacationem munerum obtineas, minus hac conditione, ocioſus, quàm bello antea occupatus, Reipublicæ commoditatibus inſiſtis, dum Illuſtriſsimo Principi Friderico, Electori Palatino, tanquam Neſtor quidam alter, ex veterano & emerito nouus conſiliorum Anteſignanus effectus, latus ſubinde claudere ſoles. Sed longiùs me tuarum laudum impetus, quàm vt præfationi conueniat, abripuit, ad finem properemus. Fuit igitur reuera, hoc euulgandi Tancredi factum, non vti per tranſennã duntaxat intuenti ab initio videbatur, in progreſſu quoque leuis aut exigui laboris opus. Sed primum, cum ipſum exemplar penitius introſpicienti vndiquaque hiulcum, & deprauatum appareret, eò quòd characterum, ſiue ſcripturæ autor, quid in ſcribendo egiſset, non ſatis intellexerit, & ad hæc, vti poſt authenticum fieri ſolet, ipſo temporis tractu exemplariumq́; propagatione, Legum, Canonumq́; capita, præter alia inſuper accedentia vitia, eſſent vt plurimum mutilata, inuerſeq́; poſita, vt omnino niſi errores erroribus de nouo accumulare vellemus, neceſſarium fuerit tum ab his, tum ab aliis perinde emergentibus cicatricibus, & neuis in publicũ proditurum vindicare. Cùm itaq; in hoc continuum bimeſtri tempus impendiſ-

pendiſſemus: primum fuit omnes leges & canones, qui in toto opere allegantur, inquirere, & ſicubi erratum fuerat, quoad fieri poſſet, fideliter reſtituere, vbi nunquid operæ precium fecerimus iudicare poterunt, qui Archetypum ipſum plus quàm in trecentis locis à fœdiſſimis mendis repurgatum agnōſcent. Deinde cùm pleraq; ex ſcriptoris incuria ceu ſcopæ, vt dicitur, diſſolutæ cohærerent, neceſſarium erat, & huic malo non deeſſe. Poſtremò quod omnium erat laborioſiſſimum, cùm ſcripturæ antiquæ genus eſſet, & ob frequentes literarum ſyncopas omnia forent impeditiſſima, ita vt Typographus in vniuerſum ab editione abhorreret, niſi negotium prorſus infectum relinquere vellemus, totum libellū deſtinato in id amanuenſi, de integro dictare ſumus compulſi. In tantùm, vt non citra frugem, aut certè moleſtiam tandem, conſtet nos hic eſſe verſatos. Quapropter vir excellentiſſime, cum Tancredi huc vſque noſtri conditionem, conſilii mei in eo diuulgando rationem, ac operam denique ad hunc qualemcunque etiam noſtram, quam in id certè vnum impendimus, ne omnino nullus ſupereſſet Tancredus, exq; his paratiſſimam erga ſtrenuitatem tuam voluntatem noſtram percœperis: Supereſt, vt ſi ea ita tibi probabuntur, non tam Tancredum, quàm nos potiùs ipſos tibi commendatos eſſe velis. Quod vt facias, ſtrenuitatem tuam etiam atq; etiam rogo. Vale. Argentorati pridie Calendarum Nouembrium. Anno ſalutis reparatæ milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo quarto.

VERBA IOANNIS *Andreæ.*

TErtius Tancredi libellus incipit: Aſsiduis poſtulationibus: & in quatuor partes diuiditur: & tractatus incipit à iudice ordinario, & hoc ſciendum, quòd Barthol. Brixien. hunc libellum ſolùm in antiquarum compilationum allegationibus reformauit, reliqua ponens ad literam, omiſſo tamen Tancredi procœmio.

ANNOTATIO LVCAE *Schroteiſeni.*

NOtandum eſt, verba hæc non ita fore accipienda, vt ſentiamus, id quod hîc dicitur, in Tancredi ipſius libello factitatum fuiſſe, aut certè ante illã alterationem libellus hic ad Syngraphum, & non ſecundarium aliquod exemplar erit deſcriptus. Præterquàm enim quòd in hoc libello nouarum Decretaliũ vbiq; fit mentio, quod Argumentum eſt huius rei, extant paſsim quædã loca allegata, quæ omnino ad Pontificiarum cõſtitutionum veterem illam, & primam editionem referri oportet. Et eſt præ cæteris appoſitus locus lib. 3. de public. teſtium, vbi meminit autor Originalis Decretalium.

VITA

VITA TANCREDI, COLLecta per Pet. Salúnum Aquilium, &c.

TAncredus natione Italus, patria Bononienſis: vt ipſe de ſe teſtatur:[1] ingenio peracri atque facili, primùm in Bononienſi διατριβῇ tam literarum, quàm iuris diſciplinæ (vt tum ferebant tempora) ſtudioſus: & Laurentii illius veteris interpretis, cuius meminit Ioannes Andreæ,[2] cuiuſquê opinionem gloſſa cæteris reiectis non rarò ſequitur,[3] auditor fuit,[4] accedentibus verò annis, confirmatoq; iudicio clariſſimus iuris vtriuſque, maximè tamen pontificii[5] illuſtrator & gloſſator effectus,[6] pòſt etiam in Pariſienſem Academiam vocatus, magnam ſibi gloriam & docendo, & ſcribendo conciliauit: atque tantam, vt alii quidam qui poſt ſecuti ſunt interpretes, quos hodie velut pro numine colimus, opinionis eius fama, & doctrinæ elegantia ducti, ex ſucculentis illius commentariis vindemiam ſibi facere non prætermiſerint. at quàm rectè, ipſi viderint. Putant nonnulli eum tantùm iuris Pontificii (quod per id tempus quidem præ cæteris rebus vigebat) non iuris ciuilis interpretem fuiſſe. Sed iſtam dubitationis nubeculam commentarii ipſius, in quibus paſſim leges nihiloſegnius adducit & explicat, facilè diſcutiunt: tumq; etiam profitetur[7] ſe in iudiciario hoc ordine conficiendo Pilæi iuris ciuilis doctoris imitatorem. Floruit autem ſub Innocentio eius nominis tertio,[8] & Honorio tertio[9] Pontificibus.

1 in Sum. matrimon. in princ.

2 in annota. in Specul. procem.

3 vt in c. ad hæc ext. de reſcrip. & c. dilectus. in verb. permiſſu. ex. de tẽp. ordi. & in c. clerici in verb. diſpẽſare. ex. de iud.

4 hic lib. 4. tit. vlt. §. intra quod tẽpus.

5 in Summa Angelica.

6 Ioan. And. in annot. in ſpec.

7 in præfat. ord. iudic.

8 hic lib. 4. tit. 2. & in ſum. Matrim. exprimit pontificem & annorum numerum.

9 hic lib. 2. tit. 9.

[10] *lib.2.ti-* *cibus: æqualis Martini; & Azonis; quem dit* [10] *ſe*
tu.15. *audiuiſſe dicentem. Non ait docentem, vt inde*
[11] *Ioan.And.* *diſcipulum eius colligere poſſis. Familiariſſimè*
in annot. in *quoq; vſus eſt Vincentio Beluacenſi Gallo,* [11] *quem*
ſpecul. præf. *in antiquis compilationibus allegat, & rurſum Vincentius in compilatione Gregoriana Tancredum. Quidam eum Accurſio ſupparem faciunt, & Ioanni Teutonico. Sed ii falluntur, vt oſtendemus aliquando, dante Deo, apertiùs in Chronologia noſtra, quam pridem magno conatu (vtinam etiam pari euentu) à Iuſtiniano vſq; principe omnem ætatem complectens inchoauimus. Citat in hoc libro Azonem, Laurẽtium, Pilæum Richardum Anglum, & Ioannẽ. Ex pleriſq; eius monumentis quicquam titulo amplius, quod quidem ego ſciam, non extat. Multas gloſſas cõſcripſit: de quibus, niſi bona pars gloſſis, quibus vtimur, iuris põtificii admixta eſt: nihil omninò ſupereſſe credo, præter illud Ioannis*
[12] *in annot.* *Andr. elogium* [12] TANCREDI GLOSSAS
in ſpecul. ABVNDANTER HABEMVS. *Compen-*
proœm. *dioſam, quam fecit, nuſquam vidi. Prouinciale eiuſdem manuſcriptum, in quo enumerat omnes epiſcopatus prouinciatim, Conradus Geſnerus de literis benemeritus, & veterũ monumentorum indagator ſtudioſus ſe vidiſſe refert.* [13] *Sũmaria titu-*
[13] *in biblio-* *lorum, quorũ meminit ipſe,* [14] *obſcura adhuc latẽt.*
theca ſua. *Summa de pœnitentia (cuius mentio eſt in ſum-*
[14] *hic lib.1.* *mæ matrimonialis initio manuſcripto apud me,*
tit. 6. in fin. *nuper perperam expreſſo) alicubi ſepulta iacẽt. Summa matrimonii (de qua loquor) ipſa diu relegata poſtremis nundinis Francofordianis quaſi poſtliminio in manus hominum rediit. Hos au-*
[15] *hic lib.2.* *tem, quos de iudiciis nobis reliquit libros, Pariſiis*
tit. 9. cum *in exacta ferè authoris ætate ſcriptos eſſe coniicio,*
ſeq. *cùm aliũde, tum quòd ferè ſemper,* [15] *vbi locũ dat à*

libellis

libelli ponit, ciuitatem Pariſienſem *; item eccle-ſiam* S. Mariæ*: vbi iudicem,* Epiſcopum Pariſien-*ſem: vbi æs ſignatum & adnumeratum, monetam* Pariſienſem [16] *tanquam in re præſenti exprimit: tum etiam quòd* Bartolemæus Brixienſis, [17] *& non ipſe libros ſuos ad Gregorianam iſtam de-cretalium compoſitionem, quæ paucis annis eſt ſecuta,* [18] *accommodauit. Ab his porrò valde diſ-ſentio, qui moti* Ioannis Andr. *verbis,* [19] *anti-quàm hîc allegandi conſuetudinem ; omiſſo au-thoris proœmio immutatam aſſerentis, autumant exemplar noſtrum, quod iam habemus, ad vete-res, quas vocant canonum compilationes rela-tum ac directum eſſe. Vt enim concedam aliquos in* Tancredo *inueniri canones, qui in hodierna illa corporis* Pontificii *ſarcina non reperiantur:* [20] *nec pauciores, quorum initium quidem ſimile appareat, ſententia tamen peregrina, & ab in-ſtituto prorſus aliena ſit:* [21] *& plures (quod ſex-centis locis docere poſſem) vel à medio, vel à fi-ne, vel omnino commutatis dictionibus inchoa-tos magnam collocationis diuerſitatem, & inæ-qualitatem ad noſtra, quibus vtimur, pontifi-cia exemplaria oſtendere. Attamen cùm & hoc promiſcuè in cæteris interpretibus, qui longo pòſt internallo fuerunt, & apud hunc ipſum ſcriptorem in citandis* Iuriſconſultorum *legibus occurrat. & alterũ etiã argumento ſit, à correctoris ætate per-multa in editis iuris pontificii codicibus, priuſquã eos ars typographica exciperet, intercepta & mu-tata eſſe: deinde verò conſtitutiones Gregorianæ non minus* Brixienſi *nouæ ſint, quàm* Tancredo*, cùm eum ſtatim ſecutus ſub* Gregorio *vixerit: & abſonum ſit dicere, decretales ex multis atq; ma-gnis voluminibus in vnum librum confectas, ex or-*dine

16 *lib.2.ti-tu.13.*

17 *Ioan.And. in annot. in Spec.præfat.*

18 *Antoni-nus inChro. lib.3.tit.19. cap.14.*

19 *Specul. proœm.*

20 *Vt hic lib. 3.tit 9.§.1.e. in illo & c. nullam.2.4. 5.&c.*

21 *vt lib.1. tit.3.c.cum dilecta. ext. de reſcrip.& tit.4.c.du-bium.18.q. 2.& tit. 6.§. 3.c.cum tem-pore.ex. de arbit.& tit. 6.§. differt. c.quia Vvil-helmus. ext. de iudic.*

dine iis, vnde conſarcinatæ ſunt antiquis compilationibus reſpondere, eandemq́; librorum diſpoſitionem, eoſdem titulos, & eadem initia continere Id*circo videtur nobis hæc, quæ apparet, conuenientia à* Bartolemæo Brixiano*(ſublata tantùm inuſitata & nimis remota canonum epiſtolarumq́; allegandi ratione) introducta, ac demptum fortè proœmiũ deinceps in multiplici & varia exemplarium propagatione (vt ferè fit) à librario quopiam nihil operi detractum cupiente, adſcriptum eſſe: ea verò quæ ſuperſunt, quòd minus abſtruſa viderentur, veteribus primæ congeſtionis libris conſentanea relicta.*

TAN-

TANCREDI IVRISCONSVLTI ET GLOSSATORIS ANTIquiſsimi de ordine iudiciario Liber primus.

PRAEFATIO.

Aſsidvis poſtulationibus me, fratres chariſsimi, inducere ſtuduiſtis iamdudum: vt ordinis iudiciarij Libellum, quo [a]actor ad agendum, reus ad defendendum, & Iudex ad cauſam audiendam, examinandam, & definiendam, inſtrui valeant, veſtræ componerem charitati. Deſiderijs itaque veſtris ſatisfacere cupiens, rem mihi arduam, vobis autem & cæteris fructuoſam, aggrediar: quam primò Richardus Anglicus, ad inſtar cuiuſdam compilationis, Leges ac Canones ſub certis paragraphis inducendo, & pro vtraque parte in ſingulis articulis allegando tentauit: poſtmodùm Pilæus*Mutinenſis, Legiſta & Do

a Perſonæ quæ veniũt in iuditium.

Richardus Anglicus.

*aliàs Modilenſis.

ctor egregius, ciuili ordine paucos tamẽ canones inducendo, ad modum ſummæ ſcribendo perfecit: quem [a] pro ſui ſapientia & doctrina in pluribus imitari diſpono: in his præcipuè caſibus, quibus ſecundum ius ciuile eſt in foro Eccleſiaſtico procedendum, & vbi leges ſacris canonibus nõ repugnant. In cæteris verò ſacros canones ſecularibus legibus præferendo, quod poſcitis, ſecundum canonica ſtatuta adimplere curabo. Inuocato igitur nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ad inſtitutum tractatum accedo.

a Intentio auctoris.

Titul. I.

DE ORDINE IVDICIORVM, ADIVNCTA PARTITIONE *huius Operis.*

IVdiciorũ ſiquidẽ ordo, quamuis in plurib. attẽdatur, ſicut ex ſubſequentib. Titul. apparebit: in his tamẽ conſiſtit maximè: vt [b] primò Iudex cõpetens adeat: & per literas vel per nũtium reus citetur: libellus reo veniẽti porrigatur: [c] & ſi vo-

b Termini iudiciorum præcipui.

c 3. q. 3. §. offeratur. c. inducia.

ſi voluerit, induciæ deliberatoriæ ei dentur: litis conteſtatio [d]ſuper repetita fiat: iuramentum calumniæ præſtetur: Partes ſuper ipſo negotio interrogentur: Teſtes & inſtrumēta producantur, producta publicentur: & ſuper his poſtmodum diſputetur: Deinde per diffinitiuam ſententiā negotium terminetur. [e]Quæ omnia per manum publicam: & ſi publica non poteſt haberi perſona, per duos doctos viros diligētiſsimè & fideliter [f]redigātur in ſcriptis, per quę ſi ſuper prædictis fuerit orta contētio, poſsit veritas declarari, alioquin pro iudicis proceſſu nō præſumetur, niſi quatenus legitimis conſtiterit documentis. vt eſt, extra de probationibus c. quoniam contra falſam. vbi dicitur. quòd tam ordinarius, quàm delegatus debet habere tabellionem, aut loco eius duos viros idoneos, qui omnia iudicialiter acta cōſcribant à principio cauſæ vſq; ad finem, & tranſcriptum partibus tradāt, ita, quòd originalia penes ſe detine-

d C. de lit.conte. L. vni.

e Publica perſona cōſcribat acta iudicii.

f Vt nihil de ſenſu eorum, quæ in iudicium adducta ſunt, prorſus depereat, vel accreſcat: ſed citra quæſtus & affectionis labem Reipublicæ (cuius ſerui ac miniſtri sūt) ex æquò ſeruiant. L. nō aliter. de adop. L. 2. rempu. ſal. ſo. et §. cùm autē. Inſt. de adop. & L. fi. C. de ſer. reipub. manu. & Specul. in tit. de inſtr. edi. §. reſtat. verſ. Sed cum literis, cū ſequentibus.

ant: vt ſi fortè ſuper aliquo articulo cõtendere voluerint, vel ſuper proceſſu iudicij cõtentio orta fuerit, per hęc poſsit veritas declarari.

a Iudex non cuſtodiens acta iudiciorũ punitur.

[a] Iudex autẽ ſi hoc ex negligentia prætermiſerit, ſi exinde aliq̃d difficultatis emerſerit, ſuperioris arbitrio puniatur: nec de eius ꝓceſſu præſumatur, niſi quatenus per hui⁹ acta cõſtiterit. Diuiditur [b] hic tractatus in quatuor partes. In prima tractatur de perſonis illis, quæ debent cõſiſtere in iudicio. In ſecũda inſtruitur actor & reus, & Iudex in præparatorijs ad iudicium, & in his, quę præcedunt litis conteſt. In tertia de lit. cõteſt. & de omnibus quę ſequũtur in iudicio, vſque ad definitiuam ſentẽtiam. In quarta de ſententijs, & ſententiarũ executionibus, & appellationibus, & reſtitutionibus in integrũ.

b Totius diſputationis diſtributio.

Titul. II.

DE DIVISIONE IVDIcum, *& primùm de Ordinario.*

IVdicum alij ſunt ordinarij, alij delegati, alij arbitrarij. vt 2. q. 6. c. à

6.c.à Iudicibus.vbi dicitur.quòd Iudicum alij ordinarij, alij arbitrarij. Ordinarij ſunt, qui ab apoſtolico Eccleſiaſticam, & ab Imperatore ſecularem accipiunt poteſtatem. Arbitrarij ſunt, qui nullam poteſtatē habentes cum conſenſu litigantium, in iudices eliguntur: in quos compromittitur, vt eorum ſententiæ ſtetur, vt textus ait. De quibus ſingulis breuiter pertractabimus.

§.1.

Videamus ergo quis dicatur Iudex ordinarius, & quis eum cōſtituat: item quis poſſit eſſe iudex ordinarius, & quod ſit eius officium. Ordinarius iudex [c] eſt, qui, vt ſuprà dictum eſt, ab apoſtolico in Eccleſiaſticis: ſicut primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi: in ſecularibus ab [d] Imperatore: vt duces, marchiones, comites, qui totalem alicuius prouinciæ, vel loci accipiunt iuriſdictionē. Et nota quòd dominus Papa iudex eſt ordinarius ſingulorū. vt 9. q.3. §. cuncta per orbē. vbi dicitur. quòd ad dominum Papam appellatur ab omnibus,

c Ordinaria iuriſd. tribuitur ab Imper. & à Papa.

d Imperator ſanè, quia in imperio Romano ſolus imperat, verè ordinarius eſt: & ordinarium iudicem facit. L. 1. *de conſt. princip.* L. 1. C. *de ſum trin. & fi. Cath. Auth. de conſul. in fi.* L. *diſputare cū* L. *ſeq.* C. *de crim. ſacrileg. & 7. q. 1. c. in apibus. & 8. diſt. c. quo iure.*

nibus, ab ipſo autē ad neminem, [a] & Romana Eccleſia caput eſt & magiſtra omnium Eccleſiarū domino diſponente, vt extra de ſo. compe. c. licet 2. ad idem extra de priuil. c. antiqua. vbi dicit̄. quòd Romana Eccleſia ſuper omnes alias, ordinariæ poteſtatis obtinet principatum. Similiter [b] Roma eſt omnium communis patria. vt D. ad municip. L. Roma. [c] Item nota: quòd cōſuetudo tribuit ordinariam iuriſdict. dummodò ſit præſcripta, vel in contradicto iudicio obtenta, vt C. de eman. l. 1. & l. vlti. eod. titu. vbi dicitur. cùm inſpeximus in emancipationibus vanam obſeruantiam cuſtodiri, & venditiōes in liberas perſonas figuratas, & circumductiones inextricabiles, & iniurioſa rapiſmata, id eſt, extorſiones, quorum nullus rationabilis exitus inuenitur: iubemus de cætero huiuſmodi circuitu quieſcente, licentiam ei eſſe qui emancipare vult, ex Lege Anaſtaſiana hoc facere, vel ſine ſacro reſcripto intrare competen-

a Eccleſia Romana caput & magiſtra reliquarū omnium, vt hîc Gelaſius, Gregorius, & Innocentius ipſi reſcripſerunt.

b Propter maieſtatem, & potentiam imperii Romani: cuius tutor & caput eſt Imperator Roma norum. An autem ideo caput ſit orbis terrarū, quòd ibi Pontifex reſideat, alii, quibus exactius iuditiū eſt, viderint.

c Conſuetudo tribuit ordina. iuriſdictionem.

petentis iudicis tribunal, vel eos adire magiſtratus, quibus hoc facere vel lege, vel ex longa conſuetudine permiſſum eſt, & filios ſuos atque filias, vel nepotes, & deinceps progeniem in poteſtate ſua conſtitutam, à ſua manu dimittere, & legitima iura omnimodo habere, & ſi non hoc ſpecialiter reſeruauerit ſibi: & peculium donare, vel alias res liberalitatis titulo in eos transferre: & eas res, quæ acquiri indignantur, per vſum fructum ſecundum noſtræ conſtitutionis modum detinere: & omnia facere vana tantummodo, (ſecundum quod dictum eſt) obſeruatione ſublata. Ad idem extra de arb. c. dilecti. vbi dicitur. quòd licet fœminæ ab omnibus prohibeantur publicis officijs, valet tamen ſententia à Regina Franciæ lata: cùm illius terræ conſuetudo habeat, vt tales fœminæ pręcellentes in ſuos ſubditos iuriſdictionē exerceant. Ad idem de exceſs. Prælat. c. ad hæc. vbi dicitur. capellani qua-

rundam Eccleſiarum cuidam Archidiacono quędam obſequia debebant, ex conſuetudine antiqua. Epiſcopus illius loci quaſdam Eccleſiarum illarũ ab illis obſequijs conſtituerat liberas & immunes. conqueſtus eſt Archidiaconus domino Papæ ſuper hoc. reſpondit Papa. quòd illæ Eccleſiæ, prout conſueuerant eidem Archidiacono reddant antiqua obſequia, & honorem. [a] Item vniuerſitas eligendo aliquem in dominum vel prælatum tribuit ei iuriſdictionẽ. vt extra de offi. iud. or. c. cùm ab Eccleſiarum prælatis in aliquos promulgatͣ malefactores ſententia, rata debet & firma conſiſtere, & vſque ad dignam ſatisfactionem inuiolabiliter obſeruari. [b] Similiter ſi ciues aliquem ſibi eligant in defenſorem, dant ei iuriſdictionem ſui. vt. D. quod cuiuſque vniuerſitat. nom. & cæ. l. 1. §. quibus autem permiſſum eſt corpus habere collegij, ſocietatis, ſiue cuiuſcunq; alterius nomine: eorum proprium eſt, ad exemplum Reip.

a Vniuerſitas electio tribuit iuriſdict.

b Item ciues ſuo defenſori tribuũt iuriſdictionem.

Reip. habere communem arcam, & communẽ defenſorem,& actorem,ſiue Syndicum:per quem tanquam in Rep.quod cõmuniter agi fieriq́; oporteat agat̃ & fiat. quòd ſi nemo eos defendat, quod eorũ commune erit, poſsideri: & ſi admoniti non excitẽtur ad ſui defenſionẽ, venire ſe iuſſurum proconſul ait.Et quidẽ non eſſe actorem, vel ſyndicum, tũc quoq; intelligimus, cùm is abſit valetudine impediente,aut inhabilis ſit ad agendũ.Et ſi extraneus defendere velit vniuerſitatẽ, permittit procõſul,ſicut in priuatorũ defenſionib. obſeruatur: quia eo nomine melior fit conditio vniuerſitatis.

Sequitur videre,quis poſsit eſſe Iudex ordinarius,& dicitur,quòd omnis,qui non [c]prohibetur.Prohibentur verò multi. vt 3.q. 7.infamis.§.tria. vbi dicitur. tria ſunt, quibus aliqui impediuntur ne iudices ſint. Naturâ [d] vt ſurdus, mutus, perpetuò [e] furioſus,Impubes: quia iudcio caret. Lege qui à ſenatu motus eſt. Moribus, fœmi- §.2.

c Tractatus iudicum prohibitorũ eſt.

d id eſt,naturali impedimento.

e Si enim dilucida habeat interualla, poteſt eſſe iudex. L. cùm furioſus. de iud.

a Fœminæ nõ ſunt iudices.
b Seruus.

næ[a], & [b]ſerui, non quia nõ habent iudiciũ, ſed quia pręceptum eſt, vt quibuſlibet ciuilib. nõ fungantur officijs. Vnde ſi ſeruus cùm putaretur liber, ex delegatione ſententiã dixerit, quamuis poſteà in ſeruitutẽ redactus ſit, ſententia ab eo dicta rei iudicatæ firmitatem habet. vt D. de off. Præto. l. Barbarius Philippus. Ad idẽ 33. q. 5. §. mulierem. vbi dicit. mulierẽ conſtat eſſe ſubiectam dominio viri, & nullam authoritatẽ habere: nec docere poteſt, nec teſtis eſſe, in cauſa criminali, nec fideiubere, nec iudicare. Ad idem D. de regul. iur. l. fœminæ. vbi dicitur. fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus, atq; publicis remotæ ſunt: & ideo nec iudices eſſe poſſunt, nec magiſtratus gerere, nec poſtulare, nec pro alio interuenire, nec procuratrices exiſtere. [c]Item impubes debet abſtinere ab omnibus ciuilibus officijs &c. Item prohibentur infamis, & [d]indiſcretus: vt furioſus, & ſeruus: quemadmodum in ſuperioribus concordantijs: & extra

L. Barbarius ff. de off. Præt.

c Impubes.
d Indiſcretus & imperitus Iudex eſſe non poteſt. Auth. de iudicib. collu. 6.

extra de reſcript.c. ſciſcitatus. vbi dicitur. quòd infamis iudex eſſe non poteſt de iure. [e]Item minor viginti quinque annis prohibetur: quia in minori ætate conſtitutus nemo debet eligi ad aliquã dignitatem ſecularem, vel Eccleſiaſticam. vt extra de elect. c. cùm in cunctis. & D. de mune. & hon. l. ad Rempu. In decretali dicitur, quòd nemo debet aſſumi ad aliquam dignitatẽ, niſi 25. ætatis ſuæ attigerit annum. Delegatus tamẽ poteſt eſſe, ex quo 18. ann. compleuerit: ſed ante non. vt D. de re iudic. l. quidam. vbi dicitur. Quidam conſulebant, an valeret ſententia à minore 25. annis iudice lata, & æquiſsimum eſt tueri ſententiam ab eo dictam, niſi minor decẽ & pcto annis ſit. certè ſi magiſtratũ minor 25. geſſerit, dicendum eſt, eius iurisdictionem non improbari. Et ſi forte de conſenſu minor iudex datus ſit ſcientibus his, qui in eum cõſentiebant, rectiſsimè dicitur valere ſententiam. Proinde, ſi minor Prætor, vel

e Minor 25. an.

vel conſul ius dixerit, ſententiamúe protulerit, valebit ſententia. Princeps enim qui ei magiſtratum dedit, omnia iure gerere decreuit. [a]Iſtud hodie corrigitur per decretalem nouam. extra de off.iud. deleg.c. cùm viceſimum. vbi dicitur. quòd minor 18. annorum, niſi habeat viginti annos, non poteſt eſſe delegatus: niſi in duobus caſibus, ſcilicet, ſi partes conſentiunt in ipſum: vel ſi delegatio facta fuerit à Principe: ab alio non valeret. [b]Item prohibetur [c]excommunicatus iudex eſſe: quia nec per ſe, nec per alium poteſt in iudicio eſſe. vt extra de iudicijs c. intelleximus. vbi dicitur. quòd licet excommunicatus non poteſt ſtare in iudicio per ſe: tamen poteſt cogi per alium reſpondere. & extra de probat. c. poſt ceſsionem, & extra de off. deleg. c. prudentiam §. Sexta. vbi dicitur. quòd excommunicatus priùs eſt abſoluendus, quám audiatur. Et plus hodie dicit decretalis noua, extra de except. c. exceptionem.

a Quando minor 25. annis poſſit eſſe iudex.

b Tamen poſt annum vigeſimũ rectè iudicabit minor: Nec enim ad capacitatẽ iuriſdictionis exercendæ, neceſſariò requiritur virilis ætas, vt habet Panorm. ibidem.

c Excommunicatus Iudex eſſe nequit.

nem. videlicet quòd iudex ex officio ſuo poteſt repellere publicè excommunicatum: licet aduerſarius non obijciat excommunicationem. Ratio decretalis eſt. ne cogatur quis in periculũ animæ ſuæ communicare excommunicato. Item prohibetur hæreticus. vt 24. Quæſtione 1. c. audiuimus, in fine. vbi dicitur. liquidò conſtat eum, qui ab integritate fidei catholicæ recedit, maledicendi, vel benedicendi poteſtatem non habere: Catholicum namque, vtpote ſuperiorem ſe, maledicere non valet, qui in alienum à fide, tanquam ſibi æqualé, ſententiam dare non poſſet. Item prohibentur omnes qui ſunt cõſanguinei actoris: vel inimici rei: vel alia iuſta de cauſa ſuſpecti. vt 3. q. 5. c. quod ſuſpecti. Quæ autem ſint cauſæ ſuſpitionis, & quot, & quando iudices recuſari poſſunt: hoc planè diſcuſſum inuenies infrà, titulo de recuſationibus iudicum. Et hæc omnia locum habent tam in ordinario, quàm delegato. *Hæreticus.*

Titul.

Titul. III.

DE OFFICIO IVDIcis Odinarij.

a Patienter audienda, & diligēter perueſtiganda omnia ad cauſam facientia.

b Litigatores interrogandi.

OFficium Iudicis eſt latiſsimum. vt D. de iuriſdic. om. iud. l. 1. & D. de petit. hære. l. vlt. & D. de minorib. l. in cauſæ. §. 1. Debet em̃ omnia, quæ ad cauſam pertinent, inquirere, & ordinẽ rerum plena inquiſitiõe diſcutere. vt 30. q. 5. c. iudicantẽ. vbi dicitur. [a] iudicantẽ oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere: interrogãdi, reſpõdendi, obijciendi, præbita patiẽtia: vt actio ambarum partium illumine tur pleniter. Nec litigantibus iudex priùs velit ſua ſententia obuiare: niſi quãdo iam peractis omnibus, nihil habent in quæſtione, quod ꝓponatur: & tamdiu actio ventiletur, quouſque ad rei veritatem perueniatur. Item [b] interrogare frequenter debet: ne prætermiſſum aliquid permaneat, quod annecti conueniat. vt C. de iud. l. iudices. vbi dicitur. iudices oportet in

tet in primis rei veritatem plena inquiſitione diſcutere: & tunc vtramq; partẽ ſæpiùs interrogare, num quid noui addere deſiderẽt: cùm hoc ipſum in vtramque partem proficiat, ſiue diffinienda ſit cauſa per iudicẽ: ſiue ad maiorem poteſtatem referẽda. [c]Item debet locum tutum[d]aſsignare partibus ad litigandum. vt 3.q.9.c. penult. [e]& extra de Reſcr. c. cum dilecta. vbi dicitur. quòd cùm controuerſia eſſet inter duas Moniales ſuper electiõe in Abbatiſſam, multis allegationibus hinc inde ꝓpoſitis, mandat Papa quibuſdam iudicibus, vt partibus tutum locum aſsignent: vt poſsit negotium terminari. Et extra. vt lite non conteſt. c. accedens 2. vbi dicitur. de quodam comite, cui terminus aſsignabatur in terra inimicorũ, vbi ſine mortis periculo accedere nõ audebat, qui licet literas de conductu non habuit, ſi tamen miſſæ fuiſſent, non debebat ſe credere ſuis capitalibus inimicis. Infrà etiã eſt tit. de recuſa. iud. §. cauſa verò

c Locus tutus aſſignandus.

d vt extra de teſtib. c. cùm olim.

e Hic canon in manuſcriptis aliter citatur. 2. q. 2. c. vlt. Sequentem verò decretalem, cum dilecta, nuſquam inuenio, neque vt hîc ponitur ad rem admodùm facit: vnde hæc ad primã canonum cõpilationem referẽda, & in nouo exemplari cũ multis aliis reſciſsa eſſe iudico: quod nõ ſemel apud hunc auctorem euenire, tam ex præsẽti opere, quàm Ioanne Andr. apparet. in Specul. tit. de proba. §. videndum reſtat. verſ. Quartò.

verò verſ. itẽ ſi Iudex. Et extra de App.c.ex parte, vbi dicitur. quòd dominus Papa mandauit iudicibus,vt locum tutum partibus aſsignarent:quod ſi non fecerint, licet appellatio ſit in literis prohibita,licitè poterit ꝓuocari. [a]Item debet omnem timorẽ à partibus, & à teſtibus partium remouere.vt 3.q.9.c.hortamur,vbi dicitur.ſub timore domini conſuetam conſcientiæ veſtræ ſynceritatẽ in hoc quoq; negocio conſeruantes, omnem à perſonis,quę veritatem cauſæ iſtius ſcire poſſunt, faciatis amputari formidinem,& veſtris præſentari conſpectibus. Item debet dilationes [b]dare, ſecundum quod viderit expedire. Extra de app. c. cùm ſit Romana.vbi dicitur.licet annus appellantibus indulgeatur, vel ex iuſta cauſa biẽnium : iudex tamen à quo appellatũ eſt, ſecundum locorum & prouinciarũ diſtantiam,& temporis qualitatem, reſciſius tempus poterit moderari. Ad idem D. de iud. l. nonnunquam. vbi dicitur. nonnuñquam hoc

a Timor à partibus remouendus.

b Pro ratione tẽporis, loci, cauſſæ, modi, perſonarũ, rerum, dilationes dandæ.

hoc edictum, ſcilicet peremptorium, poſt tot numero edicta, quę præceſſerũt, datur: nonnunquam poſt vnum vel alterum: nonnunquam ſtatim, quod appellaĩ vnum pro omnibus. Hoc æſtimare oportet eum, qui ius dicit, & pro conditione cauſſæ, vel perſonæ, vel temporis, & ita ordinem edictorum, vel compendium moderari. Ad idem D. de re iud. l. 2. vbi dicitur. qui pro tribunali cognoſcit, non ſemper tẽpus[c] iudicati ſeruat: ſed nonnunquam prorogat, nonnunquam coarctat pro cauſę qualitate, & quantitate, vel perſonarum obſequio, vel cõtumatia. Sed perrarò intra ſtatutum tẽpus ſententiæ exequentur, [d] veluti, ſi pupillo alimenta conſtituantur, vel minori 25. annis ſubueniatur. Ad hoc facit 5. q. 3. c. ſi ægrotans. Ad idem extra de ſen. & re iu. C. quod ad conſultationẽ. Item debet iudex [e] incidentes, vel emergentes queſtiones per interlocutoriã ſententiã terminare, & ipſas interlocutorias, ſi expedire viderit, reuocare.

c quadrimeſtre ſcilicet.

d idq; propter fauorem alimentorum, ex quib. dependet vita hominis.

e Incidentes & emergẽtes queſt. ab eod. iudice cognoſcendæ & decidendæ.

care,[a] vt D. de re iud. l. quod iuſsit. vbi dicitur. quod iuſsit vetuitúe Prętor contrario imperio tollere, vel remittere poteſt: licet de ſententijs diffinitiuis cõtrarium ſit. vt D. eod. l. iudex, cum L. ſeq. & extra de App. c.[b] cum ceſſante. vbi dicit̃, quòd ſiue iudex ordinarius, ſiue delegatus aliquid interlocutus eſt, vel alicui comminatus, vel executioni mandauit in præiudicium alterius partis, bene poteſt ſe corrigere, nõ obſtante appellatione propter hoc facta, & procedere in negocio dummodo aliâs nõ ſit ſuſpectus. [c] Item per diffinitiuam ſentẽtiam debet negocium diffinire: & ſententiã, ſiue ſit ordinarius, vel à Principe delegatus, executioni demãdare. vt extra de off. deleg. c. quærenti. vbi dicitur. ſtatuimus, vt delegatus à nobis non ſolùm vſq; ad quadrimeſtre tempus, quod ad ſoluẽdum debitũ à lege reo concedit̃, ſed vſq; ad integrũ annum iuriſdictionẽ ſibi commiſſam ad exequendam ſententiã valeat exercere. Et in multis alijs

a Integra permanente forma & figura iudicii. vt D. de re iudic. L. Paulus. & de recept. arb. L. quałem. §. vnde videndum.

b Argumẽtum à cõtrario ſenſu iuxta regulã L. cùm prætor. de iudic.

c Cauſſa per definitiuam ſententiam cum effectu terminanda.

tis alijs conſiſtit iudicis officium, quæ ex ſequentibus titulis dilucidè apparebunt.

Titul. IIII.
DE OFFICIO IVdicis delegati.

QVoniam iudices delegati ſępè conſtituunt ab ordinarijs: ideo poſtquam ractauimus de ordinarijs, conſequit de delegato tractemus. Videamus priùs, q ſunt iudices delegati: & quę ſit corũ poteſtas, ſiue iuriſdictio: qualiter eorum iuriſdictio finiatur: & quæ ſit differẽtia inter iudices delegatos à Principe, & delegatos ab alio. Iudices delegati ſunt, quib. vna vel plures cauſæ ſunt cõmiſſæ ab eo, qui ordinariã vel à Principe mandatam habet iuriſd. Officium Iudicis delegati in multis conſiſtit, ſicuti ſuprà in Titu. proxi. de off. iud. ord. dictum eſt.[d] Poteſtas eius eſt, quòd ex quo ei cauſa eſt commiſſa, etiamſi ſimpliciter, extendatur tamẽ ad omnia, ſine quibus cauſa nõ poteſt explicari. vt extra

d *Poteſtas iudicis deleg.*

de off. iud. deleg. c. Præterea. vbi dicit in fine. quia ex eo, quòd cauſa committitur ei, iudicãdi ſuper alijs omnib. quæ ad cauſam ipſam ſpectant, plenariam[a] accipit poteſtatem. Ad idem extra eod. c. paſtoralis. §. quia vero. vbi talis ponitur intellectus. quæſitum fuit à Papa, vtrum delegatus poſſet mandare ordinario, vt citaret partes, vel ſententiam ſuam demandaret executioni. & dicit Papa quòd ſic. & poteſt ordinarium cogere ad hoc, ſi noluerit obedire: quia nõ ſua, ſed delegantis vtitur poteſtate: & Iudice delegato, omnia delegantur, quæ ad iuriſd. facere dignoſcuntur. Ad idem D. de iuriſd. om. iud. l. 2. vbi dicitur. cui iuriſd. conceſſa eſt, ea quoq; videntur cõcedi, ſine quibus cauſa terminari nõ poteſt. Ad idem facit Decretalis noua, extra de off. & po. iud. deleg. c. Suſpitionis §. ab ipſo quoq;. [b] Item ex communicatum poteſt abſoluere actorẽ: quamuis hoc ei non ſit ſpecialiter mãdatum. vt extra eod. c. prudentiam §. ſexta. vbi dicitur. ſi excom-

a Iuriſdictio eſt poteſtas cum neceſsitate iuris. vt D. de iuriſd. om. iud. Quod verum eſt, non ab initio: ſed poſtquã quis iudicandi, & cognoſcendi munus in ſe recepit. D. de muner. & hon. L. vlt. §. iudicandi quoq;. & L. pen. §. duo. de vaca. & excuſ. mune.

b Iudex ex off. abſoluit excõmunicatum.

excommunicatus aliqs fuerit ab ordinario, vel delegato, & malitioſè eum abſoluere diſtulerit; iudices delegati, ritu Eccleſiaſtico eum poterũt abſoluere. [c]Item punire poteſt contumacẽ, vel iuriſd. ſuam impediẽtem. vt extra de off. iud.deleg.c.1. vbi dicitur. quòd ſi cauſſa alicui cõmittitur, & aliqui potentes cõpellant minis, vel terroribus cõquerentem ſilere, ſimiliter poteſt eos iudex excommunicare. vt extra eod. c. paſtoralis. §. 1. & c. ex literis verſi. ſi. vbi dicitur. ſi ſubdelegatus coërcitionem nõ haberet demãdata iuriſd. deluſoria videretur. Ad idẽ D. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. l. vlt. vbi dicitur. mandata ei iuriſd. ſine aliqua coërcitione nulla eſt. [d]Item citare poteſt, & citationẽ ſuam alij committere, ſi eſt à Principe delegatus. vt extra eo. c. paſtoral. §. 2. vbi dicitur. quòd cùm totum negocium poteſt committere alij, citationis officium poteſt cuilibet, ratione præuia, demandare, ac punire meritò contemptorem. Item

c Punit cõtumacem.

d Delegat citationem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

a Qualibet cauſe partē alii committit.

[a]cauſam ſibi delegatam totam, vel partem coniunctim, vel diuiſim vni, vel pluribus delegare, vel eius executionem alij demandare poteſt. vt extra eod. c. ſuper quæſt. §. Intentionis. vbi dicit. vt iudicialis authoritas valeat liberiùs exerceri, delegatus à nobis licitè poterit, & principiū & medium, & finem cauſæ ſibi commiſſæ, non ſolùm cōiunctim, ſed & diuiſim, alij delegare. Ad idem facit Decretalis noua: extra eod. t. c. venerabili f. v. circa medium.

b Delegatus maior eſt parte litigante.

[b]Item maior eſt eo, cuius cauſa ſibi cōmittitur. vt extra. eo. t. c. ſanè. vbi dicitur. iudex à nobis delegatus, vices noſtras gerit. vnde in cauſa illa ſuperior eſt, & maior illis, quorū cauſam ſuſcipit tractandam.

c Delegatus ſententiā ſuam exequitur.

[c]Item ſententiam ſuam exequi poteſt, vel executionem alij demādare. vt extra eo. t. c. quærēti, &c. in literis. vbi dicitur. quòd ſi ſententiā ſuam executioni mandauerit, vel fecerit mandari, expirat eius iuriſdict.

d Delegati poteſtas limitatur per formam commiſſionis.

[d]Sed licet hæc, & multa alia poſſit iudex delegatus, de ijs tamen tātum poteſt cogno-

cognoſcere, quæ in commiſsione continentur, vel per generalẽ clauſulam cõprehendi poſſunt. & non ad alias res, vel perſonas iuriſd. extendere. vt extra eod. c, cùm olim. vbi ponitur talis caſus. Cùm olim vertebatur inter quendam Comitem & Abbatẽ cauſa, ſuper certis articulis: de pluribus, quàm in reſcripto cõtinebantur, fuit coram iudicibus probatum. Comes dicebat, quòd non debuiſſent ſe intromittere, niſi de illis tãtummodò, quæ in reſcripto continebantur. Obijciebat altera pars, quòd ſic: quia Procurator eius litem ſuper illis articulis non inſertis in reſcripto fuerat conteſtatus. Comes reſpondebat, quòd non ad illos, ſed ad eos tãtùm, in reſcripto contentos, Procuratorem deſtinarat. & ſuper hoc appellauit. nihilominus excõmunicatus fuit. dicit Papa, ſententiam latam in Comitem non tenere: quia de damnis, in reſcripto non inſertis, cognitio ad prędictos Iudices nullatenus pertinebat. Et quòd iudex non po-

a Iuriſdict. dele. non prorogatur.

teſt [a]prorogare iuriſd. ſuã ad alias perſonas, vel res, dicit Dec. no. extra de off. iud. del. c. P. & g. & hoc verum eſt, quòd non poteſt principaliter iuriſd. ſuam prorogare: ſed acceſſoriè ſic. [b]Item poteſt de ijs cognoſcere, quę in modum reconuẽtionis obijciuntur à reo. vt extra de mut. pet. c. ex literis. vbi ponitur talis caſus. Quidam clerici litigabant cõtra quoſdam monachos coram delegato: monachi nolebant reſpondere, ſi clerici nõ reſponderent illis coram ijſdẽ iudicibus. Papa reſcripſit. quòd clerici reſpondeãt monachis incontinenti. Ad idẽ 3. q. 8. vbi habetur canonizata l. in agendo. C. de ſen. & interlo. vbi dicitur. cuius quis in agendo obſeruat arbitriũ, eum cõtra ſe iudicem in eodem [c]negocio non dedignetur habere. Iſtud reſpicit illud, quod ſuprà dictum eſt, quòd ſcilicet, iudex delegatus tantùm poteſt cognoſcere de ijs, quæ in commiſsione cõtinentur. Et hęc eſt ratio, quia fines mandati obſeruandi ſunt. vt extra de reſcrip.

b De reconuẽtione cognoſcit.

c negotio, id eſt, in eod. iudicio de vna re principaliter cœpto, vt C. de iudic. L. nulli. Idem erit, ſi inter eaſdẽ perſonas & corã eod. iudice, licet nõ ſuper eadẽm re ſit contentio. Inſtit. de act. §. ſi minus. Vel appellat hoc in eod. ſi cõueniam te actione tutelæ directa ex vna cauſa, & tu me contraria ex alia.

ſcrip. c. cum dilecta. vbi dicitur. quòd dominus Papa caſſauit proceſſum quorũdam delegatorum, ideo, quòd omiſſo articulo indiſcuſſo, qui primus inſerebatur in reſcripto, de ſubſequentibus tractauerunt.[d] Et propter cõſimilem cauſam fuit caſſatus ꝓceſſus quorundam iudicum, ſuper eo, quòd nõ reſtituerant quendam Epiſcopum loco ſuo atq; rebus: ſicuti acceperãt in mandatis. vt de off. del. c. venerabili. circa prin. Ad idẽ ff. mandati L. diligẽter. vbi dicitur. quòd fines mandati diligẽter cuſtodiendi ſunt.

d nempe de cauſa quæ inter duas moniales vertebatur.

§. 2.

Finitur [e] autem iuriſdictio iudicis delegati multis modis: ſcilicet mortuo eo, cui ſub proprio nomine cauſa delegata eſt. vt [f] 18. q. 2. c. dudum. vbi dicitur. quòd dominus Papa mandauit cuidã Epiſcopo, vt puniret quoſdam clericos, qui bona Eccleſiarũ dilapidabant. Epiſcopus nõ proceſsit in cauſa: ipſo ſublato de medio, ſucceſſor eius voluit ꝓcedere. dicitur, quòd non poteſt: quia ſub proprio no-

e Si moriatur delegatus, finitur eius iuriſdictio.

f Hic Canon ſi ad editos iuris Põtificii libros reſpicias, parum propoſito conuenit: & à ſubſequentib. verbis diſcrepat.

mine mandatum fuerat prędeceſſori. Ad idem extra c. quoniã Abbas. de off. dele. vbi talis eſt caſus. Duo Abbates erant delegati, non expreſsis nominib' perſonarum, ſed locorum. alter mortuus eſt, & alius ſubſtitutus eſt: iudex ſuperſtes, cum alio ſentẽtiauit ſubſtituto. & dicitur, quòd valet ſententia: Ergo ſi exprimeretur nomen, non valeret ſententia ſubſtituti. Et dicit Decr. no. quòd vno delegatorũ mortuo, vel arbitrorum, eorum officiũ expirat: niſi aliud in delegatione, vel cõpromiſsione fuiſſet expreſſum. vt de off. deleg. c. vno delegatorum. Itẽ ſi delegans cauſam ad ſe reuocet, vt ff. de iud. l. cùm Prætor vnum ex plurib. iudicare vetat, cæteris [a] id committere videtur. Ad idem Inſtit. mandati. §. Rectè. vbi dicitur. recte[b] quoq; mandatum cõtractum, ſi dum adhuc integra res ſit, reuocatũ fuerit, euaneſcit. [c] Item ſi adhuc integro mandato, mors alterutrius interueniat, id eſt, vel eius qui mãdauerit, vel illius, qui mandatum

a Nam ſi non recte, nõ eſt neceſſe reuocare.

b Receptum eſt in mandato, vt facilè reuocetur per volũtatem vnius tantum: licet in aliis cõtractibus cõtrà obſeruetur. L. ſicut C. de oblig. & act. q. 2. in mãdato nõ ſtatim intereſt vtriuſq;, & ideo confeſtim nõ hinc inde naſcitur obligatio, quæ ex intereſſe vires aſſumit & actionem producit. L. ſi Procuratorẽ. §. mãdati actio. mãda.

c Integrum cenſetur quamdiu nõ cœperit intereſſe mandantis impleri mandatum: vel mãdatarii ſuſcepiſſe mandatũ. vt mandaui, vt eme-

datum ſuſceperit: ſoluitur mandatum. ſed vtilitatis cauſa receptum eſt, ſi mortuo eo, qui tibi mandauit, tu ignorãs eum deceſsiſſe, executus mandatũ fueris, poſſe te agere mandati actione. Alioquin iuſta & ꝓbabilis[d] ignorãtia tibi damnum adferret. Ad idẽ extra vt lit. pen. nihil innou. c. Eccleſia ſanctę Mariæ 2. vbi dicitur. quòd cõtrouerſia inter duas Eccleſias ſuborta, cauſa commiſſa fuerit à Cœleſtino Papa, prædeceſſore Innocentij Papę, quibuſdam iudicibus delegatis: ſed ea nondũ deciſa, reuocauerit ad ſe negocium terminandum. Iudices hoc non obſtante, ꝓceſſerunt in cauſa, mortuo Cœleſtino, negocio nondum terminato: Innocentius iudicat irritum & inane, quicq̃d poſt reuocationem fuerat attentatum à Iudicibus delegatis. Item [e] finitur eius iuriſdictio, ſi iudex ipſe remittat cauſam ad delegantem. vt extra de off. leg. c. licet. vbi dicitur. quòd quidam Cardinalis præcepit cuidam Epiſcopo quendam Abbatem

res. ſi arras dediſti, vel aliàs te emptiõi obſtrinxiſti, tenebor.

d que eſt in facto alieno, vt hic.

e Finitur ſi remittatur cauſa ad delegantem.

tem electum in Archiepiſcopum examinare: is examinationem redactam in ſcriptis tranſmiſit domino Papæ:qua tranſmiſſa, Cardinalis,antequam cõfirmaretur electio, fecit aliam inquiſitionem ſuper electione Abbatis. dicit Papa. quòd nõ valet ſecunda examinatio,tanquam à non ſuo Iudice facta: poſtquam domino Papæ prima fuerat examinatio tranſmiſſa, vel deſtinata. [a]Item finitur elapſo termino in commiſsione cõprehenſo: niſi de conſenſu partium prorogetur.vt extra eod.c. de cauſis. vbi dicitur. quòd ſi cauſa fuerit commiſſa, infra certum terminum decidēda elapſo termino in cõmiſsione dato, expirat iuriſdictio, niſi de cõſenſu partium prorogetur.Ad idem eod.titul.c.p.& g. vbi dicitur. ſine vtriuſq; partis conſenſu non licet iudici terminum prorogare præfixum à delegante.Item finitur iuriſdictio ſententia lata, & executioni mandata.vt extra c.in literis. de off.dele. Ad idem D.de re iud.l.iudex. vbi dici-

a Finitur termino ſtatuto elapſo.

Finitur facta executione.

dicitur. iudex poſtquam ſententiã dixit [b]ſemel iudex eſſe [c]deſijt. & hoc iure vtimur: vt iudex, qui ſemel pluris, vel minoris condemnauit, amplius [d]corrigere ſententiam ſuam nõ poſsit. Semel enim, ſiue bene, ſiue malè offi. ſuo functus eſt. Hoc intelligo, quantum ad examinationem cauſę. ſed non finitur eius officium, quantum ad tuitionem ſuę ſententię: quia ſemper eam tuebitur. vt ff. ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſ. eſt l. 1. §. 1. vbi dicitur. quòd fruſtrà iudex mittit aliquem in poſſeſsionem, niſi miſſum tueatur. [e]Sed quæri poteſt, quouſque tuebitur? Reſpondeo ſemper. arguměto C. de pœnis. l. Seruus. vbi dicitur. ſeruus ſub pœna vinculorum, ſine præfinitione tẽporis domino reddi iuſſus ſententia Præſidis prouinciæ, perpetuò eſſe debet. caſus talis eſt. Iudex ſententiauit cõtra ſeruũ quendam ſic: condemno te, quòd ſis in vinculis. quærebatur, quouſq; deberet eſſe in vinculis. dicit lex: in perpetuum, ex quo nõ fuiſſet expreſ-

b Secùs in interlocutoria L. quod iuſsit de re iud. L. qualẽ. §. vnde vendendum. de recep. arb.

c quantũ ad hãc cauſam.

d Moderari tamen poteſt. Intellectus L. Iudex ff. de re iud.

e Sentẽtia ſemel lata, perpetuò eſt defendenda.

preſſum in ſentẽtia. Ergo à ſimili, ex quo iudex poteſt tueri ſententiã, intelligendũ eſt, quòd ſemper tueri eam poſsit, atq; etiã debeat. Imò & ſucceſſor iudicis delegati hoc poteſt facere. vt extra de off. iud. ord. c. paſtor. §. Præterea. verſ. ad quod. Et hodie dicit Decr. no. quòd quiſq; debet mitti in pacificam poſſeſsionẽ & corporalem. vt extra de off. del. c. venera. Et quod tueri poſsit, habes ext. de ſen. & re iud. c. cùm Bertoldus.[a] Itẽ finitur, ſi cauſa fuerit cõmiſſa alteri, hàbita expreſſa mẽtione, de priori cõmiſsione. vt extra de reſcr. c. cæterùm. vbi dicitur. quòd ſi aliquis impetrauerit literas cõtra aliquẽ. & alius poſtmodum ad alios iudices literas impetrauit contra eundem, in quibus nõ fiebat mentio de prioribus, non valent ſecundę, & debet procedi ſecundũ primas. [b] Item alio modo finitur, ſi aliquis commiſit vices ſuas alicui. quia ſi poſteà velit alij committere, nõ poteſt. vt extra de off. deleg. c. venerabil.[c] Item finitur, ſi re integra exi-

a Si cõmittatur alii.

b Si in totum alii vices ſuas delègans mãdauerit.

c Morte delegantis re integra.

exiſtente moriatur delegans. vt Inſti.mandati.§.Rectè. [d]ſimile eſt prope etiam, extra de off.deleg.c. licet vndique. verſ.fi. vbi dicitur. quòd mandatũ re exiſtente integra, morte mandatoris expiret.& eod.ti.c.gratũ, &c.relatum. Et D. de iur.om.iud.l.& quia nec principaliter.§. ideoq;. vbi dicit. ſi is, qui mãdauit iuriſd. deceſſerit antequam res ab eo, cui mandata eſt iuriſd.geri cœperit. ſolui mandatũ Labeo ait:ſicut ſoluit in cæteris cauſis. Et dicit hodie Decret. no. quòd ſi legatus deſtinatus ad aliquam prouinciam,cõmiſerit cauſam alicui, & ille nõ citauerit partes, antequã legatus de illa ꝓuincia receſſerit:expirat eius iuriſd.vt extra de off.leg.c. Nemini dubiũ. [e]Item finitur, ſi appelletur in caſu licito. vt extra de app. c. directè. vbi dicitur. quòd, cùm quis appellat à iuriſdict. iudicis alicuius, à quo appellatũ eſt, ſe facit exemptum.& extra de app.c. ſignificante.vbi dicitur.quòd, ſi aliquis appellauerit ad ſuperiorẽ, exemptus

eſt om-

d Vnde literæ Pontificiæ,quibus mãdatur collegio de recipiendo aliquo in Canonicũ,ſi in vita Pontificis nõ ſortiantur effectũ, vnà cum Pontifice exſpirant.

e Si appelletur legitimè.

eſt omninò, quo ad illum articulum, ſuper quo appellatum eſt à iuriſd. iudicis, à quo appellauit. Ad idẽ extra eo. c. relatum. [a]Item finitur iuriſdictio, ſi fuerit legitimè recuſatus, vt extra de app. c. ſecundò requiris. §. tertiò poſtulas. vbi dicitur. quòd, ſi cauſa ſuſpitionis fuerit probata. Iudex recuſatus debet à cauſſæ cognitione ſuperſedere. ipſa namque ratio dictat, & plurimis probatur exemplis. quòd ſuſpecti & inimici Iudices eſſe non debent. Ad idem extra de fo. comp. c. licet ex ſuſcepto. vbi dicitur in fine. ſi Conſules iuſtitiæ, tãquam meritò ſuſpecti recuſantur. & ꝓbata fuerit coram arbitris cõmuniter electis ſuſpitio, ad ſuperiorem vel Epiſcopum, vel Papam recurrat. Ad idem extra de app. c. cum ſpeciali. vbi dicitur. quòd poſtquam fuerit cauſa recuſationis iudicis corã arbitris communiter probata, ad ſuperiorem vel aliquẽ electum de conſenſu partium, recurratur. Ad idẽ extra de off. iud. dele. c. ſuſpitionis.

a *Si recuſetur delegatus.*

Titul.

Titul. V.

DE DIFFERENTIA *Iudicum delegatorum.*

PRAETEREA nota quadruplicem differẽtiam inter delegatum à Principe: id eſt, Papa vel Imperatore, & delegatum ab alio: puta Epiſcopo, aut Duce. [b] quia delegatus à Principe poteſt totam cauſam, vel eius partes alijs delegare. vt extra de off. delega. c. ſuper quæſtionum. §. intentionis. ſupra eod. titul. prox. Delegatus verò ab alio, quàm à Principe, cauſam ſibi delegatam alteri delegare nõ poteſt. vt C. de iud. l. à iudice. vbi dicitur. à iudice iudex datus, dandi iudicem nõ habet facultatem: cùm ipſe iudiciario ſeu vicarió munere fungatur: niſi à Principe iudex fuerit datus. Ad idem facit Decre. no. extra de off. dele. c vlt. vbi dicitur. quoniã Apoſtolica ſedes intẽdit prouidere negotijs: & non perſonis, quib. ea cõmittuntur: ſi iudex tertius, licet ex officio noſtro, vel de

b Prima differentia inter iudices delegatos à Principe & ab aliis.

§. I.

aſſenſu partium pro cõmuni à nobis datus eiſdẽ, alijs delegauit vices ſuas (cum delegato à Principe id concedatur à iure) delegatio ipſius valebit. Ad idẽ extra. de app. c. cùm cauſam, vbi dominus Papa ſublegationem factam à ſubdelegatis iudicum delegatorum à ſe ipſo datorũ, reprobauit, cum nõ, niſi iudex delegatus à Principe, poſsit iudicem dare.[a] Tamen cùm vniuerſitas cauſarum ei delegata eſt, tunc poteſt iudex delegatus ab ordinario, alij delegare. vt ff. de iud. l. cùm prętor. §. 1. vbi dicĩ. iudicẽ dare poſſunt, quib. hoc lege, vel cõſtitutione, vel ſenatuſconſulto cõceditur. Lege, ſicut ꝓconſul. is quoq;, cui mãdata eſt iuriſdictio, iudicẽ dare poteſt: vt legati proconſulum. Item hi, quibus id more conceſſum eſt propter vim imperij: ſicut præfectus vrbi, cęteriq; Romæ magiſtratus. Sed cõtrà eſt. C. vbi & apud quẽ cog. in integ. reſtit. L. cùm ſcimus. & D. de off. ꝓconſ. L. ſolẽt. & D. de iuriſd. om. iud. L. more. Solutio. hîc loquitur

[a] *Fallẽtia differentiæ datæ.*

quitur de datis à ꝓconſulis legatis & cõfirmatis à Principe: in cõtrarijs de delegatis à legato ꝓconſulari tãtùm. Vel hîc loquit̃ in tẽporalibus magiſtratib. ibi de ꝑpetuis. Vel hîc loquit̃ de generaliter datis nomine ſuo: ibi de ſimpliciter datis ad maiorẽ aliquã cauſſam. Vel hîc poſt litis conteſtat. ibi ante litẽ conteſtatã. Addunt quoq; quidã alium casũ, ſcilicet, ꝙ lite cõteſtata corã eo poteſt reſiduũ alij delegare. vt C. de ꝓcur. l. neq; tutores. vbi dicit̃. neq; tutores, neq; curatores ex ſua ꝑſona in rẽ pupilli, vel adoleſcẽtis ꝓcuratorem cõſtituere debẽt. Pupillus verò aut pupilla, adult⁹, vel adulta, tã ad agendũ ꝙ̃ defendendũ, tutore, vel curatore interueniente, ꝓcuratorẽ inſtituere poſſunt. Ipſi etiã tutores, & curatores poſt litis conteſtationẽ à ſe factã, ad exemplũ procuratorum, qui litẽ conteſtati ſunt, ꝓcuratorẽ dare non ꝓhibentur. Ad idem extra. de ſen. & re iud. c. cùm Bertoldus. vbi dicit̃. quòd quidã electus, & duo Abbates, quib. cauſa

cuiuſdam Eccleſiæ à quodam legato (qui erat ordinarius, vbi erat legatus) commiſſa erat: alijs deinde commiſerunt eandem. Se-

§.2. cunda differentia eſt, quòd delegatus à Principe poteſt citare partes ante litis conteſtationem, cum * edicti ſolennitate. vt extra de off. iudic. deleg. c. gratum. vbi quæritur. vtrum iudex delegatus propoſito citationis edicto ante mortem delegantis, lite verò poſt mortem ipſius conteſtata, debeat in cauſa procedere. & reſpondetur quòd ſic, quia cùm citatione facta, negotium ſit quaſi cœptum, poteſt & debet cùm delegatus non eſt, certus de morte delegantis, tenebitque quod iuſtitia pręuia iudiciali tramite, fuerit definitũ. Et quòd negotiũ ſit quaſi cœptũ, citatione facta: & quòd per citationẽ perpetuetur iuriſdictio iudicis, dicit Dec. no. extra de o.ſ. deleg. c. nemini. Ab alio autẽ delegatus, non poteſt citare partes cũ ſolennitate edicti. vt C. de iud. l. Sancimus in fin. vbi Imperator ait, pe-

** Solennitatẽ edicti vocat præſcriptum tempus, vel diem iuditii, indictam reo per iudicem, ſignificante viatore, literis, aut edicto publico. L. conſentaneum. & Auth. qui ſemel. C. quomo. & quando iud.*

Citatiõe facta negotiũ dicitur quaſi cœptum.

Hodię omnes iudices citare poſſunt.

ait, pedaneos iudices poſſe condemnare litigantes in damna, & expenſas: quamuis illi nõ fuerint citati, ſed requiſiti tantùm. pedanei em̃ iudices citare nõ poſſunt, requirere poſſunt. Ad idẽ[a] in Aut. de litigioſis, & decima parte litis §. om. vbi dicitur. omnẽ verò cauſarum finẽ volentes celeriter* peruenire, & eorum malignitatibus obuiare, qui tantummodo proponunt actiones, nolunt autem ad finem vſque iudicij exercere, dicentes legem[b] eſſe, quæ decreuit neminem compelli actiones ſuas exercere nolentem: Hanc ergo prauitatem extinguere feſtinantes, iubemus memoratę legis auxilio non eos vti, qui cõtra aliquem ſuas propoſuerunt actiones: ſiue per iudicialem cõtentionem: ſiue per preces Principi oblatas, & iudici inſinuatas, & per eũ ad ſcientiam [c] aduerſarij deductas: vel ſub legitimi iudicis cœptas examine. Iniuſtè enim agere recuſat, qui paratus aduerſarium ſuum ad iudicium vocauit: cùm excuſatio hæc,

a Auth. de litig. & deci. par. li. §. omnem. & Auth. qui ſemel C. quomodo & quando iud.

** aliàs, prouenire.*

b Tit. C vt nemo inui. accu. co.

c Et ita dicitur res non eſſe integra per oblationẽ libelli conuentionalis. ext. de off. iud. deleg. c. gratum.

magis pulſato conueniat, quàm actori. Quamobrẽ ſancimus actorem cœptum negotium vſque ad finem litis exercere. Si verò cauſam ꝓſequi diſtulerit, damus pulſato licentiam, iudicẽ apud quem lis cœpta eſt, poſtulandi: vt ab eodem iudice actor per ſe, aut per alium legitimum procuratorẽ ad iudicium venire moneatur. Et ſi hoc minimè fecerit, propoſitis tribus edictis, vocetur. vnaquaq; vocatione non minus, quàm triginta dierum ſpatio cõcludenda. Iubemus enĩ ordinarios iudices nõ ſolùm præconũ vocibus, ſed etiam edictis propoſitis quamcunq; litigatorum partem abſentem, in iudicium vocare: vocẽ enim præconis pauci qui præſentes ſunt, poſſunt audire: edicta verò per multos dies ſic propoſita, poſſunt penè omnes agnoſcere. Alijs autẽ omnibus iudicibus, qui per imperialem iuſsionẽ cauſas examinant, ex pręſenti lege permittimus, partes, quæ in iudicio nõ permanent, propoſitis edictis vocare, ne cauſę

indefi-

indefinitæ[a] permaneant. Ad idem C. quomodo & quando iud. au- tent. qui ſemel. Nota in hac Auth. qui ſemel. & Auth. omnẽ, quinq; ſpecialia cõtineri, quæ ſunt aduerſus communes leges. C. de iudic. L. properandum. & D. eod. L. ad peremptoriũ. primum, quòd hîc citatio fit per interuallum 30. dierum. Secundum, quòd ibi dicitur poſt litem cõteſtatam per totum: hîc partim ante litem conteſtatã, partim poſt. Tertium, quòd hîc fit citatio per libellum cõuentionalem: ibi tantùm datur poteſtas requirendi reum. Quartum, quòd hîc poteſt ferri ſentẽtia poſt lapſum vnius anni & trium menſium: ibi non niſi imminente fine triennij. Quintum, quòd ante litem reo abſente contrahitur ibi eremodicium: hîc autẽ fertur ſententia ante litem cõteſtatam. Sed cùm in prima parte Auth. loquatur de abſente poſt litẽ conteſtatam, quæro. quæ ſit pœna iſtius: cùm hîc de ea mentionem nõ faciat, ſed tantùm de pœna eius, qui

a ſecundũ L. properandum. C. de iud. c. ſanè. extra de off. iud. del.

abeſt ante lit.conteſtatam, de qua loquiĩ in ſecunda parte. Reſponde recurrendum eſſe ad ius commune. quod eſt C. de iud. L. properandum. Vel argumẽtare à maiori: ſi hîc abſens ante lit.conteſtatam ita punitur, fortiùs hac pœna puniendus eſt abſens poſt lit. conteſtatã. Et verba referri debent ad vtrumq; cáſum, licet in vno reperiantĩ. vt extra de appel.c. prudentia. Item nota ex his Auth. reo citato dari 20. dies. quæ ſunt induciȩ deliberationis. vt C. de lit. conteſt. Aut. offeratur. poſt deliberationem etiã lite conteſtata indulgentur ei 10. dies, quæ ſunt induciæ inſtructionis. vt C. de iud. L. properandum. & D. eod. titul. L. ad peremptorium. Cur autẽ actori abſenti citato præſtanĩ ampliores induciæ, quàm reo. 30. dies ſcilicet, cùm potiùs contrà videatur fieri debere, vt D. de reg. iur. L. nõ debet. præſertim, cùm ad minus actor & reus ad paria iura vocari debeant. Reſpondeo. quãtò quis duriùs punitur per leges, tantò faciliùs

ciliùs ei ſubuenitur, & mitiùs cum eo agitur, antequam perueniatur ad pœnam, vt euitetur ne in pœnam incidat. Itaq; reo cõtumaciter abſente mittendus eſt actor in bonorum poſſeſsionem cauſa rei ſeruandæ. vt ſi reus intra annum veniat præſtita cautione recipiat poſſeſsionẽ: ſi non, efficitur actor dominus rei ex ſecundo decreto, reſeruata tantùm ei quæſtione de proprietate. Actor verò ſi intra annum nõ venerit, neq; auditur ſuper poſſeſsione, neq; ſuper ꝓprietate. & ita grauiùs punitur. vnde & largiùs ei ſubuenitur ab initio per maiores inducias. Præterea hi 30. dies non ſunt induciæ deliberationis, quæ actori præſtari non debent. debuit enim bene ſecum deliberaſſe, antequam alium in cauſam traheret. Tertia differentia eſt, quòd ſi delegat alij cauſam, appellatur ad eum: ſi aliquid cauſæ ſibi reſeruauit. vt extra de off. delega. c. ſuper quæſtionum. §. Porrò. vbi dicitur. porrò delegatus à nobis, ſi iuriſdictionẽ to- §. 3.

 tam

tam cõmittit: non ad eum, ſed ad nos poteſt appellari. Cùm autẽ aliquid de iuriſdictione ſibi reſeruauit, ſi cauſa ſit appellatione remota cõmiſſa: non ad nos, ſed ad eum poterit appellari. Secùs in delegato à minori iudice: quoniã ab eo ſemper ad maiorẽ iudicem appellatur. vt ff. quis, & à quo appell. l. 1. vbi dicit. quòd dicitur eum appellari, qui dedit iudicẽ: ſic accipiendum eſt, vt & ſucceſſor eius poſsit appellari. Proinde, & ſi præfectus vrbi iudicem dederit, vel prætor: ipſe erit ꝓuocandus, [a]vtputa, qui eum dedit iudicẽ. Ab eo, cui mandauit[*] quis iuriſdictionẽ: nõ ipſe prouocabitur. Nam is generaliter erit ꝓuocandus ab eo, cui mãdata eſt iuriſdictio, qui ꝓuocaretur ab eo, qui mandauit iuriſdictionem.

§. 4. Quarta differentia eſt: quòd delegatus à Principe poteſt ſententiam ſuã exequi. vt extra de off. deleg. c. quærenti. Sup. eſt tit. de off. iud. ordina. in fin. ſed delegatus ab alio nequaquam. vt extra de foro comp. c. ſi quis contra clericũ. vbi dicitur.

* *aliàs, mandat.*

a *In manuſcriptis libris adiicitur in margine iiſdem planè characteribus. Duplex hinc exiſtit cõtrarietas, ex tit. C. de iud. L. à iudice. & C. qui pro ſua iuriſdic. iud. L. 1. Primùm delegat' non poteſt ſubdelegare, niſi delegatus à principe. Solutio. Speciale eſt, quod ibi dicitur, & cauſa ſpecialitatis expendi poteſt ex ead. L. à iudice. Vel dic. ante litem conteſtatam nullũ poteſt aliũ delegare, niſi delegatus à principe. Poſt litẽ conteſtatã etiam alius delegare poteſt. vt hîc. Secundò ait ibi, quòd ſecũdò delegatus poteſt appellari, ſed*

dicitur. quod quicquid erit definitum, vel iudicatũ per cognitorem datũ ab Epiſcopo, Epiſcopus debet exequi. Ad idẽ ff. de re iud. l. à Diuo Pio. vbi dicit. à Diuo pio reſcriptũ eſt, vt magiſtratus populi Romani, iudicũ à ſe datorũ, vel arbitrorũ ſententiam Romæ [b] dictam exequantur hi, qui eos dederunt. Et etiã in ꝓuincijs per præſides poſſunt, ſi hoc iuſsi ſunt, ad finem perſequi: eò quòd Imperator noſter cum patre ſuo ita reſcripſit. In ſumma omniũ præcedentium titulorum notabis, quòd licet ſolus ordinarius, vel delegatus, [c] cauſas ciuiles tractare valeat quaſlibet, vel finire: criminales tamen cauſas clericorum vnus ſolus, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, tractare non poteſt: ſed in criminali cauſſa Diaconi, [d] exiguntur tres Epiſcopi, præter propriũ Epiſcopũ. In cauſa presbyteri ſex: In cauſa Epiſcopi duodecim, præter ꝓprium Metropolitanum, vt 15. q. 7. c. ſi quis. vbi dicitur. ſi quis timidus, vel contumelioſus extiterit in

hic quòd primò delegatus. Solutio. Is qui appellat à tertio iudice delegato, duplex habet remediũ: Poteſt enim appellare vtrum maluerit, primum delegantem, vel delegatum.

b Hinc patet, quemadmodũ intelligẽda ſint. de cr. de off. & pot. iud. deleg. c. ſententiam. & c. ſignificaſti.

c Cauſæ criminales clericorum.

d Vt ſe muniuerunt.

terit in maiorem natu, vel aliam cauſam habuerit, à tribus vicinis Epiſcopis, ſi Diaconus eſt, qui arguitur: ſi presbyter, à ſex: ſi Epiſcopus, à duodecim ſacerdotibus audiatur. Vniuerſi Epiſcopi decreuerunt contundi debere contumaciam, & in omnibus frangi ſuperbiam. Et hoc generaliter verũ eſt, niſi cauſa ſit à principe delegata. Hoc enim quod principi placuit, legis habet vigoré, vt Inſt. de iure nat. gent. & ci. §. Sed quod principi. Et ff. de conſt. Princ. l. 1. vbi idem dicitur.

Titul. VI.
DE ARBITRIS.

QVia ad inſtar iudiciorum arbitria ſunt redacta, vt ff. de recep. arb. l. 1. vbi dicitur. compromiſſum ad ſimilitudiné iudiciorum redigitur, & ad finiendas lites pertinet. Item quia arbiter, vt iudex eadem forma iurare debet: ſicut etiam apud vtraſq; partes de calumnia iurare coguntur. vt C. de iud. L. rem non nouam. & C. de iure-

iureiur. prop. calum. L. 2. §. Sed quia veremur. Et tamē ſtatim ſubiungit. L. 2. D. eod. tit. Ex compromiſſo placet exceptionem nō naſci, ſed pœnæ petitionē. (Quod intellige ſecundum veteres leges, & non ſecundum nouas.) Ideo, poſtquam tractauimus de alijs iudicibus: cōſequitur, vt de arbitris videamus. Oſtendamus ergo, qui iudices ſint arbitrarij: & qui poſſint eſſe arbitri: de quibus cauſis poſsit in arbitros cōpromitti. In quib. differant arbitri à iudicibus: & qualiter finiatur arbitriū. [a] Arbitri ſunt, qui conſenſu partium eligunt, & in eos ſub pœnæ ſtipulatione compromittitur: vt metu pœnę arbitrio ipſorū ſtetur. Quin ſententia arbitri ſine compromiſſione pœnæ non valet, vel ſine pignoris datione. vt C. de arb. l. 1. vbi dicitur. ex ſententia arbitri, ex cōpromiſſo iure perfecto aditi, non poſſe appellari, ſæpè reſcriptum [b] eſt, quia nec iudicati actio inde præſtari poteſt, & ob hoc pœna inuicem cōpromittitur, vt metu eius

a Arbitri qui ſint.

§. I.

b Sed contra eſt D. qui ſatiſd. cog. L. arbitro. & C. de iudic. L. cū ſpeciali. Dic quod hîc in textu loquitur de arbitro cōpromiſſario propriè accepto: ibi verò impropriè de delecto in locū recuſati iudicis. Et ibi verū eſt, quia ſententia arbitri

tu eius à placitis nõ recedatur, ſed ſi vltra diem in cõpromiſſo comprehenſum iudicatum eſt, ſententia nulla eſt, nec vllam pœnam committit, qui ei non paruit. [a]In duobus caſibus valet ſine compromiſsione pœnæ, ſcilicet, ſi partes ſe ſubſcripſerint, quod non diſpliceat ſibi ſubiacere ſententiæ arbitri: vel ſi per decem dies tacuerint poſt ſententiam. vt C. eodem titul. L. cùm antea. vbi dicitur. cùm antea ſancitum fuerat in arbitris eligendis, quos neq; pœna compromiſsi vallabat, neque iudex dederat, ſed nulla ſententia præcedẽte communis electio: vt illorũ ſententiæ ſtaretur, procreabat: ſi quidem pro parte pulſata, forma arbitralis procederet, exceptionem ei, veluti pacti conuenti generari: ſin autẽ pro actore calculus poneretur, nihil ex eo [b]procedere ei præſidij: ſancimus in eos arbitros, quos prædiximus, & quos talis conſenſus elegerit, ſub eo pacto vel in ſcriptis, vel nõ in ſcriptis habito, vt eorum definitio-

ſola eſt. hic ſola non eſt, imò etiam partium ſubſcriptione, & tẽporis poſt ſententiã taciturnitate, valiata eſt. Item hæc L. nõ eſt Iuſtiniani, ſed ex Cod. Gregoriano, vel Hermogeniano, vel Theodoſiano. Sed illa Cod. eſt Iuſtiniani.

a Quando arbitrium ſine pœnæ adiect. valeat.

b Quia actor & reus ad imparia iura vocabantur, icirco emendatũ eſt hoc præſenti conſtitutione.

nitioni ſtetur: ſiquidem ſubſcripſerint, poſtquam definitio proceſsit, quod nō diſpliceat ambabus partibus eorum ſententia: nō ſolùm reo exceptionem, veluti pacti generari, ſed etiam actori ex noſtro numine in factum actionem, quatenus poſsit ſententia eius executioni mandari, in hac quidem regia ciuitate ab officio eminentiſsimæ præfecturæ, vel eius, cuius forum pars ſequitur fugientis. In prouincijs autem tam per moderatores, quàm per apparitores eorum, vel per iudices, quorum regimen pars pertimeſcit pulſata. Sin autem poſt ſententiam minimè quidem ſubſcripſerint, ſe arbitri formam amplecti, ſed ſilentio eam roborauerint, & non intra decem dies proximos atteſtatio miſſa fuerit, vel iudici, vel aduerſario ab alterutra parte, per quàm manifeſtum fiat definitionem non eſſe amplectendam: tunc ſilentio partium ſententiam roboratam eſſe, & fugienti exceptionem, & agenti memoratam actio-

Tex. l. cùm anteà C. de arbi.

actionem competere. Altera autem parte recuſante ſecundũ præfatum modum, & implere ſtatuta minimè cupiente: nihil fieri præiudicij, neque parari, vel exceptionem reo, vel actori actionem: exceptis videlicet arbitris, qui cũ ſacramenti religione electi [a]ſunt, ſecũdum nouellam noſtri numinis conſtitutionem. Tunc etiam ea omnia ſeruari oportet, quæ lege noſtra ſuper huiuſmodi audientia definita ſunt. Quæ eſt l.4.C. de arbit. Vbi Iuſtinianus pręcipit. quòd arbitri eligantur à partibus cum iuramento: ne perfidi iudicia eludere poſsint. & arbiter iurabit, quòd litem dirimet cum omni veritate. [b]Poſſunt omnes eſſe arbitri, qui nõ prohibentur: Prohibetur minor viginti annis, vt D. de arb. l. cum lege. vbi dicitur. cum lege Iulia cautum ſit, ne minor 20. ann. iudicare cogatur: nemini licere minorẽ 20. annis compromiſſarium iudicem eligere. & ideo pœna ex ſententia eius nullo modo committitur. Mulier etiam iube-

a Quod enim quis dilucidè voce ſua teſtatus eſt, reiicere non poteſt.

§.2.

b vt maximè poteſt.

iubetur ab omnib. officijs ciuilibus abſtinere. vt D. de reg.iur.l.2. quæ ſupra eſt tit.de off. iud. ordina.in princ. Et C. de arbit. L. vlt. Prohibentur furioſus, ſurdus, mutus, ſeruus.arg.l.3.q.7.§.3. Itē impubes ab omnibus officijs ciuilibus debet abſtinere. vt ſupra de offi. iudic. ordi. Prohibetur Laicus eſſe arbiter in cauſa ſpirituali. vt extra de arb. c. contingit.in fine.vbi dicitur. generaliter prohibemus, ne ſuper rebus ſpiritualibus compromittatur in Laicum: quia non decet in talibus, vt Laicus arbitretur. Poteſt tamē Laicus in rebus Eccleſiæ arbitrari, dummodò in eum auctoritate ſuperioris fuerit compromiſſum. vt extra de arbi. c. Per tuas, in fine. vbi dicitur. Et nō nocet, quòd arbitriū fuit latū à duobus Clericis & vno Laico, ex quo auctoritate Epiſcopi in eos fuerat compromiſſum. Similiter & mulier. vt extra de ar. c.dilecti. Supra eſt tit. de off. iud. ord.§.1. Item quidā dicunt, quòd iudex ordinarius arbiter eſſe non

Quādo Laicus iudex eſſe poſſit in re ſpirituali.

poteſt in lite, quę coram eo agitatur, per text. D. de arb. l. ſed etſi in ſeruum. §. 2. Et 3. q. 7. c. infames. §. Si quis. vbi dicitur. Si quis verò iudex ſit, arbitriũ recipere eius rei, de qua iudex eſt, ſiue in ſe cõpromitti iubere, prohibetur L. Iulia: & ſi ſententiã dixerit, non eſt danda executioni. Sed ſecundum Canones recẽtiores tam ordinarius, quàm delegatus arbiter eſſe poteſt. vt extra eod. c. cum tempore. vbi cauſa vertebatur inter quendam Epiſcopum, & quendam Abbatem, ſuper quodam monaſterio, & capella quadam. compromiſſum fuit in quendam Archiepiſcopum, qui arbitratus fuerat ſuper cauſa. Papa confirmauit illud, quod fuerat arbitratum: illis capitulis duntaxat exceptis, quæ contra libertatem ipſius monaſterij, & eiuſdem capellarum fuerant in arbitrio expreſſa. Ad idem extra de elect. c. cauſam. vbi dicitur. quòd quædam moniales cõpromiſerunt in Epiſcopũ, vt eis abbatiſſam daret. Dicit Papa. quod ad ean-

Iure nouiſ. tam ordinarius quàm delegatus arbiter eſſe poteſt.

ad eandem, quam Epiſcopus dederat, accipiendã, dummodò idonea ſit, moniales ſint cõpellendæ. De delegato verò, quòd arbiter eſſe poſsit, habemus extra de arb. c. cùm olim. vbi dicit. quòd cauſa vertebatur inter fratres hoſpitalis cuiuſdam, & quendam Priorẽ de eligendo rectore. cõmiſſa fuit cauſa quibuſdam iudicibus delegatis. Poſteà cõpromiſerunt in eoſdem. Et Papa interpretatus eſt arbitriũ illorum valere. Ad idem extra de præb. & dig. c. niſi eſſent. vbi ponitur talis caſus. duo litigabãt ſuper quodam Prioratu, & cõpromiſerũt in iudices delegatos, qui taliter ordinabant: vt alter haberet Prioratũ, alter verò de ꝓuentibus Prioratus 40. libras, & de reditib. capituli 20. libras, annuatim perciperet. Dicit Papa. quòd licet talis ordinatio ſit valde ſuſpecta: ex quo tamen pro bono pacis facta fuerat, eam tolerat, cùm ex arbitraria poteſtate taliter ordinare poterant: ita tamen quòd præſtatio 40. prædictarum vitã Prioris

non excedat. Simile extra de præſum.c.literas circa princ.vbi dicitur.vtraq; pars tandem, vt negotij prolixitas poſsit expediri: vos duos ſub certa forma ſibi arbitros ſtatuerunt, delegata vobis poteſtate nihilominus reſeruata.

§. 3.

[a] Sequitur, de quibus cauſis poſsit compromitti in arbitros. & dicitur, quòd de omnibus, exceptis criminalibus, & liberalibus, & matrimonialibus. De liberalibus habemus extra de arbitris.*c.cum tempore. De matrimonialibus, extra de iureiuran.c. Tua nos. 2. vbi dicitur. quòd quidam & eius vxor iurauerunt, ſeſe nunquam mutuò petiturós.poſteà maritus eius, petijt eã inſtanter.Illa dicebat,quòd priùs ſe faceret ſaracenam, & perderet animam, antequam ad eum rediret:ſed libẽter iuraret, & promitteret caſtitatem, ſi ex arbitrio *ei ꝓuideretur. Dicit Papa, quòd ambo moneantur ad caſtitatem, vel continentiã ſeruandam:quod ſi facere noluerint, ſi vir petit eã, mulier ad eum redire cogatur: Ad idem,

a In omnib.cauſis poteſt compromitti in arbitrũ, exceptis tribus.

* *Hic locus agit de libertate rerũ, id eſt, de cõſeruandis iurib. & priuilegiis, & non de ſtatu perſonarũ.*

* *Hæc particula, Si ex arbitrio, in textu impreſſo deſideratur.*

idem, & melius, extra. de reſt. in integ. c. cauſa reſtitutionis in fin. vbi dicitur. in matrimoniali quoque, liberali, vel criminali cauſa, cùm maiores iudices exigant, arbiter nequit aſſumi. Quod de criminalibus nō poſsit compromitti, habemus D. de recep. arb. l. non diſtinguemus. §. Iulianus. vbi dicitur. Iulianus indiſtinctè ſcribit, ſi per errorẽ de famoſo delicto ad arbitrum itum eſt, vel de ea re, de qua publicum iudicium ſit conſtitutum: veluti de adulterijs, ſicarijs, & ſimilibus: debet prætor vetare ſententiā dicere, nec dare dictæ ſententiæ executionem. Item, ne de libertate fiat cōpromiſsio, habes ff. de arb. ead. l. §. de liberali cauſa. vbi dicitur. De liberali cauſa compromiſſo facto rectè non compelletur arbiter ſententiā dare: Quia fauor libertatis eſt, vt maiores iudices habere debeat. Eadē dicenda ſunt, ſiue de ingenuitate, ſiue de libertinitate quæſtio ſit, & ſi ex cauſa fideicommiſsi libertas deberi dicatur. Idem dicendū erit

§.3. in populari actione. [a]Differt autẽ arbitrium in multis à iudicio, licet ad inſtar iudiciorũ ſe habeat. vt ff. de arb. l. 1. Nam venalis ſententia iudicis nõ valet. vt 2. q. 6. c. ei qui appellat. §. venales. vbi dicitur. Venales quoque ſententias, & quę pro mercede à corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra interpoſitæ ꝓuocationis auxilium infirmas eſſe, decretũ eſt. Sententia verò arbitri per preces & ſordes data, tenet. Sed tamen excipi poteſt de dolo contra agentem ad pœnam ex ſententia tali. vt C. de arb. l. arbitrorum. vbi dicitur. arbitrorum ex compromiſſo ſententię non obtemperans, ſi ſordes vel euidẽs gratia eorum, qui arbitrati ſunt, interceſſerit: aduerſus filiam tuã contra te agentẽ ex ſtipulatu, exceptione doli mali vti poteris: ſed ex doli clauſula, quæ cõpromiſsi ſtipulationi ſubijci ſolet, filiam tuã conuenire nõ vetaberis: Sed quæro. Si arbiter per dolum vel gratiam ſententiã tulerit, actoris dolo ceſſante: an actor petendo

a Differentia iudicii & arbitrii.

tendo pœnam in ſtipulationem, ſi arbitrio nõ pareretur, deductã, exceptione doli repellatur. Videtur quòd non. Nam dolũ objiciẽs docere debet actoré dolum feciſſe: nec ſufficiet oſtẽdere in re dolum eſſe. vt D. de dol. mal. & met. excep. L. 2. §. 1. fraus enim & dolus ei tãtùm nocet, qui eũ admiſit. vt D. de his quæ in frau. cred. L. qui à debitore. Puto tamẽ nocere: quia nunc dolo facit quod petit, etſi primò nihil dolo fecerit. arg. D. de dol. excep. L. 2. §. & generaliter. & L. 4. §. de auctoris. Item in hoc differunt: quoniã à ſententia arbitri non poteſt appellari. vt C. eod. l. 1. Sed à iudicis rectè appellatur. vt 2. q. 6. Si quis Epiſcopus, &c. non ita. vbi dicĩt. nõ ita in Eccleſiaſticis negotijs eſt agendũ, ſicut in ſecularib. Nam in ſecularib. poſtquàm legibus vocatus quis venerit, & in foro diſceptare cœperit, non licet ei ante peractam cauſam recedere. In Eccleſiaſticis verò negotijs dicta cauſa recedere licet, ſi neceſſe fuerit: aut ſi ſe viderit prægrauari.

Ad idem 2. q. 6. Si quis iudicem aduerſus ſe grauē ſenſerit, vocem appellationis exhibeat. [a]Item in hoc differunt, quoniā reconuentio non habet locum in arbitrio. vt extra. de arb. c. cū dilectus. vbi dicitur. coram arbitris non poteſt quis reconuenire: cùm arbitri iudicare nō valeant, niſi de his tantummodò, ſuper quib. in eos extitit compromiſſum. Sed hoc locum habet in quolibet alio iudice, tam ordinario, quàm delegato. vt infra tit. de reconuentionibus dicemus. [b]Item in arbitrio nō ſuccedit hæres, niſi hoc expreſsè dicatur in compromiſſo. vt ff. de arb. l. diem proferre. §. 1. vbi dicitur. ſi hæredis mentio, vel cæterorum facta in cōpromiſſo non fuerit, ſoluitur compromiſſum morte compromittentis. Nec vtimur Labeonis ſententia: qui exiſtimauit, ſi arbiter aliquē pecuniam dare iuſſerit, & is deceſſerit antequā daret: pœnam committi, licet hæres eius paratus ſit offerre pecuniam. Hæredem verò nō adſtringit ar-

a Reconuētio denegatur in arbitrio, ſecùs in iudicio.

b In hæredem nō prorogatur.

git arbitrium, nondum moriente teſtatore promulgatũ: niſi de hoc ab initio conuenerit: quia arbitria ſunt ſtricti iuris, ideoq́; nihil planè recipiunt, præterquam ea, de quibus actum eſt, vt venirent. licet in ſolutionibus aliud ſit: vbi ſoluendo quiſq; pro alio, liberat debitorem inuitum, & ignorantem. Contrà autẽ, quod nobis debetur, alius ſine voluntate noſtra non poteſt iure exigere: quoniam naturalis pariter & ciuilis ratio ſuadet, alienam conditionem etiam ignorantis, & inuiti meliorẽ nos facere poſſe, deteriorem nõ poſſe. Et quòd nõ ſuccedat hæres in arbitrio, niſi de hoc fiat mentio habetur extra de arbitris c. vltimo. vbi dicitur. compromiſſum non extenditur in cõpromittentis hæredes, ſi de ipſis non caueatur ibidem. Sed in iudicio ſecùs eſt. vt C. ex delict. defunct. in quant. hæred. &c. l. vnica. vbi dicitur. Poſt litis conteſtationem eo, qui vim fecit, vel concuſsionem intulit, vel aliquid deliquit, defunctos

ſucceſſores eius in ſolidum tenentur. Alioquin in quantũ ad eos ꝑuenit cõueniri, abſolutiſsimi iuris eſt: ne alieno ſcelere ditẽtur. Item nõ poteſt ſententiare arbiter altera parte abſente: niſi hoc actũ ſit in cõpromiſſo. vt ff. de arb. l. diem ꝓferre. §. Si quis litigatorũ. vbi dicit. ſi quis litigatorũ defuerit: quia per eum factũ eſt, quo minus arbitretur, pœna cõmittetur. Proinde ſententia quidẽ dicta, non coram litigatoribus, non valebit: niſi in cõpromiſſo hoc expreſſum ſit ſpecialiter, vt, vel vno, vel vtroq; abſente ſentẽtia promatur. Pœnam autẽ is, qui defuerit cõmittit: quia per eum factum eſt, quo minus arbitretur. In iudicijs autem poteſt ſententiari altera parte abſente, vt 3. q. 9. c. decreuimus. vbi dicitur. decreuimus iudicium veſtrum intra ꝓuinciam veſtrã eſſe debere, & congregare Synodum ante diem Cal. Nouemb. vt ſi voluerit eſſe præſens, ſi confidit, ad obiecta reſpondeat. Si verò adeſſe neglexerit, dilationẽ ſententię de ſua

Non procedit in contumaciam abſentis.

a Ratio eſt, quia his iudicijs nõ contrahitur eremodicium.

ſua abſentia nõ lucretur. Ad idem extra de dol. & contu. c. cauſam quæ, & ext. de iud. c. quia Vuilhelmus. & D. de iud. l. Poſt edictum. Itẽ abſentes nõ condemnantur in arbitrio ad expẽſas, niſi cautum ſit in cõpromiſſo. vt ff. de arb. l. diem ꝓferre. §. Si quis litigatorũ. In iudicio ſecùs eſt, vt in iam allega. locis. & D. de iud. l. eum, quẽ temerè aduerſariũ ſuum in iudiciũ vocaſſe conſtiterit: viatica, litisq; ſumptus aduerſario ſuo reddere oportet. Ad idẽ C. de iud. l. ꝓperandũ. §. ſiue aũt alterutra. Et de vtroq; loquitꝰ eod. ti. L. ſancimus. vbi dicit. Sancimus omnes iudices, ſiue in hac florentiſsima ciuitate, ſiue in ꝓuincijs, ſi quãdo abſens perſona citata poſtcà cõparuerit, nõ aliter ei iudicialem aditum reuelare, ſed omnem claudere ei iudiciorũ copiam: niſi priùs omnia damna reſtituat ex huiuſmodi vitio aduerſario inflicta, ſiue circa ingreſſus litis, ſiue circa honoraria aduocatorũ, vel alias cauſas, quæ in iudicio vertuntur: æſtimatiõe iudicis quan-

Non cõdemnat in expenſas.

quantitate eorũ definienda, poſtquam ab eo iuratũ fuerit,qui fecit expenſas: executoribus negotiorum modis omnibus diſpoſitiones eorũ adimplentibus: ſcituris iudicibus noſtris & executoribus, quòd ſi hoc prætermiſerint, ex ſubſtantia ſua huiuſmodi detrimentum reſarcire compellentur. Quod etiã in pedaneis iudicibus obſeruari cenſemus, licet non citati: attamen requiſiti litigatores mala cõſcientia abfuerint. Ad idẽ extra de app.c. Nicolao militi.vbi dicitur.quòd, qui non proſequitur appellationem ab ſe interpoſitam, à tempore factæ appellationis, debet ſoluere expenſas appellationẽ proſequenti. Et alibi dicitur. quòd à tempore citationis emiſſæ, ſi aliquis fuerit cõtumax, tenetur ad expenſas. extra de dol. & contum.c.cum dilecti.Item iudex exequitur ſententiã ſuam. vt extra de off.dele.c. quærẽti. & ſupra eſt tit.de off. iud. ord. in fine: Arbiter nõ.Imò iudex ordinarius exequitur ſentẽtiam arbitri. vt ff. de re

Arb. ſent. à ſe latam non exequitur.

de re iud. *l.ſi ſe non obtulit.§.ait Prætor.vbi dicitur.ait Prætor condemnatus, vt pecuniã ſoluat &c. A condemnato hoc exigit, vt pecuniam ſoluat.quid autẽ, ſi ſoluere quidẽ paratus non ſit, ſatisfacere autẽ paratus ſit, quid dicemus? & ait Labeo, debuiſſe hoc quoq; adijci.Neq; eo nomine ſatisfaciat. Fieri eṁpoſſe, vt idoneum expromiſſorẽ habeat, Sed ratio pecuniæ exigendę hæc fuit, quòd noluerit Prætor obligationẽ ex obligationibus fieri:Idcirco iubet, vt pecunia ſoluatur. Ex magna tamen & idonea cauſa accedendum erit ad Labeonis ſententiã. Et melius D. de re iud.l.à Diuo Pio.ſupra eſt ti. de off.dele. Item coẽrcitio arbitri pertinet ad iudicẽ ordinarium. vt ext.de arbit. c.expoſita.in fin. Ad idem D.de arb.l.3.§. Tametſi. vbi dicitur. tametſi neminem cogat Prætor arbitriũ recipere ab initio (quoniã hęc res libera eſt, & abſoluta, & extra neceſsitatem iuriſdictionis poſita) attamẽ vbi quis ſemel recepit arbitrium, ad curam, & ſoli-

** Videtur Auctor in hac allegatiõe nõ tam verba Iuriſconſulti, quàm edicti potiùs, reſpexiſſe. Niſi enim quod de obligationis multiplicatione dicitur, huc detorqueatur, vt ſenſus ſit, ne in plures iudices diſtringãtur partes &c. Sola cõciliandi ratio ſupererit, vt ad verba edicti, quæ in lege ſequẽti cõtinuantur, al leg: hac referatur, quæ ratio, propter ſubiectam Vlpiani interpretatiõnem, præſenti intellectui magis cõuenit.*

Semel ſuſceptum arbitri munus ſit neceſſarium.

& ſolicitudinem ſuam hanc rem pertinere Prætor putat, non tantùm quòd ſtudeat lites finire: verùm quoniam nõ debent decipi, qui eum quaſi virum bonũ, & idoneum diſceptatorẽ inter ſe elegerunt. Finge enim poſt cauſam iam ſemel atq; iterum tractatã, poſt nudata vtriuſq; intima, & ſecreta negocij aperta, arbitrũ, vel id gratiæ dantem, vel ſordibus corruptum, vel alia ex cauſa nolle ſententiam dicere: quiſquámne poteſt negare, æquiſsimum fore Prætorẽ interponere ſe debuiſſe, vt officiũ, quod in ſe recepit, impleret? Item in arbitrio non purgatr mora, cùm dies præfigitur ab homine. vt D. de arb. l. Celſus ait. vbi dicitur. ſi arbiter intra Calendas Septemb. dari iuſſerit, nec datũ erit: licet poſteà offeratur, nec accipiatur, attamen ſemel commiſſam pœnam compromiſsi nõ euaneſcere: quoniam ſemper verum eſt, ſemel intra Calendas datum nõ eſſe. Si autem oblatũ iam receperit, pœnam petere nõ poteſt, doli exceptione remo-

Mora non purgatur.

remouedus. Contrà, vbi duntaxat dare iuſſus eſt. In iudicijs purgatur mora. vt D. ſi quis cautionibus &c. l. & ſi poſt tres. vbi dicitur. etſi poſt tres, aut quinq; , pluresúe dies, quàm iudicio ſe reus ſiſti promiſit, ſecum agendi poteſtatem fecerit, nec actoris ius ex mora deterius factum ſit, conſequens eſt dici, defendi illum per exceptionem debere. Item etſi qui alij ſunt caſus, in quibus contrarium inuenitur expreſſum, illud obtinet. Alioquin quicquid in iudicijs ſtatutum eſt, id in arbitrijs obſeruari debet. vt ff. de arb. l. 1. & ſuprà eſt in princ. huius tituli. [a] Finitur arbitri iuriſdictio, ſi de omnibus, de quibus in eum compromiſſum eſt ſententiauit: non ſi de quibuſdam, niſi actum ſit in cõpromiſſo, quod de parte litis ſententiare poſsit. vt D. eod. tit. l. quid tamen. vbi dicitur. quid tamen ſi de pluribus controuerſijs ſumptus eſt arbiter, nihil ſibi communibus: & de vna ſententiam dixit, de alijs nondum: nunquid deſijt eſſe arbiter?

§. 5.
a Finitur arbitrum ſentẽtia de rebus cõpromiſſis lata.

biter? Videamus igitur, an in prima cõtrouerſia poſsit mutare ſententiã, de qua iam dixerat. Et multum intereſt, an vt de omnibus ſimul dicat ſentẽtiam compromiſſum ſit, an non: Nam ſi, vt de omnibus, poterit mutare: nondum enim dixit ſentẽtiam. Quòd ſi vt ſeparatim, quia plura ſunt cõpromiſſa, & ideo (quantum ad iſtam controuerſiam pertinet) arbiter eſſe deſierat. [a]Item finitur termino elapſo, id eſt, die in compromiſſo appoſito. vt D. eod. L. quid tamẽ. §. Papinianus. vbi ait. Si cùm dies compromiſsi finiretur, prolato die litigatores denuo in eum cõpromiſerint, nec ſecundi compromiſsi arbitrium receperit: non eſſe cogendum recipere, ſi ipſe in mora nõ fuerit, quò minus partibus ſuis fungeretur. Quòd ſi per eum factum eſt, æquiſsimum eſſe cogi eum à Prætore ſequens arbitrium recipere. Quæ quæſtio ita procedit, ſi nihil in priore compromiſſo de die proferenda cauebatur. Cæterùm ſi cauebatur, & ipſe

a Apparente termino compromiſſ. expirat.

ipſe protulit, manſit arbiter. Ad idem ff. eodem. l. arbiter. vbi dicitur. Arbiter ex compromiſſo ſumptus, cùm ante eum diem, qui in compromiſſo cõſtitutus erat, ſententiam dicere non poſſet: diem compromiſsi proferri iuſſerat. alter ex litigatoribus dicto audiens non fuerat. conſulebatur, poſſétne ab eo pœna ex compromiſſo peti? Reſpondi non poſſe: ideo, quòd non eſſet arbitro in compromiſſo permiſſum, vt id iuberet. Item finitur arbitrium, ſi litigatores ad iudiciũ aliud, vel aliud arbitrium ierint. vt ff. eodẽ. l. ſed & ſi in ſeruum. §. Iulianus ait. ſi eum infamarunt litigatores, non omnimodo Prætorẽ debere eum excuſare, ſed cauſa cognita. Idem ait, & ſi ſpreta auctoritate eius, ad aliud iudicium, vel ad alium arbitrum, litigatores ierint, & mox ad eundem arbitrum redierint: prætorem nõ debere eum cogere inter eos diſceptare, qui ei cõtumeliam hanc fecerint, vt eum ſpernerẽt, & ad alium irent. Item finitur ar-

Item ſi ad aliud iudicium eatur.

Si iudex aut pars moriatur.

tur arbitrium mortuo arbitro, vel litigatore aliquo. vt ff. eodẽ. l. arbiter. Calendis Ianuarijs adeſſe iuſsit, & ante eum diem deceſsit. alter ex litigatoribus non adfuit. proculdubio pœna minimè commiſſa eſt. Nam & Caſsium audiſſe ſe dicentem Ariſto ait, in eo arbitrio, vt ſi ipſe nõ veniret, pœnam nõ eſſe commiſſam: quemadmodum Seruius ait, ſi per ſtipulatorem ſtet, quo minus accipiat, non cõmitti pœnam. Item finitur cum cauſæ cognitione, ſi excuſauerit ſe arbiter coram Prætore: quod poteſt facere per multas cauſas. vt ff. eodem. l. licet. vbi dicitur. Licet autem Prætor diſtrictè dicat, ſententiam ſe arbitrũ dicere coactu-rum: attamen interdum rationem eius habere debet, & excuſationem recipere, cauſa cognita: vtputa, ſi fuerit infamatus à litigatoribus: aut ſi inimicitiæ capitales inter eum & litigatores aut alterum ex litigatorib. interceſſerint: aut ſi ætas, ſi valetudo, quę poſteà contingit, id ei munus remittat: aut

Ex alia cauſa legitima.

occu-

occupatio negotiorum proprio-rum,vel profectio vrgens, aut mu nus aliquod Reipublicæ cauſa. Et ita Labeo ait. Ad idem ff. eod.tit. l. ſequenti. vbi dicitur. aut ſi qua alia incommoditas ei poſt arbi-trium ſuſceptum incidat. Sed in cauſa valetudinis & ſimilibus, cauſa cognita differre cogitur. Et no-ta quòd tria ſunt genera arbitro-rum: Eſt enim arbiter, qui cauſam examinat in forma iudicij, ſicut iudex: cuius ſententiæ ſiue æqua, ſiue iniqua ſit, ſtandũ eſt. vt 2.q.6. c.à iudicibus. vbi dicitur. à iudici-bus quos communis cõſenſus ele-gerit, prouocare non licet[a] & ff. de arb. l. diem. §. ſtari. vbi dicitur. ſtari autem debet ſententiæ arbi-tri ſiue æqua, ſiue iniqua ſit de re quam dixerit: & ſibi imputet, qui cõpromiſit in eum. Nam & Diui Pij reſcripto adijcitur: & ſi minus probabilem ſententiam dixerit, æquo animò ferre debet. Et hoc ita verũ eſt, niſi manifeſtè & enor-miter alteram partẽ grauaret. tunc enim eius ſententiæ parendũ non

§. vlt.

Tria ſunt genera arbitrorum. 1.

[a] *Hoc intellige de cõpromiſſariis, & nõ de aliis arbitris. vt 2.q.6.c. ſanè. Si ex cõſenſu partiũ iudices delecti fuerint, etiã à pauciori numero quàm conſtitutum erat, licitum eſt prouocare.*

Caſus vbi ſententiæ arbitri nõ ſtatur.

eſſet.vt C.de arb.l.arbitrorum.ſupra eſt eod.ti.§. Differt: Eſt & alius arbiter, qui dicitur arbitrator, qui non vt iudex in forma iudicij, ſed vt bonus vir, rem decidit, & componit inter partes: cuius ſententię tum demum ſtabitur, ſi talis ſit, qualis debeat ferri à bono viro. vnde ſi iniuſta ſit, debet corrigi per arbitrium boni viri. vt ff. pro ſocio l. ſi ſocietatem. vbi dicitur. ſi ſocietatē mecum coieris ea conditione, vt partes [a]ſocietatis conſtitueres, [b]ad boni viri arbitrium ea res redigēda eſt: & conueniens eſt boni viri arbitrio ſtari, vt non vtiq; ex æquis partib. ſocij ſimus, veluti, ſi alter plus operæ, induſtriæ, pecuniæ, in ſocietatem collaturus ſit. Ad idem extra de iureiuran. c. veniens. & c. quinta vallis. Et D. pro ſocio l. ſocietatem. §. Arbi-

a æquas ſcilicet. vt quantum lucri quiſq; ſentit, tantū quoq; damni ſentiat.

b Hîc res confertur in arbitrium partis: quod nō videtur conſentaneum legibus. Inſt. de cōtrah. emp. §. pretium. & C. de cōtrah. emp. L. in vendētis. Ad quarum euidentiā tenendum eſt: quòd cōditio cōtractus confertur aut in perſonā domini, aut procuratoris, aut extranei. Itē ſi in perſonam domini, id eſt, alterius cōtrahentiū, vel procuratoris cōferatur, aut eſt de ſubſtātia contractus, aut de adminiculis. Si de ſubſtantia cōtractus eſt conditio, ſicut pretium in emptione, & merces in locatione, nō valet negotium. vt in contrariis. Si ſit de adminiculis, ſicut hîc partium conſtitutio, vel in emptione approbatio rei, quæ venditur. Valet vt D. de reg. iur. L. in perſonam. §. generaliter. & Inſtit. de emp. §. emptio. Si in perſonā extranei nominatim cōferatur, aut eſt cō-

Arbitrorum. vbi dicitur. Arbitrorum enim genera duo ſunt: Vnum huiuſmodi, vt ſiue æquum ſit, ſiue iniquum, parere debeamus. quod obſeruatur, cùm ex compromiſſo ad arbitrum itum eſt. Alterum eiuſmodi, vt ad boni viri arbitratum redigi debeat, etiamſi nominatim perſona ſit comprehenſa, cuius arbitratu fiat. Ad idem D. de arbit. L. quid tamen. §. compromiſſo. & §. ſi arbiter iuſsit. vbi dicitur. quòd compromiſſo nō debent obtemperare litigatores, ſi arbiter aliquid inhoneſtum iuſſerit. Ad idem ff. de verb. ſig. L. verba. vbi dicitur. illa verba, arbitratu Lucij Titij fieri, ius ſignificant, & in ſeruum nō cadunt. Ad idem extra de elect. c. cauſam. ſuprà eſt eod. tit. In tertio modo [c] dicitur arbiter, iudex delegatus, qui ex communi conſenſu partium electus eſt. vt 11. q. 1. c. peruenit. & à tali arbitro poteſt appellari. vt ff. qui ſatiſdare coguntur. l. arbitro. vbi dicitur. arbitro ad probandos [d] fideiuſſores conſtituto, ſi in alterutram

tractus bonæ fidei, aut ſtricti iuris. Si ſtricti iuris, illud tãtùm obſeruandum eſt: quòd ſtatuerit is, in cuius perſonã cõfertur arbitriũ. D. de recep. arb. L. in cõpromiſſis, niſi valde iniquè arbitratus ſit. vt D. de recep. arb. L. diẽ proferre. §. ſtari. nec diſtinguitur, vtrũ ſit de ſubſtãtia cõtractus vel de adminiculis. Si cõtractus ſit bonæ fidei: ſemper recurrẽdũ eſt ad arbitrium boni viri.

3.

[c] *Impropriè hîc dicitur arbiter: quia cõpromiſſionis non eſt,*

[d] *an ſint idonei.*

rutram partẽ iniquum arbitrium videatur proferre: perinde ab eo, atque à iudicibus, appellare licet. Hæc de iudicibus tam ordinarijs, quàm delegatis, arbitrisq́; dixiſſe ſufficiat. Quamuis in ſumma titulorum diligens Lector pleniorem inuenire poterit diſputationem.

Titul. VII.
DE ASSESSORIBVS *& auditoribus.*

DE Iudicibus & eorum officijs ſuperiùs dictũ eſt: nunc autẽ de collateralibus eorum, ſcilicet, de aſſeſſoribus & auditoribus videamus. Videndum eſt ergo, quis ſit aſſeſſor: & quis eum eligat: qualis eſſe debeat: quodq́; ſit eius officium: & vtrum ſalarium accipere poſsit à partibus: & qualiter ſit, ſi deliquerit, puniendus.

Aſſeſſor quis. Aſſeſſor eſt ille, qui ab eo, qui habet iudicandi poteſtatem aſſociatur, vt ſibi in cauſæ cognitione aſsideat, & inſtruat eum cauſam debito fine decidere.

§. I. *A quo eligatur.* Aſſeſſorem autem eligere, ad ipſum iudicem ſpecta-

ſpectare de iure videtur: vt ex definitione apparet. Veruntamen de conſuetudine habetur, & congruit rationi, vt de aſſenſu partium eligatur, ne aliqua partium ipſum poſtmodum valeat recuſare, vel ſub homine ſuſpecto litigare cogatur. Et quod de conſenſu partium ſit deligendus habetur extra de off. iud. deleg. c. ſuper quæſtionum. §. Cùm autem. vbi dicitur. Cùm autem media pars cauſę tantùm alicui committitur, ab ipſo tanquam ab auditore prouocari non poteſt: ne mandati fines excedat, vel meritò ſit ſuſpectus. vnde ne valeat recuſari, prouidè ſtatuimus, vt de partium detur, vel recipiat̃ aſſenſu. Ad idem 2. q. 6. c. Placuit. Si verò partes nõ cõueniunt ad eligendum aſſeſſorem, tunc delegati iudices eligant eum, prout viderint expedire & vtile fore, etiam inuitis partibus: quoniã iudicium redditur in inuitum. vt ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. Si Stichum. vbi dicitur. Si Stichũ ſtipulatus de alio

cantis, ſi ſuſpectus ſit, recuſari poteſt. vt extra de off. deleg. c. ſuper quæſtionum. §. verùm. vbi dicitur. quòd meritò ſuſpectus valet recuſari. Officium aſſeſſoris patet ex definitione priùs poſita. & ff. de off. aſſeſſ. ex l. 1. vbi dicitur. omne officium aſſeſſorum, quo iuris ſtudioſi partibus ſuis funguntur, in his ferè cauſis cõſtat: in cognitionibus, *poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis. Item in examinatione cauſæ ipſius, vt in poſtulationibus non admittat aduocatũ aſſeſſor, qui de iure poſtulare, vel aduocare non poteſt: & infamem & indignum à poſtulando repellat. Item in interrogationibus, & libellis conuentionalibus recipiendis, ſi benè confecti ſint: ſi malè, vt reſpuat vel non recipiat de re illicita. ꝓuideat quoq; partibus ipſis de procuratoribus idoneis. Ad idem D. de off. proconſ. l. nec quicquam. §. obſeruare. vbi dicitur. obſeruare itaque eum oportet, vt ſit ordo aliquis poſtulãtium, ſcilicet, vt omnium

§. 3. Officiũ aſſeſſoris.

** aliàs aduocationibus.*

deſideria audiantur, neforte, dum honori poſtulantium datur, vel improbitati ceditur, mediocres deſideria ſua non proferant, qui aut omninò nõ adhibuerunt, aut minus frequentes, neque in aliqua dignitate poſitos aduocatos ſibi proſpexerunt. Ordo autem poſtulãtium cognoſcitur ſatis ex contrario. vt D. de poſtul. L. 1. vbi tres ſunt ordines non poſtulantium. Nam quoſdam in totũ prohibuit poſtulare prætor: quibuſdam pro ſe permiſit: alijs pro certis dùntaxat perſonis, & pro ſe permiſit. Ad idem ff. de poſtulan. l. quos prohibet. vbi dicitur. quos prohibet prætor apud ſe poſtulare, omninò prohibet, etiamſi aduerſarius eos patiatur poſtulare. Ad idem D. de accuſ. l. libellorum §. & ſi libelli. & hanc eandem l. habes 2. q. 8. c. vlt. §. Itẽ ſubſcribere. vbi dicitur. etſi libelli inſcriptionum legitimè ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum poteſtas fiet. Item ſubſcribere debebit is,

qui

qui dat libellũ, ſe profeſſum eſſe: vel alius ꝓ eo, ſi literas neſciat. Sed ſi aliud crimen obijciat, veluti quod domum ſuam præbuit: vt ſtuprum materfamil. pateretur, vel quòd adulterum deprehenſum dimiſerit: quòd pretium pro comperto ſtupro acceperit: aut quid ſimile, idipſum in libello comprehendendum erit. Si accuſator deceſſerit, aliaúe cauſa eum impedierit, quo minus accuſare poſsit, vel ſi quid eſt ſimile, nomen rei aboletur poſtulante reo. Idemq́ue & L. Iulia. de adulter. & ſenatuſconſulto cautum eſt: ita vt liceat alij ex integro repetere eum reum. Sed intra quòd tempus videamus. & vtique 30. dies vtiles obſeruandi ſunt. Item officium aſſeſſoris eſt in Edictis proponendis, in Epiſtolis dictandis, in citationibus faciendis. vt probatur ſuprà eodem tit. Item nota. quòd nemo fungi poteſt officio aſſeſſoris, & aduocati ſimul: ne dum ad vtrumque feſtinat, neutrum benè peragat. vt C. de aſſeſſ. l. Nemo.

Nemo ſimul diuerſorum officiorum perſonis fungi poteſt.

vbi di-

vbi dicitur. Nemo ex his, qui aduocati cauſarum conſtituti ſunt, vel fuerint, etiam in hac regia vrbe, in quocunque iudicio deputati, & in alijs omnibus prouincijs noſtro ſubiectis imperio, audeat vno eodemq; tempore, tam aduocatione vti, quàm conſiliarij cuiuſcunque magiſtratus, quibus Reſpublica [a] gerenda committitur, curam arripere, cùm ſatis abundeque ſufficiat, vel per aduocationem cauſis perfectiſsimè patrocinari, vel aſſeſſoris officio fungi: ne cùm ad vtrumque feſtinat, neutrum bene peragat. Ad idem ff. de euictionibus [b] l. vindicantem. vbi dicitur. vindicantem venditorem rem, quam ipſe vendidit, doli mali exceptione ſummoueri poſſe, nemini dubiũ eſt: quamuis alio [c] iure dominium acquiſierit. Improbè enim rem à ſe diſtractam euincere [d] conatur. Eligere etiam emptor poteſt, vtrum rem velit retinere, intentione alterius per exceptioné eliſa: an potiùs re ablata ex cauſa ſtipulationis du-

a aliàs, quibus publica negotia gerenda committuntur.

b parum ad rem propoſitam facit.

c quàm habuit cùm venderet.

d Nã quod ſemel voluntate ſua obfirmauit, poſteà irritum facere nõ poteſt.

nis duplum petere. Similiter non poteſt quis in eodẽ negotio eſſe iudex & aduocatus ex præmiſsis rationibus &alijs. Ad idem 16.q.1. c.Presbyteros. vbi dicitur. Nemo enim in vna & eadem cauſa officio diuerſarum perſonarum fungi poteſt. Et 4.q.4.c.1. & 2. In primo dicitur. nullus vnquam præſumat accuſator ſimul eſſe & iudex, & teſtis: quoniam in omni iuditio ſemper quatuor perſonas eſſe neceſſe [e] eſt: ſcilicet iudices electos, accuſatores congruos, defenſores idoneos, atque legitimos teſtes. Iudices autem vti debent æquitate, teſtes veritate, accuſatores ad amplificandam cauſam contentione, defenſores diminutione ad extenuandam eandem. In ſecundo dicitur. nullus introducatur ad cauſam perſonaliter, ſed accuſatores & accuſati ęqua audiãtur ratione, iuxta quod ordo iuris exigit. Accuſatores verò & iudices non ijdem ſint, ſed per ſe accuſatores, & per ſe iudices, per ſe teſtes, per ſe accuſati, vnuſ-

e An neceßariũ ſit tu diſpice, & arbitrare: maximè verò ex hoc eodẽ auctore. infrà tit. de recuſa. iudic. §.4. in c. ſecundo requiris. §. tertio poſtulas. & tit. de proba. §. ſpecies autem, in c. tua nos. tum etiã quòd nõ rarò cauſa rationibus & argumẽtis inſtrui & euinci ſoleat.

§. 4. ynuſquiſq; in ſuo ordine. [a]Sequitur, an aſſeſſor à partibus poſsit ſalarium accipere, & dicũt quidam, ſed malè, quòd non poteſt: ſicut nec iudex per canones, & per decretalem, quæ in alio caſu loquitur. extra de vit. & hon. cle. c. cùm ab omni, in fin. vbi dicitur. quòd iudex non debet petere ſalarium nomine aſſeſſorum. Sed in veritate accipere poteſt. vt 11. quæſtio. 3. c. nõ licet. vbi Auguſtinus inquit. Non licet iudici iuſtum iudicium vendere, etſi liceat aduocato iuſtũ patrocinium, & iuriſconſulto rectum conſilium. Licet autem moriatur delegatus antequam cauſa debitum finẽ accipiat, nihilominus tamen aſſeſſoribus totius temporis debetur ſalarium. vt D. locati. l. qui operas. vbi dicitur. qui operas ſuas locauit totius[b] temporis mercedẽ accipere debet, ſi per eũ non ſteterit, quo minus operas ſuas præſtaret. Aduocati quoque, ſi per eos non ſteterit, quo minus cauſam agant, honoraria reddere non debent. Nemo enim cogitur

a Aſseſſor ſalariũ petere poteſt.

L. qui operas. ff. locati.

b niſi medio tempore alteri ſuas operas locet. vt D. eod. L. ſed addes §. cùm quidam.

ꝓprijs ſtipendijs militare, nec de ſuo facere inuitus beneficium. vt 10.q.2.c.Precariæ.& 12.q.2.c.Charitatem, verſus finem. vbi dicit. viſitatores Eccleſiarũ, clericiq́; eorum, qui cum Epiſcopis ſuis per ciuitates, ſeu parochias fatigantur, aliquid laboris ſui capiant te diſponente ſubſidij. Iuſtum namq; eſt, vt illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum accõmodare reperiunt̃ obſequium. Ad idẽ 12.q.2.c.quicunq;. in fine. vbi dicit Apoſtolus. dignus eſt operarius mercede ſua. Præterea lex dicit. quòd aſſeſſores ſpe pręmiorum, & honorificentia debita vltrò ſunt prouocandi: non metu terribili, vel neceſsitate incõgrua compellẽdi. vt C. de aſſeſſ. l. 1. vbi eadem verba reperiuntur. [c] Pœna verò aſſeſſoris in officio ſuo delinquentis hæc eſt: vt malè ablata reſtituat in quadruplum. vt C. de aſſeſſ. l. Conſiliarios. vbi dicitur. Conſiliarios iudicum, & cancellarios, & eos, qui domeſticorum officio fungũtur, poſt depoſitam admi-

§. 5.

c Aſſeſſor extorta in quadruplũ reſtituat.

adminiſtrationem per quinquaginta dies in prouincia,in qua habuerunt officium, reſidere præcipimus. Pro confeſſo autem tenebitur, qui accuſatus huiuſmodi perſonam ſubtraxerit, eaque in quadruplũ reſtitui iubemus, quæ docebuntur ablata: vt duplum ſpoliatus accipiat, & duplum fiſcus noſter acquirat. [a]Aſſeſſor puniť plus iudice, vt D. quod quiſq; iuris in al. ſtat. &c. l. hoc edicto. vbi diciť. hoc edicto debet dolus ius dicentis puniri. Nam ſi aſſeſſoris [b]imprudentia ius aliter dictum ſit, quàm oportuit, nõ debet hoc magiſtratui officere, ſed ipſi aſſeſſori. Interdum tamen minus punitur: quandoque æqualiter. vt 83. Diſti .c.tanta.in fine: Ad idem 11. q. 3. c. Qui conſentit. vbi dicitur. ſi quis defenderit aliquem peccantem, acriùs quàm ille, qui peccauit, coërceatur: hinc etiam alius Pater ait: Si quis alterius errori conſentit, ſciat ſecum illo ſimili modo culpabilem iudicandum. Et 15. q.3. c. ſanè, in fine. vbi dicitur.

a Aſſeſſoris pœna interdum maior quàm iudicis: interdum minor.

b Iudex per imperitiam, aut dolum malè pronuncians litem facit ſuam. L. ſi iudex. de var. & ex. ord. cog. L. filiusfam. & L. nõ quicquid §. 1. de iudi. L. qua actiõe. in fin. cum L. ſeq. ad L. Aquil.

tur. quos facinus par coinquinat & æquat, vtroſque ſimilis pœna comitetur. Quandoq; minus punitur. vt extra de homicidio c. ſicut dignum. [a]Auditor eſt ille, cui à iudice alieno, alicuius cauſæ media pars, vel aliquis certus articulus audiendus, vel examinandus committitur. Auditor autem, ſicut aſſeſſor à iudice ipſo, de conſenſu partium eligi debet, nec appellatur ab eo: niſi modum excedat: vel meritò ſuſpectus ſit. vt extra de off. deleg. c. ſuper quæſtionum. verſ. cùm autem. vbi dicitur. cùm autem alicui media pars cauſæ tantùm committatur, ab ipſo, tanquam ab auditore prouocari non poteſt: niſi mandati fines excedat: vel meritò ſit ſuſpectus. [b]Vnde ne valeat recuſari de conſenſu partium detur, vel recipiatur. [c]Et officium eius eſt exequi, quod ſibi mandatur: & prout ſibi mandatur. eſtq; officium eius neceſſariũ in iudicijs. Cætera etiam, quæ de aſſeſſoribus dicta ſunt, de auditorib. intelligentur repetita.

§. vlt.

a Auditor quis dicatur.

b Auditor de conſenſu partiũ dandus.

c Auditoris officium.

Titul. VIII.

DE ADVOCATIS & eorum officijs.

a L.aduocati. C. de aduo.diuer. iudit.& tit.ſeq. L. laudabile.

QVoniam officium aduocatorum [a]neceſſariũ eſt, ideo de aduocatis ſubijciamus. Videamus ergo quid ſit aduocare vel poſtulare: & quis poſsit aduocare, ſiue poſtulare: quod ſit aduocatorum officium: & quale ſalariũ aduocatis debeatur. Poſtulare ſiue aduocare eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui, in iure, apud eũ, qui iuriſdictionẽ habet, vel iuriſdictioni præeſt, exponere: vel alterius deſiderio contraire. vt ff. de poſtulando. l. 1. §. 1. & 3. q. 7. c. infames.

§. 1. Qui poſsint poſtulare. Reſpondeo quilibet, qui non prohibetur. Prohibentur autem hi: ſurdus, mutus, cæcus, perpetuò furioſus, minor 25. annis, fœmina, ſeruus, infamis quolibet genere turpitudinis notatus. vt ff. de poſtulando. l. 1. & 3. q. 7. c. infames. verſ. Quidam. vbi dicitur. quòd minor 18. annis non poteſt poſtulare:

Quæ perſonæ poſtulare nõ poſsint.

lare:ſurdus,fœmina, vtroq; lumine orbati: illi, qui muliebria paſſi ſunt, niſi per vim prædonum, vel hoſtium ſtuprati ſint. Itẽ damnati crimine capitali, vel de calumnia in iudicio publico. Item publicè pugnantes [b] cum beſtijs in arena. His perſonis pro ſe poſtulare permittitur:pro alijs verò ꝓhibetur: niſi forte tutelã impuberum, vel adoleſcentum non affectatam,ſed neceſſariam adminiſtrent. Item prohibetur hæreticus, & quicunque nõ eſt rectæ fidei. vt C.de poſtu.l.nemo. vbi dicit̃. nemo vel in foro magnitudinis tuæ, vel in ꝓuinciali iudicio, vel apud quenquam iudicẽ, accedat ad togatorũ conſortiũ:niſi ſacroſanctis Catholicæ religionis fuerit imbutus myſterijs. Et extra de hæreticis c. excommunicamus. §. credẽtes.circa mediũ. vbi dicitur. ſi fuerit aduocatus, nullatenus eius patrocinĩũ admittatur &c. Item prohibentur monachi, & regulares Canonici. vt extra ne cler. vel mona. ſecula. neg.&c.c.1.vbi dicit̃.in fin. nemo

b Qui operas ſuas in hoc locauerũt, nec refert, an ad pugnam prodierint,nec ne.

militans Deo implicet ſe negotijs ſecularibus. Ad idem extra de poſtulando. c. ex parte. vbi dicitur. quòd quidam Canonici dum redarguerentur per canonem, quòd erant aduocati, dicebant: quòd ille canon loquebaẽ in monachis, & non Canonicis regularibus. & dicit c. ex parte. quòd idem iudicium eſt de Canonicis regularib. & monachis, in hoc caſu: licet de monachis in canone illo ſit expreſſum. & ita prohibentur: niſi monaſterij vtilitas hoc expoſcat, Abbate nihilominus imperante. vt 16. q. 1. vbi dicitur. monachi foràs à monaſterijs egredientes, ne aliquod miniſterium Eccleſiaſticum agere præſumant prohibemus: niſi forte cum Abbatis imperio. ſimiliter vt nullus eorum forenſis negotij ſuſceptor, vel executor exiſtat: niſi id monaſterij exigat vtilitas, Abbate nihilominus imperante: vel niſi ſit cauſa vniuerſalis Eccleſiæ: vel miſerabilis perſonæ, & de mandato prælatorum hoc faciat. Supple vt 86. diſti.

Canonici regulares idem cum monachis.

diſti.c. Peruenit. vbi dicitur, verſus medium: Decreuit igitur ſancta vniuerſalis, vel magna Synodus, neminem horum deinceps, hoc eſt Epiſcopum, ſiue clericum, aut monachum, conducere poſſeſsiones, aut miſceri ſecularibus procurationibus poſſe: niſi forte, qui legibus ad minorum ætatum tutelas, ſiue curationes inexcuſabiles adtrahuntur: aut cui ipſius ciuitatis Epiſcopus, Eccleſiaſticarum rerum commiſerit gubernacula, & orphanorum, atque viduarum, quæ indefenſæ ſunt: aut earum perſonarum, quæ maximè indigent Eccleſiaſtico adminiculo, propter Dei timorem. Si quis verò tranſgreſſus fuerit hæc præcepta, eccleſiaſticæ vltioni ſubiaceat. Item [a]prohibentur clerici in minoribus ordinibus conſtituti, ſi de bonis Eccleſiæ vixerint, coram ſeculari iudice poſtulare: niſi in cauſa propria, vel Eccleſiæ, vel miſerabilis perſonæ. vt extra de poſtu. c.i. vbi dicit. clerici in ſubdiaconatu, & ſuprà, in minoribus

Quò prolapſi ſumus hodie?

a Clerici iuniores, qui ex bonis Eccleſiæ aluntur, apud iudicē ſecularē: itemq; generaliter omnes in cauſa sāguinis nō aduocant.

ordinibus conſtituti, ſi ſtipendijs Eccleſiaſticis ſuſtententur, coram ſeculari iudice aduocati fieri in negotijs ſecularibus nő præſumant: niſi propriam cauſſam, vel Eccleſiæ ſuæ fuerint proſecuti, vel pro miſerabilibus perſonis, quæ proprias cauſas adminiſtrare nő poſſunt. Et dicit noua decretalis ſimpliciter: quòd ſacerdos non poteſt eſſe aduocatus coram aliquo iudice, niſi in cauſa ſua, vel Eccleſiæ ſuæ, vel miſerabilis perſonæ, vel coniunctæ: ita quòd aliâs non poſsint habere patrocinium. vt extra de poſtulando. c. finali. Item generaliter omnes clerici cuiuſcunque ordinis ſint, prohibentur aduocare: vel iudicare in cauſa ſanguinis. vt 23. q. 8. vbi dicitur. his à quibus Sacramenta Domini tractanda ſunt, iudicium ſanguinis agitare non licet. Et neque membrorũ truncatiőes, quibuſlibet perſonis, aut per ſe inferant, aut inferẽdas præcipiant. Ad idem extra ne cler. vel mon. &c. ſententiam. vbi dicitur. ſententiam ſan-

guinis

guinis nullus dictet clericus, vel proferat. ſed nec ſanguinis vindictam exerceat: vel vbi exercetur, non interſit. Item prohibetur aduocare, qui pactus eſt de certa parte litis, cum graui damno litigatoris. vt 3. q. 7. c. infames. verſ. arceantur etiam à profeſsione aduocatorũ (ſicut ſecundo libro C. tit. de poſtulãdo, inuenitur) qui ſub nomine honorariorũ ex ipſis negotijs, quæ tuenda ſuſceperint, emolumentum ſibi certæ partis, cum graui damno litigatoris, & deprædatione, poſcentes inueniuntur. Item is, qui procacibus & improbis verbis aduocat. vt extra eod. verſ. Si quis adeò procax. vbi dicitur. ſi quis adeò procax fuerit, vt non ratione: ſed probris putet eſſe certandum, opinionis ſuę imminutionem patietur. Præterea non liceat aduocato vllum contractũ inire, vllamúe pactionem cõficere cum eo litigatore, quem in ꝓpriam recepit fidé: nec de induſtria iurgiũ ꝓtrahere. Apud vrbem Romanã etiã honoratis, qui

Paciſcẽtes de parte litis.

Aduocati procaces & obſtreperi nõ admittuntur.

hoc putauerint eligendum, eouſque liceat perorare, quouſq; maluerint: videlicet, vt non ad turpe compendium, vel ſtipendium deforme hæc arripiatur occaſio, ſed laudis per ea argumenta quærantur. Nam ſi lucro, pecuniaúe capiantur, velut abiecti, & degeneres inter viliſsimos numerabuntur, &c. Item prohibetur qui admonitus à iudice, vt alteri parti patrocinium pręſtaret, non ei paruit: nec ſe excuſauit. vt 3. q. 7. c. infames. verſ. Si quis verò. vbi dicitur. Si quis verò commonitus à iudice ea excuſatione, quæ nequeat comprobari cuicunq; parti patrocinium denegauerit: careat foro.[a] Sciat etiam nunquam ſibi agendi copiam poſſe reſtitui. Et nota: quòd ſi quis prohibitus eſt pro aliqua poſtulare cauſa, non admittitur etiam cum patientia, vel conſenſu aduerſarij. vt ff. de poſtulando. l. quos prohibet. vbi dicitur. quos prohibet apud ſe poſtulare prætor, omninò prohibet: etiam ſi aduerſarius eius patiatur.

Nota officiū aduocati eſſe gratuitum, & facit hûc l. 1. §. Proinde. ff. de var. & extraord. mun.

a omnimodo, ſecūdum quoſdam: quia infamis redditur, vel eo tantùm foro, in quo egenti patrociniū ſuum ſubtraxit.

Offi-

Officium aduocatorum eſt ſtare. vt C. de poſtulando l. quiſquis.& omnia proponere, quæ clientulo ſuo expediunt. Expedit auté ante litis conteſtationé de ſalario conuenire: & non protrahere litem: nec verba iniurioſa, nec probroſa proponere,niſi quæ ad litem faciunt. vt 3. q. 7. c. infames. verſ. Item ſi quis. Et C. de poſtul. L. quiſquis. Ad idem.4. q. 4. c. 1. in fine. vbi dicitur. defenſores debent vti extenuatione ad diminuendam cauſam: nec verba iniurioſa, nec probra proponere, niſi quæ ad litem faciunt.

§. 2. Diligentis & boni patroni cauſarum eſt, idoneè cauere. L. ſed & hæ. §. defendere. D. de procur.

Titul. IX.
DE SALARIIS *& ſumptu.*

PRæterea ſalarium conſtituendum eſt aduocato pro modo litis, & aduocati facundia, & fori conſuetudine: & ita, quod ſummam centum aureorum non excedat. vt ff. de var. & extraord. cog. l. 1. §. ſequenti. In primo dicitur.

iudex ita debet verſari, vt pro modo litis, proque aduocati facundia, & fori conſuetudine, & iudicij, in quo erat acturus, æſtimationẽ adhibeat: dummodo licitum honorarium quantitas nõ excedat. Et §. ſequenti, verſ. licita. vbi dicitur. Licita autẽ quantitas intelligi debet vſque ad centum aureos pro ſingulis cauſsis. Sed quod de ſumma 100. aureorũ non excedenda dicitur, hoc olim tenuit, cùm ſalaria dabantur de publico, & par etiam diſtributio aduocatorum à iudicibus fiebat. Hodie quilibet aduocatus paciſci poteſt de ſalario cum clientulo ſuo, ſecundum vtriuſque placitum, vel conſenſum: dummodo de certa parte litis non paciſcatur. Et licitè, & ſine peccato petere ſalarium poteſt. vt 14. q. 5. c. non ſanè. vbi dicitur. non ſanè quicquid ab inuito ſumitur, iniuſtè aufertur, &c. Idem probatur 11. q. 3. c. non licet. Dixi vtile eſſe ab initio de ſalario conuenire: quia ſalarium incertum peti non po-

Tunc fiet, quod ſcriptum eſt: vt ditiſſimi legũ oratores efficiamini, &c.

non poteſt. vt C. mandati. l. ſalarium incertæ pollicitationis peti non poteſt, & D. mandati l. ſalarium. vbi dicitur.*ſalarium ꝓcuratori conſtitutum, ſi extra ordinem peti cœperit, cõſiderandum erit, an laborẽ dominus remunerare voluerit, atq; ideo fidem haberi placitis oporteat: an euẽtum litiũ, maioris pecunię prẽmio, contra bonos mores procurator redemerit. Et nota, quòd eſt officium iudicis ſedẽtis in medio partium, dare aduocatum nõ habenti. vt ff. de poſtulando l. 1. §. ait prætor. ſi nõ habebunt aduocatum, ego dabo. Non ſolùm his perſonis hanc humanitatem ſolet exhibere: ſed etiam ſi quis alius ſit, qui certis ex cauſis, vel ambitione aduerſarij, vel metu patrociniũ non inuenit. Et quòd iudex poteſt dare aduocatum non habenti, dicit decretalis noua, extra de off. iud. c. ex literis. Item miſerabiles perſonæ ſine ſalario defendendæ ſunt ab aduocatis, vt 88. diſt. c. 1. & 2. Et nota, quòd ſi ſtet per aduocatum, quo minùs

** Meliùs hùc facit L. qui mutuã pecuniam. §. ſalarium. D. eod. tit.*

Perſonæ miſerabiles ſine ſalario defendendæ.

minus aduocet, non poteſt petere ſalarium. vt C. de condic. ob cauſ. dat. l. aduocationis. vbi dicitur. aduocationis cauſa datam pecuniam, ſi per eos, qui acceperunt, quo minus ſuſceptam fidem impleant ſtetiſſe probetur: reſtituendam eſſe conuenit. Et ff. locati. l. qui operas. ſuprà eſt titul. de off. aſſeſſo. Item ſupplere debet in cauſſa iudex, ſi quid aduocatus omittat. C. vt quæ deſunt aduoc. iudex ſuppl. l. vnica. vbi dicitur. non dubitandum eſt iudicem, ſi quid à litigatoribus, vel ab alijs, qui negotijs aſsiſtunt minus fuerit dictum: id ſupplere & proferre, quod ſciat legibus & iuri publico conuenire. quod ita demum verum eſt, ſi ius omittat aduocatus. vt ff. de iudic. l. non quicquid. vbi dicitur. non quicquid iudicis poteſtati permittitur, id iuris ſubijcitur neceſsitati. Iudex ſi quid contra legis præſcriptum in iudicando dolo malo prætermiſerit, legem offendit. Sed in his, & in alijs iudex non

Aduocati procraſtinatores.

Iudex ſupplet defectum aduocati.

L. nō quicquid ff. de iud.

non tam conſiderare debet quid poſsit, quàm quid debeat facere. vt C. quomodo & quando iud. L. 1. vbi dicitur. Quamuis iudex poſsit contra abſentem propter eius contumaciam pronunciare, ſi vellet: non tamen neceſſe habet: ſed præcipuè æquitatem præ oculis habebit. [a] Ad idem 3.q.7.c. iudicet. vbi dicitur. Iudicet ille de alterius errore, qui nō habet quod in ſeipſo iudicet, aut condemnet. vnde patet, quòd de iure ſupplere poteſt: veluti, ſi actor petat à reo actione furti manifeſti pœnā tripli. iudex poteſt ſupplere, vt petat pœnam quadruplic. In facto autē non ſic. Tamen etiam circa inquiſitionem facti, iudex ſupplere debet. vt 30.q.5.c. iudicantem. Et in proponendo ipſum factum ſuppleat pro parte abſente. vt C. de app. l. finali, in fine, primi reſpon. vbi dicitur. ſi pars abſens negligens fuerit, nihilominus iudex diligens per ſuum vigorem eius partes debet adimplere.

[a] Nam ſi ea, quæ officio eius continentur, meræ eius volūtati relinquerentur: hoc non eſſet iudicem, ſed regem & tyrannum facere.

Titul.

Titul. X.

DE PROCVRATORIBVS.

QVoniam in omni iudicio quatuor perſonæ ſunt neceſſariȩ ad minus:iudex videlicet, reus,actor,& teſtis,vt 4.q.4.c.1.ſuprà etiã eſt tit. de aſſeſſ.§.3. in fine. & C.de tranſac.L.cauſas. Et interdum reus vel actor cauſæ ſuæ tractandæ intereſſe nõ poteſt per ſe, vel nõ vult: ſed ꝓcuratorẽ ſuum, ſyndicum, vel actorẽ pro ſe mittere poteſt.ideo poſt tractatum de iudicibus, de his perſonis tractemus:& primùm de ꝓcuratore. Videamus ergo quid ſit procurator: qualiter cõſtituatur: quis cõſtituere poſsit ꝓcuratorẽ: & quis poſsit inſtitui,& in qua re dari poſsit ꝓcurator:qualiter eius officiũ explicetur:quis ſit eius effectus, & qualiter finiatur. Procurator eſt, qui aliena negotia mandato dñi,vnũ, vel plura,gerẽda gratuitò ſuſcipit. vt ff.de ꝓcurato.l.1.vbi dicit.Procurator eſt, ꝗ aliena negotia man-

§. 1. *Procuratoris deſcriptio.*

dato[a] domini adminiſtrat. Gratuitò ꝓbatur D. mandati. L. 1. Procurator autē vel omnium rerum, vel vnius rei poteſt conſtitui: vel coram iudice, vel teſtibus, vel per certum nuncium, vel per epiſtolam. Mandatum autē exigitur à ꝓcuratore: vel aliter iudiciũ nullum, cõtrouerſiæ nullæ. vt C. eod. tit. l. licet. vbi dicit. licet in principio quæſtionis perſona debet inquiri ꝓcuratoris, an ad agendum negotium mandatũ à domino litis habeat: tamē ſi falſus procurator inueniatur, nec dici[b] cõtrouerſiæ ſolent, nec poteſt iudicium eſſe. Ad idem extra eod. ti. c. in noſtra præſentia. vbi talis eſt caſus. Quidam Epiſcopus procuratores inſtituit, poſteà eos à procuratione reuocauit: ipſi tamen cum aduerſario commiſsionem impetrauerunt à Papa, ad iudices delegatos: coram quibus Epiſcopus reſpondere noluit, allegans, eos nõ fuiſſe procuratores, ſed non audiebatur: Imò fuit condemnatus. Ideo ad ſedem Apoſto. appellauit. ſed hoc ꝓbato coram

a hoc dicitur ad differētiam negotiorum geſtoris.

Mandatũ Procuratoris adeò eſt neceſſarium, vt abſq; eo ſententia lata reuocetur.

b ipſo iure: quomodocunque, & quandocunque id apparuerit, etiam poſt ſententiam.

coram Papa: quod per eos factum fuit reuocatur. [a] Et ante ſententiam, & poſt obijci poteſt exceptio procurationis: vt in fine illius decretalis dicitur. [b] Sunt autem quædam perſonæ, quæ ſine mandato agere poſſunt pro alio, præſtita cautione rem ratam dominum habiturum: cõiunctæ ſcilicet perſonæ: vt conſanguinei, affines, & liberi. vt D. de procurato. l. ſed & hæ perſonæ. vbi dicitur. hæ perſonę procuratorum debent defendere, quibus ſine mandato agere licet: vtputa liberi, licet ſint in poteſtate. Item & parentes, fratres, & affines, & liberti. Item maritus in cauſa vxoris ſuæ agere [c] poteſt. vt C. de procurat. l. maritus. vbi dicitur. maritus citra mandatum in rebus vxoris ſuæ cum ſatisdatione ſolenni, & alia obſeruatione, intercedendi liberam habeat facultatem: ne fœminæ proſequendæ litis obtentu in cõtumeliam matronalis pudoris irreuerenter irruant, & cœtibus virorum ſe immiſceant. Item clerici

in cau-

a Exceptio falſi procuratoris ſemper in iudicio locũ habet.

b Perſonæ ſine mandato agẽtes.

c Si mandatũ receperit, et ſi maritus ſit, in ſolidũ exequi debet: quia procuratio emiſſa ei terminos præſcripſit, quib. vaga illius poteſtas reſtringitur, & ſuis velut ſeptis includitur.

in cauſa Eccleſiæ ſuæ poſſunt agere ſine mandato. vt extra de poſtulando c.1. ſuprà eſt tit. de aduocatis. §.1. verſ. prohibentur clerici. Item conſortes eiuſdem litis. vt extra de cōſtitu. c. cum M. Ferrariēſis. vbi dicitur. cùm cauſa verteretur inter quoddā capitulum, & quatuor Canonicos ſocios ſuper aſsignatione quarundam præbendarum coram Papa. vnus illorum pro ſe, & alijs coram quodam Cardinali demandato Papæ propoſuit querelam ſuam. & fuit benè auditus. Ad idem C. de conſort. eiuſdem litis l. 2. vbi dicitur. commune negotium poſt litem legitimè ordinatam, & ſi quibuſdam abſentibus, inſolidùm ſine mandato agi poteſt, ſi præſentes dominum rem ratam habiturum cauere parati ſunt: vel ſi quid ab eis petitur iudicatum ſolui ſatiſdatione firmauerint. Supradictæ verò perſonæ ad cauſas alienas ſine mandato admittuntur: contra mandatum ſiquidem nō audiuntur. vt C. de Procurat. l. exigendi.

Tamen, niſi principalium perſonarū ratihabitio ſequatur, perſona cōiuncta nō præiudicat. Text. & Bart. D. iud. ſol. l. 3. §. 2.

Perſonæ citra mādatum à lege admiſſæ, vſq; ad probationem contrarii, tantùm admittuntur.

vbi dicitur. exigendi à filio tuo mandati,qui ſe defenſioni tuę offerebat, duplici ratione neceſsitas non fuit:Aut quòd defendere quis ſiue libertus, ſiue extraneus ſine mandato poſsit, ſatisdatione tamẽ pro defenſione præſtita, [a]& alia ꝓculdubio obſeruatione ſubiecta:[b]Aut quod filius, etiam ſi vltrò actionem patris nomine dirigat,mandatum probare non cogitur. Sanè quòd necdum legitimam ætatẽ idem filius tuus compleuerat: ob hoc quidẽ repellere à procuratione eũ iudex non iniuſtè potuit. Sed multò iuſtius fuit huiuſmodi defenſorem audire, q̃ abſentẽ te, quaſi cõtumacem, ſed indefenſum graui condemnatione afficere. Ad idem ff. eod. tit. l. Pomponius.§. vlt. vbi dicitur. In ijs autem perſonis, à quibus non exigitur mandatum, dicendum eſt,ſi euidens fuerit forte, eos contra voluntatem eorum experiri, pro quibus interueniunt: debere repelli. Ergo nõ exigimus an habeant mandatũ, vel voluntatem: ſed tan-

a arbitrio boni viri.
b ſcilicet iudicatum ſolui.

ſed tantùm contraria voluntas ꝓbetur, quamuis offerant de rato cautionem. In duobus tamē caſibus citra mandatū debent admitti Procuratores: ſcilicet ꝓ libertate, & ꝓ defenſione damnati ad mortem. Pro libertate. vt ff. de liberali cauſſa. l. 1. vbi dicitur. quòd parens debet defendere libertatem filij, licet non ſit in poteſtate, & etiam inuito filio: quia ſemper parētis intereſt filium ſeruitutem non ſubire. & è conuersò, filius debet defendere patrem, ſi petatur in ſeruitutem: quia nō modica filij ignominia eſt, ſi parentem ſeruum habeat. Inuito etiam com militone meo poſſum agere pro libertate eius. Poteſt & pro defenſione damnati ad mortē ſine man dato agi. vt D. de app. l. non tantū. vbi dicitur. non tantùm ei, qui ad ſuppliciū ducitur prouocare permittitur, verùm cuiq; alij nomine eius: nō tantùm ſi ille mādauerit, verùm ſi quis alius prouocare voluerit: nec diſtinguit̄, vtrum amicus vel neceſſarius eius ſit, nec ne:

In cauſa liberali, pater & cognati ſine mandato admittuntur.

Ita etiā in defenſione damnati ad mortem quilibet extraneus.

Credo enim hūmanitatis ratione omnem prouocationem admitti debere. Quid ergo, ſi reſiſtat qui damnatus eſt, nec velit admitti prouocationem, perire feſtinans? adhuc puto differendum ſupplicium.

§. 2. *Quomodo Procurator cōſtituatur.* Conſtituitur autem Procurator præſens, & abſens, in lite præſenti & futura, in perpetuum purè, & iñ diem, & vſque ad diem, & ſub cōditione, & per nuncium, & per Epiſtolam, & per hæc verba: rogo, mando, vel per æquipollentia: dummodo certus ſit, qui conſtituitur, & conſentiat ſuſcipere mandatum. vt ff. de procur. l. 1. & 2. in fine. vbi dicitur. dari autem Procurator poteſt præſens, & abſens, dummodo certus ſit, qui datus eſſe intelligitur, & is ratum habuerit. Furioſus verò non eſt habendus abſentis loco: quia in eo animus deeſt, vt ratum habere non poſsit. Ad idem ff. mandati l. 1. vbi dicitur. mandati obligatio conſenſu contrahentium conſiſtit, & ideo per nuncium quoque & epiſtolam mādatum ſuſcipi poteſt.

teſt. Item ſiue rogo, ſiue mando, ſiue volo, ſiue alio quocunque verbo ſcripſerit, mandati actio eſt. Item mandatũ & in diem proferri, & ſub conditione contrahi poteſt. Ad idem D. de procurat. vbi dicitur. l. Item ad litem futuram, & in diem, & ſub conditione, & vſque ad diem, & in perpetuum dari poteſt. Itẽ plures poſſunt ſimul conſtitui Procuratores & in ſolidùm: & tunc occupantis melior eſt conditio: vt poſterior iam non ſit Procurator in eo, quod prior petere cœpit. vt ff. eodem titul. l. Pluribus. vbi dicitur. Pluribus Procuratoribus in ſolidùm ſimul datis, melior eſt conditio occupantis: vt poſterior nõ ſit Procurator in eo, quod prior petit. Nota verò, quãtum ad hunc caſum, occupationẽ fieri quatuor modis. Primò per litis conteſtationem. vt hîc & D. de verb. oblig. L. ſi Titius. Deinde per naturalem apprehenſionem rei. vt D. de re iud. L. ſunt qui in id, & L. in iudicat. Item per ſententiam. vt D.

Occupãtis melior eſt cõditio multis conſtitutis.

de pecul.l.ſi verò.& de noxal.act. L.ſi quis à multis. Item per ſolum aduentũ iudicum vno petente vel reſpondente.vt D.de duob.reis L. duos reos. Ad idem facit decretalis noua, extra de Procurat. c.non iniuſtè. Et notandum eſt, quod cùm quis diuerſis temporibus plures conſtituit Procuratores, poſteriorem dando, videtur prohibuiſſe priorẽ.vt ff.eod.l.ſi quis. §. vlt.vbi dicitur. Iulianus ait eum, qui dedit diuerſis tẽporibus Procuratores duos:poſteriorem dando, priorem videri prohibuiſſe. Sed quærirur ſi ambo ſimul ad iudicium prouocent, & vterq; Procuratorem ſe eſſe contendat, quid fiet? Reſpondeo: Iudex debet eligere magis idoneum, ad inſtar legis. vt ff. de accuſ. l.ſi plures.vbi dicitur. ſi plures exiſtant, qui eundem iudicio publico accuſare volunt: iudex debet eligere eum, qui accuſet. Ad idem ff. de popul. act. l. ſi plures. vbi dicitur. ſi plures ſimul agant populari actione, Prætor eligat idoneiorem: vel forte di-

Expedita res hæc foret, ſi Procuratores l.1. ff. mandati: Et Princeps, quod ſuprà de ſala.aduoc.ex l.1.de extraord.cog. dicitur, obſeruarẽt.

e dirimatur. vt ff. de iud. l. in ijs. vbi dicitur. in his tribus iudicijs, familiæ herciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum, quòd ſi aliqui ſimul ad iudicium veniant, & vterq; velit eſſe actor, debet ſorte dirimi. Quis poſsit conſtituere Procuratorem? Reſponſio. Paterfamilias: liber homo: maior 25. annis: cõpos mentis: dominus rei vel cauſſæ. Et regulariter quilibet poteſt dare Procuratorem, qui non prohibetur. vt ff. eodem l. mutus. §. 1. vbi dicitur. cùm quæritur, an alicui habere Procuratorem liceat, inſpiciendum erit, an nõ prohibeatur Procuratorem dare. Quia hoc edictum prohibitorium eſt. Et nota, quòd interdum minor 25. annis poteſt dare Procuratorẽ. ſcilicet cùm talis eſt cauſſa, in qua ipſe in propria perſona litigare poſsit: puta in cauſſa matrimoniali, vt extra de reſtitu. ſpol. c. ex parte. vbi talis ponitũ caſus. Quidam cupiebat quandam neptẽ ſuam nondum ſeptennem alicui matrimo-

§. 3. *Quis poſsit Procuratorẽ cõſtituere.*

Minor quandoque dat Procur.

nialiter copulare: ea traducta in domum viri,cùm ad annos nubiles perueniſſet, quod à patruo ſuo factum fuerat, voluit reuocare: traxit virum in cauſam, & petijt poſſeſsiones, & alias res nomine dotis pro ſe illi antè traditas. comparuit mulier per Procuratorem. excipiebat̃, quod perſonaliter debuit intereſſe: quia matrimonialis cauſſa per Procuratoré tractari non debet. Quæſitum fuit à Papa, quid iuris ſit? Reſpondit, quòd quamuis mulier minor ſit 25. annis: poteſt tamen per Procuratorem cauſam tractare matrimonij.

Tutor tãtùm poſt litis conteſtatione, vt prælatus, Procuratorem dare poteſt.

Tutor autem Procuratorem non dat, niſi poſt lit. conteſt. quia tunc factus eſt dominus litis. vt C. de Procur. l. neque. in fine. quæ eſt ſuprà ti. de differen. iudic. deleg. §. 1. Idem intelligo in Prælato: quia dominus non eſt rèrum Eccleſiaſticarum, ſed præeſt tantùm Eccleſiæ, ſicuti diſpenſator, vel Procurator. vt extra de dona. c. fraternitaté. vbi dicitur expreſsè, quòd Epiſcopus & quilibet Prælatus rerum

rum Eccleſiaſticarum Procurator eſt, non dominus. vnde conditionem Eccleſiæ meliorem facere poteſt, deteriorem verò non item. vt extra de Reſti. in integ. c. 1. requiſiuit. vbi dicitur. Epiſcopo facere cõditionem Eccleſiæ deteriorem non licet. Ad idem 12. quæſtione 1. c. fin. vbi dicitur. ſi priuatũ poſſidemus, quod nobis ſufficiat, nõ ſunt illa noſtra, quorũ adminiſtrationẽ gerimus tantummodò, vel quodãmodò: ne ꝓprietatẽ nobis vſurpatiõe damnabili vſurpemus. Contrariũ [a] inueniť extra de iur. calum. c. cùm cauſam. & ad idem 6. q. 3. c. vltimo. Donari & conſtitui poteſt Procurator filiusfamilias. vt ff. eod. tit. l. filius. §. ad defendendum. vbi dicitur. ipſe quoque filiusfamilias Procurator dari poteſt, & ad agendum & ad defendendum: Et quòd filiusfamilias poſſit dari Procurator, dicit Decretalis no. extra de Procur. c. non iniuſtè. Itẽ omnis poteſt dari Procurator, qui habet perſonam ſtandi in iudicio per ſe, vt arg. extra de

a ſcilicet, prælatum ante litis conteſtat. procuratorem dare poſſe.

§. 4. Filiusfamil.

Habens perſonam ſtandi in iudicio Procura. dari poteſt.

prob. c. Poſt ceſsionem. vbi dicitur. quòd quidam, cùm officium procurationis aſſumpſit, erat excommunicatus: vnde non fuit admiſſus ad procurationem, & eſt ratio: quia tunc non habebat perſonam ſtãdi in iudicio per ſe, cùm aſſumpſit officium Procuratoris. Et dicit Decretalis noua. quòd ſi maiores de vniuerſitate, per quos regitur vniuerſitas, dederunt Procuratorem, cùm eſſent excommunicati, vel nomina eorum fuerunt expreſſa in literis, vel conſenſus eorum fuerit ab alijs requiſitus, qui poteſtatem habuerunt conſtituendi Procuratorem: excludi debet talis Procurator. vt extra de Procur. c. conſulti. Et nota, quòd qui conſtituitur Procurator, debet eſſe maior 25. annis. vt ff. de procurat. l. minor. vbi dicitur. ſi minor defenſor exiſtat, ex quibus cauſis in integrũ reſtitui poſſit, non eſt defenſor idoneus: quia ipſi & fideiuſſoribus eius per in integrum reſtitutionem ſuccurritur. & hoc in præiudicium partis aduer-

aduerſæ. Minor tamen Procurator eſſe poteſt in caſu expreſſo C. de Procur.l.exigēdi. ſuprà eſt hoc tit.§.1. Et generaliter tene, quòd quilibet poteſt cōſtitui Procurator præſente & abſente aduerſario: niſi lege, vel canone ꝓhibeatur. vt Inſtit. titul. per quos agere poſſu.§. vlt. vbi dicitur. Procurator neq; verbis certis, neq; preſente aduerſario, imò etiā plerumq; eo ignorante cōſtitui poteſt: cuicunq; enim permiſeris rem tuam agere, aut defendere: is procurator tuus intelligitur. Inuitus procurator dari non poteſt. vt ff. de procur.l. filiusfam.§. Inuitus. vbi dicit. inuitus procurator dari non poteſt. Inuitū accipere debemus non eum tantùm, qui cōtradicit: verùm eum quoque, qui conſenſiſſe nō ꝓbatur. Et hoc verum eſt ab initio. Tamen ex poſt facto bene cogit̄ eſſe procurator. vt ff. mandati l. ſi mandauero.2.§. Sicut aūt. vbi dicitur. ſicut autē liberum eſt non ſuſcipere mandatum, ita conſummari oportet ſuſceptū, vnde Ver-

Prohibitorium eſt edictū de Procuratoribus.

Inuitus nemo eſt Procurator ab initio.

Verſus:

Spernere mandatum licet: at finire neceßе eſt.

Qui à procuratiõe arceantur. Prohibentur milites: mulieres: & ille, qui Reipublicæ cauſa abfuturus eſt: & qui laborat perpetuo morbo. vt ff. de Procura. l. neque fœminę. vbi dicitur. neque fœmina, neque miles, neque qui Reipublicæ cauſa abfuturus eſt, aut qui morbo perpetuo tenetur, aut qui magiſtratum initurus eſt, aut qui iudicium inuitus pati non poteſt, idoneus defenſor intelligitur.

Accuſatus de crimine capitali. Item accuſatus de capitali crimine. vt C. eodem. tit. l. reum. vbi dicitur. reum criminis conſtitutum defenſionem cauſæ ſuſcipere nō poſſe, antequam purget innocentiam ſuam, incognitum nō eſt. Et quòd aliquis non debet admitti pendente accuſatione ad teſtificandum, niſi in exceptis criminibus: vel ad ordines promoueri, dicit Decretalis noua, extra de teſt. c. vlt. non debet quis. Interdum etiam fœminis pro parentibus agere permittitur. ff. eodem tit. l.

tit. l. fœminis. vbi dicitur. fœminis pro parentibus agere permittitur interdum cauſa cognita: ſi forte parentes, aut morbus, aut ætas impediat, nec quenquam habeant, qui agat. In quibus cauſſis poſsit Procurator dari? Reſpondeo in omnibus ſpiritualibus, vel ſpiritalibus annexis. vt extra de Procur. c. tuæ fraternitatis. vbi dicitur. benè poteſt cauſa matrimonialis tractari per Procuratorem: dummodo non agatur criminaliter. Ad idem extra de Reſti. ſpol. c. ex parte, ſuprà eſt eodem tit. §. 3. Itē quælibet cauſa pecuniaria per Procuratorem poteſt tractari. vt C. de Procur. l. finali. vbi dicitur. in pecuniarijs controuerſijs, etſi ſpecialiter hoc præcepti, vel ſententiæ minimè deſignat auctoritas: paſsim vnicuique (ſi tamen ita maluerit) per Procuratorē reſpondendi tribuimus facultatem: niſi forte quoſdam iuſtiores nonnunquam ob cauſſas vehementiores, maximi iudicis vocabit auctoritas. Cauſa tamē popularis per Procura-

§. 5. In quibus cauſis detur.

In omnibus ſpiritalibus.

In qualibet pecuniaria.

curatorem tractari non poteſt. vt D. de procurato. l. licet. vbi dicitur. licet in popularib. actionibus Procurator dari nō poſsit, tamen dicendum eſt meritò eum, qui de via publica agit, & priuato damno ex prohibitione afficitur, quaſi priuatæ actionis dare poſſe Procuratorē. Multò magis ad ſepulchri violati actionem dabit is, ad quem ea res pertinet. Sed in popularibus actionibus interuenit Procurator ad defendēdum, non ad agendum. vt ff. de popu. acti. l. qui populari. vbi dicī. qui populari actione conuenitur, ad defendendum Procuratorē dare poteſt. Item ad actionē iniuriarum ex lege Cornelia Procurator dari poteſt. Nam etſi pro publica vtilitate exercetur, priuata tamen eſt. vt ff. de Procurato. l. licet. §. 1. vbi habes eadem verba. Licet autem in criminali cauſa non interueniat procurator. vt extra de accuſat. c. veniens, circa medium: ad excuſandum tamē & excipiendum admittitur: vt ibidem dicitur, circa me-

In actione populari.

medium decret.& 5.q.3.c.ſi ægrotans. §. reos. & D. de procurato. l. abſens. vbi dicit. reus abſens abſentiæ ſuæ cauſas per aliũ allegare poteſt. & l. ſeruum. §. publicæ. vbi dicitur. Publicæ vtilitatis eſt, abſentes à quibuſcunq; defendi. Nam & & in capitalibus iudicijs[a] defenſio datur. Vbicunque igitur abſens quis damnari poteſt: ibi quemuis verba pro eo facientẽ, & innocentiam eius aſtruentẽ, [b] audiri æquũ eſt, & ordinariũ admittere. quòd ex reſcripto Imperatoris noſtri apparet. Ad idem C. de accuſ. l. reos. vbi dicit. reos capitalium criminum abſentes, etiam per Procuratorem defendi, leges publicorum iudiciorũ permittunt.* Contrarium habetur 5.q.3.c.in criminalibus. vbi dicitur. neque accuſator, niſi per ſe aliquem accuſare poteſt: neque accuſatus per alium ſe defendere permittitur. Ad idẽ extra de Procur. c. tuæ fraternitatis. vbi dicitur. quòd ſi vir accuſat vxorẽ ſuam, & agit coram iudice ſeculari de adulterio ad pœnam

a id eſt, purgatio.

Quando in cauſa crimi. Procur. detur.

b Ideo qui commode mittere Procuratorem potuit nec miſit, de ſe cõqueratur. L. ſciendum. de vſur.

** Vide elegantem horũ locorũ conciliationẽ. ff. de Procur. l. ſeruum quoque. §. Publicè vtile eſt. per gloſ. in verb. Datur.*

nam legalem infligendam, quia tunc debet inſcribere & obligare ſe ad pœnam talionis, non poteſt per Procuratorem cauſam matrimonij tractare. & hoc intellige, ſi agatur criminaliter, vt in prędicto capitulo. & D. de pub. iud l. accuſatore. §. 1. vbi dicitur. Ad [a] crimen iudicij publici perſequendũ fruſtrà Procurator interuenit: multoque [b] magis ad defendendum. Sed excuſatiões abſentium ex ſenatuſconſulto iudicibus allegantur: & ſi iuſtam rationem habeant, ſententia differtur. [c] Excipitur tamen cauſa ingratitudinis, quæ per Procuratorem poteſt tractari. vt ff. de Procur. l. ſed & hæ perſonæ. §. 1. vbi dicitur. Patronus libertum & per Procuratorem accuſare poteſt vt ingratum: & libertus per Procuratorẽ reſpõdere. [d] Item excipitur cauſa criminis iniuriarum, in qua illuſtris perſona, quæ conuenitur per Procuratoré agere potuit.

a quodlibet. et ratio eſt: quia præſens præſentẽ accuſare debet. vt C. de accuſ. & inſcr. L. accuſatiõis. Itẽ nõ eſt locus Procuratoris datiõi: niſi vbi prouenit actio in factũ ex re iudicata. Sed hoc ceſſat in quolibet crimine, præterquã in actiõe iniur. vt C. de iniu. l. ſi quãdo. L. manu. reſt. l. ab hoſtib. et quæſtione ſtatus. vt 2. q. 6. ſi quando: & poſtliminio. vt C. quib. ex cau. et in iis actiõib. quibus nihil petitur præſtari: quia Procurator nõ datur niſi ad augmentũ vel diminutiõem patrimonii noſtri: Vnde in interdicto de libero hoĩe exhibẽdo nõ cõſtituitur Procurator, nec in ſimilib. *b in manuſcrip. legitur, Neq; ad agendũ, neq; defendendũ.* *c Cauſæ ingratitudinis libertorũ.* *d Perſonæ illuſtres in cauſa iniuriarũ, Procuratoré conſtituere poſſunt.*

re poteſt, vel defendi. vt 3. q. 9. c. abſens. 2. vbi dicitur. abſens per alium accuſare, vel accuſari non poteſt, nec affinis teſtis admittitur: niſi in crimine iniuriarum, in quo illuſtris perſona per Procuratorem etiam intendere, & excipere poteſt, ſeruatis cæteris ſolennitatibus. Ad idē C. de iniurijs l. vlt. vbi dicitur. quòd illuſtres perſonæ poſſunt agere actione iniuriarum per Procuratores: ita tamen, quòd nulli alij hoc ſibi audeant vendicare vel à noſtro numine poſtulare. Item in cauſa ſuſpecti tutoris, in qua poteſt abſens per procuratorē defendi. vt ff. de procur. l. non ſolùm. §. vlt. vbi dicitur. & ſi ſuſpectus tutor poſtuletur, defenſorem eius oportere etiam de rato cauere: ne reuerſus ille velit retractare, quod actum eſt. Sed nō facilè per procuratorē quis ſuſpectus accuſabitur: quoniam famæ cauſſa eſt: niſi conſtet ei à tutore mandatum nominatum: aut ſi etiam abſente tutore, quaſi non defenderetur, Prætor erat cognitu-

Poſtulatio ſuſpecti tutoris per Procuratorē expediri poteſt.

H rus.

rus. Dicunt tamen quidam, quòd licet ſit cauſa criminalis, publica, vel priuata, ex quo non imponitur capitalis pœna: ſed relegatio minor, ſcilicet remotio ab ordine: poteſt in ea conſtitui procurator, cùm pœna relegationis imponatur abſenti, ſicut fertur ſententia in pecuniarijs cauſis contra abſentem. vt ff. de pœnis l. abſentem. vbi dicitur. Abſentem in criminalibus condemnari non debere, Diuus Hadrianus Iulio Frontoni reſcripſit. Sed nec de ſuſpitionibus debere aliquem damnari. Diuus Traianus Aufidio Seuero reſcripſit. Satius enim eſſe, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari. Aduerſus contumaces verò, qui neque *denunciationibus, neque edictis prȩſidum obtemperaſſent, ſententiam in abſentes ꝓnunciari oportet, ſecundum morem priuatorum iudiciorum. Poteſt quis defendere hȩc non eſſe contraria? Quid ergo? Melius ſtatuerunt Impp. in abſentes, pecuniarias qui-

Textus l. Abſentem ff. de pœnis.

* *citationibus.*

quidem pœnas, vel eas, quæ exiſtimationem contingunt, ſi ſæpiùs admoniti, per contumaciam deſint, ſtatui poſſe: & vſque ad relegationem procedi. Verùm ſi quid grauius irrogandum fuiſſet, puta in metallum, vel capitis pœnam: non eſſe abſētibus irrogandum. In accuſatorē abſentem nonnunquam grauius ſtatuendum, quàm Turpilliani S.C.[a] pœna irrogatur, dicendum eſt. Et nota, quòd licet agatur de crimine: ſi non agatur criminaliter, ſed alio modo: poteſt per Procuratorem agi. vt extra de Procurato. c. tuæ fraternitatis, vbi hoc expreſsè dicitur. & extra de accuſat. c. ſuper his, circa medium. vbi dicitur. ſi quis obijcit alicui crimē in modum exceptionis, licet agatur de crimine, non eſt tamen cauſſa huius criminalis. vnde per Procuratorem licitè poteſt tractari. Quot modis de crimine agi poſsit determinabitur infrà titulo de criminibus & accuſationibus.

Si ciuiliter de crimine agatur, vel per modum exceptionis, Procurator interuenire poteſt.

a vt D. ad Turpil. L. is demum.

Titul. XI.

DE OFFICIO ET POTESTATE VEL EFFECTU PROCURATORIS.

Cautio de rato. EXPLICAT autem Procurator actoris officium ſuum, ſi cauet de rato, rem ratam dominum habiturum. vt C. de ſatiſdation. l. vnica. Et ſi ſatiſdet de defendẽdo eum, cuius nomine agit: *De defendendo.* Quia nemo defenſor in re aliena idoneus, ſine ſatiſdatione intelligitur. vt Inſtit. de ſatiſdat. §. Si verò reus. vbi dicitur. ſiquidem quis alieno nomine interueniat, omninò ſatiſdabit, & nemo idoneus defenſor in aliena re ſine ſatiſdatione eſſe creditur. Ad idem ff. de procur. l. qui proprio nomine. §. 2. vbi dicitur. qui alium defendit ſatiſdare cogitur: nemo enim alienæ litis defenſor idoneus ſine ſatiſdatione intelligitur. Ad idem C. de procur. l. actionem. vbi dicitur. actionem ei, qui abſentis nomine vult agere, ſi non eum defendat, denegari oportere, iam edicto per-

perpetuo expreſſum eſt. Ad idem C. eod tit. l. inuitus. Pœna autem procuratoris nõ defendentis hæc eſt, vt ei denegetur actio. Qualiter autem procurator actoris, ſiue rei ſatiſdare debeat, in titulo de ſatiſdationib. plenè dicetur. [a]Officium quoq; Procuratoris eſt exequi mandatum vſque ad finem, prout expedit domino: niſi tempeſtiuè renunciauerit. vt Inſtitut. de mandato. §. mandatum. vbi dicitur. mandatum nõ ſuſcipere liberum eſt cuilibet: ſuſceptum autem conſummandũ eſt, aut quam primùm renunciãdum: vt aut per ſemetipſum, aut per alium, rem illam mãdator exequatur. Nam niſi ita renunciauerit, vt integra cauſa mandatori reſeruetur, eandẽ rem explicandi: nihilominus mandati actio locum habet: niſi iuſta cauſa interceſſerit, aut nõ renunciandi, aut intempeſtiuè renunciandi. Et nota, quòd in nullo debet eſſe cõditio deterior ꝓcuratoris, quàm domini: niſi in ſatiſdatione, vt ff. de Procu. l. ſed & hę. §. Defendere.

§. 1.

a Officium Procuratoris eſt mandatum ſuſceptum implere.

Non eſt deterior cauſa Proc. quàm domini.

vbi dicitur. defendere autem eſt idem facere in lite, quod dominus faceret, & cauere idoneè: nec debebit deterior fieri cõditio Procuratoris, quàm domini: præterquam in ſatiſdatione. Ad idem ff. eodem tit. l. videtur. vbi dicitur. non videtur defendere, niſi ſatiſdare ſit paratus. Ad idem D. de Procur. l. ſi poſt datum. vbi dicitur. ſi poſt datum Procuratorem capitales inimicitię interceſſerint, non cogendum accipere iudicium, nec ſtipulationem ob rem indefenſam committi: quoniam noua ſit cauſſa. [a] Item quandoque Procurator cogitur ſubire defenſionem. vt ff. de Procur. l. ſed etiam. vbi dicitur. ſed etiã ex his cauſsis dicitur aliquando cogendum eſſe Procuratorẽ iudicium ſuſcipere: veluti, ſi dominus pręſens nõ ſit, & actor affirmat tractu temporis [b] futurum, vt res pereat. Sed nec hæc paſsim admittenda ſunt, nec diſtrictè denegãda, ſed à Prætore cauſſa cognita temperanda. Item nota, quòd licet dominus ante li-

a Quandoq; Procurator cogitur defendere.

b vt in actione redhibitoria, & ceteris tẽporalib. actionib.

ante litis conteſtationem liberè poſsit reuocare mandatum Procuratoris. vt ff. eodem titu. l. ante litis conteſtationem. vbi dicitur. ante litis conteſtationem libera poteſtas, vel mutandi Procuratorem, vel ipſi domino iudicium accipiēdi eſt. Tamen poſt litis cōteſtationem, mandatum reuocare nō poterit inuito Procuratotore, niſi iuſtis ex cauſsis. vt ff. de Procur. l. poſt litis cōteſtationem. vbi dicitur. poſt litis conteſtationem reus, qui Procuratorem dedit, mutare quidē eum, vel in ſe litem trāsferre ab inuito Procuratore, vel in ciuitate manente poteſt, tamen cauſſa priùs cognita. Quæ omnia non ſolùm ex parte rei, ſed & in perſona actoris obſeruabuntur. Quod autem poſt litis conteſtationem Procuratorē dominus mutare nō poſsit, intelligendum eſt: niſi iuſta de cauſſa. Iuſtę autem cauſſæ ſunt omnes illæ, quibus excuſatur Procurator, ne procedat, & mandatum exequatur, & propter eaſdem cauſſas poſt litis cōte-

Domino ante litis conteſtat. mandatū reuocare licet: poſt litem conteſtatā inuito Procuratore nō licet, niſi ex cauſſa.

Iuſtæ cauſſæ mutandi Procuratoris.

ſtationem inuitus à procuratione repellitur: veluti ſi inimicitię ortę ſint inter procuratorem, & dominum: aut affinitas inter procuratorem, & aduerſarium, aut huiuſmodi. Aut ſi in exilio latitet, aut longa peregrinatione: aut valetudine impediatᷣ: aut in carcere prædonum, hoſtiumue teneatur: vel aduerſario ſuo ſuccedat, & his ſimilia. vt D. de procur. l. Poſt lit. §. in cauſæ. vbi dicitur. in cauſæ cognitione non ſolùm hæc verſantur, quæ ſuprà diximus, in procuratore non compellendo ſuſcipere iudicium: verùm etiam ætas aut valetudo, aut religionis beneficium. Iuſta ergo cauſa nõ exiſtente, non remouebitur. Ad idem C. eod. tit. L. procuratoribus, ſuprà allegata. Si ergo dominus cauſam obijciat, quam procurator non adeſſe contendat: ita audiendus erit procurator: ſi magis purgare voluerit ſuam infamiam, quam ex remotione conſequeretur, quàm ꝓcurationem retinere. Nec enim ferendus eſt procurator, qui ſibi

pro-

procurationem aſſerit. Nam aliâs eo ipſo ſuſpectus eſt, quòd operas ſuas ingerit inuito. vt ff. de procur. l. quæ omnia. Hoc intellige, niſi propriæ litis fuerit procurator: vel forte alia retentione, veluti nomine expenſarum, vti voluerit: Tunc enim non remouebitur, niſi dominus ſoluere paratus ſit. D. eod. tit. L. niſi dominus. Si autem dominus non omnia iudicia, ſed quædã vult, & quædam non vult, à procuratore transferre: meritò procurator domini inconſtantiã recuſabit. vt ff. de procur. l. in cauſæ cognitione. vbi dicitur. in cauſæ cognitione etiam hoc verſabit, vt ita demum transferri à procuratore iudicium permittatur, ſi quis omnia iudicia ab eo transferre paratus ſit. Cæterùm ſi velit quædam transferre, quædam relinquere: iuſtè procurator hanc incõſtantiam recuſabit, &c.

Procuratori non poteſt in vno renunciari, in altero non.

§. 2.

Effectus Procuratoris eſt, [a]vt ratum ſit, quicquid cum eo agitur. vt extra de procur. c. 1. in fine. vbi dicitur. quòd quicquid cum per-

a Quæ cũ Procuratore agũtur rata ſunt, licet mandatum ſit reuoca-

tū: dummodo aduerſarius id ignoret.

ſona Procuratoris actum ſit, poſſit iure ſubſiſtere. Et licet reuocatum ſit mādatum, dummodo aduerſarius ignoret reuocationem, ratum eſt, quod cum eo geſtū eſt. vt C. de ſatiſd. l. vnica. & infrà eſt tit. de ſatiſdat. Procur. act. & rei in princ. Ad idē facit Decretalis no. extra de Procur. c. mandato Procuratoris. vbi dicitur. mandato Procuratoris reuocato poſt litis cōteſtationem, ſi hoc ignorāte iudice vel aduerſario, factum fuerit, iudicium quod idem quaſi Procurator poſtmodū expertus eſt, ratum eſſe debebit. Ad idē C. de Procurato. l. nulla dubitatio. vbi dicitur. nulla dubitatio eſt poſt cauſam in iudicio agitatam, Procuratorem vtpote dominū litis effectum: & ideo poſt deceſſum vel diſceſſum eius, qui agendam vel defendendā litem mādauerat, poſſe inchoatam cauſam, iurgiūq; finire: quippe cùm & Procuratorē poſſe eum inſtituere, veteris iuris voluerint conditores.

Procurator non tranſigit.

Procurator autē, niſi ſpeciale mandatum habuerit, vel

in rem

in rem ſuam datus ſit, vel generalem & liberam adminiſtrationem habuerit, tranſigere non poteſt. vt ff. de Procurato. l. mandato. vbi dicitur. mandato generali nō contineri etiam tranſactionē decidendi cauſſa interpoſitam: & ideo ſi poſteà is, qui mādauit, tranſactionem ratam non habuit: non poſſe eum repelli ab actionib. exercendis, manifeſtiſsimi iuris eſt. Ad idem C. de tranſaction. l. tranſactionis. vbi dicitur. tranſactionis placitum ab eo interpoſitum, cui cauſſæ actionem, non deciſionem litis mandaſti, nihil petitioni tuæ [a] derogauit. Ad idem ff. de pactis. l. reſcriptum. §. vlt. vbi dicitur. vtputa ſi Procurator meus paciſcatur, exceptio doli mali mihi proderit: vt Trebatio videtur, qui putat, ſicut pactum Procuratoris mei mihi nocet, ita etiam prodeſſe. Secùs autem, ſi generalis & libera adminiſtratio Procuratori cōmiſſa ſit. vt ff. de pactis. l. nam & nocere. vbi dicitur. nā & nocere cōſtat, ſiue ei mandaui, vt paciſceretur:

a quia nō ſolùm fines mandati exceſsit, verùm etiā cōtrariū egit, qui ad actionē proſequendā datus eā eliſit.

Tranſigit in caſu.

retur: ſiue omnium rerum mearum Procurator fuerit, vt Puteolanus libro 1. Aſſeſſorum ſcribit: cùm*placuit & eum rem in iudicium deducere. Ad idē ff. de procur.l.Procurator.vbi dicitur.Procurator cui generalis & libera adminiſtratio rerum eſt commiſſa, poteſt tranſigere, & nouare, & aliud pro alio [a]permutare. Et nota, quòd quilibet Prælatus Eccleſiæ eſt procurator, generalem & liberam habens adminiſtrationē, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus. vt extra de elect. c. cum nobis olim, in fine. Item [b]confeſſio Procuratoris domino præiudicat, vt extra de poſtulat. prælat. C.1.adhæc.vbi dicitur. quòd quidam Epiſcopus poſtulatus fuit in Archiepiſcopum, quidam magiſter acceſsit ad curiam: vt Papa adnueret poſtulationem factam de Epiſcopo. requiſitus dictus magiſter, vtrum prædictus Epiſcopus ſeruauerit ſententiam latam in regno Franciæ? Reſpondit, quòd non. nec debebat ipſam ſeruare, pro-

*aliàs, cui placuit eam rem etiam in

Prælatus æquiparatur Procur. cum libera, &c.

a non tamen donare: quia donatio excepta eſt, quamuis adminiſtratio cōceſſa ſit. vt D. de tranſact. L. cùm hi. §. ſi Prætor. & C. eod. L. Præſes.

b Confeſſio Procur. domino præiudicat.

propter multas rationes, quas ponit in prædicta decretali. vnde Papa reputans illas rationes friuolas & inanes: irritat poſtulationem de dicto Epiſcopo factam, non propter poſtulantem Eccleſiam, ſed propter perſonam Epiſcopi poſtulatam. Item extra de capel. monach. c. dilectus, in princ. vbi Procurator Eccleſiæ ſancti Laurentij cõfeſſus fuit, quòd illa Eccleſia erat ſubiecta Eccleſiæ ſanctæ Ceciliæ in baptiſmo, Scrutinio, & proceſsionibus. vnde fuit Eccleſia ſancti Laurentij, in eiſdem, Eccleſiæ ſanctæ Ceciliȩ condemnata. Ad idem de ſent. & re. iud. c. ſuborta. vbi Syndicus monaſterij cuiuſdam confeſſus fuit Epiſcopum fuiſſe, in quaſi poſſeſſione ſubiectionis illius monaſterij. ad quam quaſi poſſeſsionem ſubiectiõis, dictus Epiſcopus fuit reſtitutus. Sic & nocet confeſsio aduocati. vt extra de cenſ. c. olim. Et credo quòd cõfeſsio veri Procuratoris ſemper præiudicet domino. vt extra de Procurato. c. 1.

Sic aduocati confeſsio nocet domino.

vbi

vbi dicitur. quòd perſona Procuratoris debet venire inſtructa ad iudicium, cum mandato legaliter facto: vt quicquid cum eo factum fuerit, poſsit iure ſubſiſtere. Ad idem ff. de tribut. act. l. Procur. vbi dicitur. Procuratoris autem ſcientiam & dolum nocere domino, nec Pomponius dubitat, nec nos dubitamus. Nec expectãdum eſt, vt dominus ratã habeat cõfeſsionem. argumento ff. de condict. indeb. l. ſi Procurator. §. Celſus ait. vbi dicitur. Celſus ait eum, qui Procuratori ſoluit debitum, continuò liberari: nec ratihabitionẽ conſiderari. Quòd ſi indebitum acceperit, ideo exigi ratihabitionem: quoniã nihil de hoc nomine mandaſſe videtur. & ideo ſi ratum non habeatur, à Procuratore repetendum eſt. Et l. indebitam ff. eodem. vbi dicitur. indebitam pecuniam per errorem promiſiſti. eam qui pro te fideiuſſerat, ſoluit. Ego exiſtimo, ſi nomine tuo ſoluit fideiuſſor: te fideiuſſori, ſtipulatoremque tibi obligatum fore: nec

Non eſt neceſſarium, vt dominus ratã habeat confeſſionem Procuratoris.

re: nec expectandum eſſe, vt ratum habeas: quoniam potes videri idipſum mandaſſe, vt tuo nomine ſolueretur. Nam quicquid delinquit Procurator circa iudicium domino præiudicat: niſi mandati fines excedat. vt extra de off. deleg. cum olim. & ff. de Procur. l. ſi Procuratorem. & infrà eſt in titul. de Syndico. §. 2. C. de Procur. l. ſi Procurator. vbi dicitur. ſi Procurator ad vnam ſpeciem conſtitutus officium mandati egreſſus eſt, id quod geſsit, nullum præiudicium domino potuit facere. Quòd ſi plenam poteſtatem agendi habuit, rem iudicatam reſcindi non oportet: cùm, ſi quid fraude vel dolo egerit, conuenire eum more iudiciorum, non prohibearis. Tamen Procurator domino de omni dolo & culpa reſpondebit. vt C. mandati l. à Procuratore. vbi dicitur. omnem dolum & culpam, non improuiſum caſum, præſtandum eſſe iuris auctoritate manifeſtè declaratur. Ad idem extra de arbitris c.

Procura. tenetur de culpa.

tris c.per tuas: & D. de doli excep. l.ſi procurator rei accepta pecunia damnari ſe paſſus ſit, & cum domino iudicati agatur, tuebitur ſe doli mali exceptione: nec quod accepit procurator, auferri ab eo poteſt: Nam turpiter accepta pecunia iuſtius penes eum eſt, qui deceptus eſt, quàm qui decepit. Ad idem ff. de dolo malo l. & eleganter. §. ſi dolo malo. Sed ſi aduerſario ſciente reuocatũ ſit mandatum, non valet quod poſt reuocationem cum eo agitur. vt extra de Procur. c. In noſtra præſentia. & ſuprà eſt tit.prox.§.1. & hoc tit. §.2. Et ita patet quod neceſſe eſt, quòd reuocatio mandati veniat ad aduerſarium, aliàs rata habebunt, quæ facta fuerint cum Procuratore. vt extra de Procurato.c. mandato. & extra de reſcrip. c. ex parte. vbi dicitur.quòd reuocatio mandati veniat ad aduerſarium, vel ad iudicem: alioquin rata manẽt, quæ procurator egit. Ad idem extra eod.tit.c.ex inſinuatione.& ff.iud.ſol.l.ſi ante acceptum iudicium.

cium. §. quòd ſi quis ſciens. vbi dicitur. quòd ſi quis ſciens prohibitum eſſe, egerit: Iulianus putat, ſtipulationem non cõmitti: nam vt committatur non ſufficere ait, cum ea perſona acceptum eſſe iudicium, quæ ſtipulatione comprehenſa eſt, ſed oportere etiam cauſam perſonæ eandem eſſe, quæ ſtipulationis interpoſitæ tempore fuit. Ad idem ff. de ſolut. l. cùm quis. §. debitorem. & l. ſi quis ſeruo. §. Nam etſi. vbi dicitur. Nam etſi debitori meo mandauero, vt Titio pecuniã ſolueret, dein Titio vetuero accipere, idq́ue ignorans debitor Titio ſimulanti ſe procuratorem ſoluerit: & debitor liberabitur, & Titius furti actione tenebitur. Finitur Procuratoris mandatum per reuocationem eius, qui mandauit. vt extra de ꝓcurat. c. in noſtra præſentia. Idem finitur officium procuratoris, ſi renunciauit mandato. vt Inſtit. de mandato. §. mandatum, & ſuprà eſt tit. proxi. §. explicat. Item finitur morte domini, vel procu- §. 3.

curatoris re integra.vt C. mandati l.mandatum. vbi dicitur. Mandatum re integra morte domini finitur. Ad idem extra de offic. delegat. c. relatum. & extra eodem c. licet vndique, in fine. vbi dicitur. quòd mandatum re exiſtente integra morte mandatoris expirat.

Titul. XII.
DE SYNDICO ET ACTORE, ET EORUM *officio.*

TRactauimus ſuprà de Procuratore, qui agit cauſam priuatam: nunc videamus de Syndico, & Actore, qui agũt cauſas vniuerſitatis. Videamus ergo quis ſit Syndicus, & quis actor: quis conſtituere poſsit: Qualiter: quis poſſit conſtitui, quod ſit eorum officium: qualiter eorum officium finiatur. *Sindicus.* Syndicus eſt ille, qui conſtituitur ad agendum & defendendum cauſas, vniuerſitatis nomine. §. 1. Syndicus græcè, defenſor latinè.vt

nè. vt ff. de mun. & hon. l. vlt. §. Defenſores. vbi dicitur. Defenſores, quos Græci συνδίκους appellant, & qui ad certã cauſam agendam vel defendendam eliguntur, laborem perſonalis muneris aggrediuntur. Item Syndicus dicitur, quaſi ſingulorum cauſſas dicens. Et dicitur propriè Procurator monaſterij. In Eccleſia verò ſeculari dicitur œconomus. vt 16. q. 7. §. Quoniam in quibuſdam. & C. de Epiſcopis & Clericis l. omnes. §. hoc nihilominus. vbi dicitur. hoc nihilominus obſeruandum eſt, vt in cauſis Eccleſiaſticis nullum alium cõueniri fas ſit, niſi eum, quem diſpenſatorem pauperum, id eſt œconomum Eccleſiæ, Epiſcopi tractatus elegerit. Et dicit Canon, quòd Epiſcopi ſiue œconomi facultates Eccleſiæ tractare debent, vt 16. q. 7. c. Quoniam in quibuſdam. & dicit alius Canon, quòd Archiepiſcopus debet ſupplere negligẽtiam Epiſcopi, qui non conſtituit in Eccleſia ſua œconomum & è cõtra, vt 9. q.

Syndicus conſtituitur ab vniuerſitate.

Syndicus & Procurator nonnunquam idem.

3.c.cùm ſimus.Et nota,quòd licet vniuerſitas habeat cõſtituere ſyndicum, vel actorem: tamen nihilominus quandoque conſtituit procuratorem.vt extra de procur. c.Quia in cauſis.vbi dicitur.quòd Vniuerſitas Pariſienſis petijt à domino Papa, vt ſibi liceret in cauſis ſuis procuratoré conſtituere: Reſpondit Papa. quòd licet id de iure cõmuni poſſent facere: ex quo tamé poſtulant ſibi ſpecialiter indulgeri.conſtituendi procuratorem liberam habeant facultatem. Ad idem extra de in integrum reſtitut.c.cùm veniſſent.vbi dicitur.quòd quidã monachi ad mandatum iudicis, procuratorem elegerunt. Et extra de iur. cal.c.cùm cauſam. & ſuprà eſt tit. de procur. §.3.in fine. Ad hoc poteſt dici, quòd in omnibus prędallegatis capitulis,ſyndicus vel actor appellatur procurator, & eſt ſimile quod legitur extra de probationibus. c. licet. & extra de præſcrip. c. accedentes. & de cenſibus c. cum inſtantia:& 1.q.3.c. ſaluator. In quibus

bus locis omnibus ijdem appellãt Syndici, & Procuratores. Et ita impropriè. Vel dicas quòd attenditur loci conſuetudo, vtrum ſcilicet cõſtitui debeat ſyndicus, vel actor, vel procurator. Actor ſimiliter ad agẽdum & defendendum cauſas vniuerſitatis conſtituitur. vt ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. l. item eorum. §. actor. vbi dicitur. actor vniuerſitatis ſi agit, compellitur etiam defendere. Non autem ſemper compellitur de rato cauere. Sed interdum, ſi de decreto dubitetur, puto interponendam & de rato cautionem. Itaque actor iſte procuratoris partibus fungitur, & iudicati actio ei ex hoc edicto non datur, niſi in rem ſuam datus ſit. & conſtitui ei poteſt. Sed hæc eſt differentia inter eos: quia actor conſtituitur ad lites præſentes tantùm, & non ad futuras, & cum decreto. vt ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. l. item eorum. & hoc ideo, quia decretum non extenditur ad futura, ſed circa præſentia tantùm.

Actor quis ſit.

Differentia inter actorem & ſyndicum.

Quid enim pertinet ad officiũ iudicis futuri tẽporis tractus? l.1.ff. de vſuris. Et vide in id Bart. C. de ſent. quæ ſine certa quãtitate prolatæ ſunt: Vbi exactiſſimè ea res perpenditur.

In communib. negotiis quomodo inſtituatur.

*Syndicus verò conſtituitur ad lites præſentes & ad futuras, & ſine decreto. vt in l. item eorum. §. ſed ſi ita, verſ. ſed hodie. Item ſola vniuerſitas vel collegium poteſt cõſtituere ſyndicum vel actorem, vt ff. quod cuiuſq; vniuerſ. l. item eorum. §. Si decuriones. vbi dicitur. parum refert ipſe ordo eligat, aut is, cui ordo negotium dederit. Cum hac diſtinctione tamen, quòd ſi negotia illa pertinent ad Epiſcopum, per Epiſcopum cum conſenſu Capituli: ſi ad Capitulum, per capitulum cum conſenſu Epiſcopi cõſtitui debent. vt extra de reſcript. c. edoceri. in fine. vbi dicitur. quòd Abbas debet ꝓcurare negotium monachorum: niſi forte Abbatis, & monachorum negotia ſint omninò diſcreta, tunc bene poſſunt monachi ſine Abbate ſua negotia procurare vel tractare.

§. 2.

A maiori parte vniuerſ. eſt inſtituendus.

Conſtitui debet Syndicus & actor à tota vniuerſitate, vel à maiori & ſaniori parte: ita tamen, quod duæ partes interſint ad minus in eo conſtituendo. vt ff. quod

quod cuiuſq; vniuerſ. l. nulli. vbi dicitur. nulli permittitur nomine ciuitatis [a] vel curiæ experiri, niſi ei, cui ex lege permittitur: aut lege ceſſante ordo dederit: [b] cùm duæ partes adeſsẽt, aut ampliùs, quàm duæ. Ad idem ff. eod. tit. l. planè. vbi dicitur. cùm duæ partes decurionum adfuerint, is quoq; quem decreuerint [c] annumerari poteſt. Sed non eſt neceſſe quod omnes, qui interſint, conſentiant: Sufficit enim quod maior pars cõſentiat in eum. Et nota, [d] quòd exprimi debet in ſcriptura de conſtitutione ſyndici, vel actoris, cõfecta: quis conſtituatur, & ad quid, & cõtra quos: niſi generaliter ad omnes lites conſtitutus ſit. vt ff. de Procura. L. ſi Procuratorem. vbi dicitur. ſi procuratorẽ abſentem dominus à ſatiſdatione releuare voluerit, literas ſuas ad aduerſariũ ſuum

a Hinc nota nulli appellare licere in cauſa Eccleſiæ, aut collegii alicuius, niſi ei hoc lege, vel ex conſenſu vniuerſitatis tribuatur: quia non audiuntur appellãtes, niſi hi, quorũ intereſt. vt C. de appel. recip. l. appella. Et licet cõditionẽ Eccleſiæ, ſicut alterius, meliorem facere poſſint. vt C. de ſeruit. vrba. præd. L. Stillicidiũ. tamen cùm hoc pendeat, an meliorem conditionem faciant, an deteriorẽ, meliùs dicem⁹ appellantẽ non audiri: nã quod pẽdet pro eo, nõ eſt quaſi ſit, ſecundũ regulam.

b Maior pars quæ dicatur. c Si partes ſint æquales, quibus æquè credi poßit, & dißentiant vtrinq;, locũ habet quod dicitur D, de reb. auth. iud. poßid. L. 4. Simile eſt extra de iur. patro. c. ſi verò. vbi duobus patronis de iure patronatus contendentibus locus eſt gratificationi. d Exprimenda in inſtrumento conſtitutionis.

ſuum dirigat, quibus ſignificet, quem aduerſus eum procuratorem, & in qua cauſa fecerit, ratumq́ue ſe habiturum, quod cum eo actum fuerit. Poteſt autem conſtitui ſyndicus, vel actor, ſiue de vniuerſitate ſit, ſiue non: quoniam monachus de mandato Abbatis cauſſas monaſterij tractare poteſt. vt 16. q. 1. vbi dicitur. monachi à monaſterio foras egredientes, ne aliquod monaſterium Eccleſiaſticum præſumant agere, prohibemus: niſi forte cum Abbatis imperio. ſimiliter vt nullus eorum forenſis negotij diſceptator vel executor exiſtat: niſi ad id, quod monaſterij depoſcit vtilitas: Abbate nihilominus imperante. Suprà eſt alleg. titul. de aduoca. §. 1. Ad idem extra de poſtula. c. ex parte. & extra de teſtibus c. inſuper. Quòd autem conſtitui poſſit Syndicus, qui non eſt de vniuerſitate, probatur extra de Syndico, c. ſicut ſtudij. vbi dicitur. quòd Papa mandauit, vt quidam qui vocabatur

§. 3.

Conſtitui poſſunt etiam qui extra vniuerſ. ſunt.

tur Fauſtus, conſtitueretur Syndicus. ſed de illa Eccleſia ille non erat. Ad idem extra de iura. cal. vbi dicitur. c. in pertractandis. quod œconomi poſsint conſtitui, & ad cauſſas, & ad Sacramentum calumniæ præſtandum. Et poteſt conſtitui, tam paterfamilias, quàm filiusfamilias. vt ff. quod cuiuſque vniuerſ. item eorum. §. vlt. vbi dicitur. actor etiam filiusfamilias dari poteſt. Officium ſyndici vel actoris eſt cauſas vniuerſitatis tractare, & defendere vniuerſitatem. Nec compellitur ſatiſdare, niſi cum decreto, ratihabitione, vel mandato dubitatur. vt in l. item eorum. §. actor. Suprà eſt eod. titu. §. 1. Item ſyndicus & actor iurant de calumnia. vt extra de iuram. calum. c. cùm cauſſam. Et ſuprà eſt de procur. §. 3. in fine. Sed non loquitur de ſyndico vel actore, ſed de procuratore. Sic & tutor, qui legitimam habet adminiſtrationẽ, iurare poteſt. vt extra de iurament. calum. c. in pertractandis. vbi di-

Etiã filiusfamil. conſti.

§. 4.

Syndicus iurat de calumnia.

citur. In pertractandis cauſsis ſacramentum calumniæ non paſſim præcipimus exhiberi: ſed cauſæ & principalium perſonarum qualitate inſpecta, quandoque peri pſas principales perſonas, quandoque per œconomos ipſis indultos, qui cauſſam omninò non neſciant, in animam iurantis illud mandamus præſtari. Ad idem C. de iureiur. prop. calum. dan. L. 2. §. 1. vbi dicitur. quod obſeruari oportet, ſi tutores vel curatores gerunt negotia legitima auctoritate, quod conuenit & eos iureiurando affici. Item conteſtatur litem: & interrogatur de facto. & omnia facit in cauſa, ſicut legitimus dominus litis. & eius confeſsioni ſtabitur. & ſententia in eius perſonam* formabitur, vt extra de capel. monachorum c. dilectus. vbi dicitur. quòd cauſſa orta fuerit inter Eccleſiam ſancti Laurentij, & Eccleſiam ſanctæ Ceciliæ, & Oeconomus ſancti Laurentij, & Syndicus ſanctæ Ceciliæ diu litigauerunt coram domi-

Conteſtatur litẽ &c.

* *aliàs, perſona firmabitur.*

domino Papa. tandem Papa protulit ſententiam ſub hac forma: Cum fratribus noſtris deliberato conſilio, œconomum ſancti Laurentij, Syndico veſtro in Scrutinio, baptiſmo, & proceſsionibus condemnamus. Ad idem extra de cenſ. c. Olim, in fine, & infrà eſt titul. de ſentent. §. Qualiter. Et quod dico de Syndico, idem intelligendum eſt de œconomo Epiſcopalis Eccleſiæ, & vicedomino, qui præeſt rebus Eccleſiaſticis, & cauſsis Epiſcopi. *Idem in œconomo vicedomino & reliquis.*

§. 5.

[a]Et nota, quòd eorum officium eiſdem modis finitur, quibus mandatum Procuratoris. vt ff. quod cuiuſque vniuerſit. & cæt. l. Item eorum. §. ex ijſdem. vbi dicitur. ex ijſdem cauſsis, mutandi actoris poteſtas erit, ex quibus & Procuratoris. *a Syndici et Procuratoris officium eadem ratione finitur.* Eſt autem Actor, qui à Prætore datur, petente tutore vel curatore, periculo rerum tutoris vel curatoris, in litibus ad agendum, & defendendum. vt probatur Inſtitut. de curatoribus. §. vltim. vbi dicitur. quòd ſi tutor *Actor.*

aduer-

aduerſa valetudine, vel alia neceſſitate impediatur, quo minùs negotia pupilli adminiſtrare poſsit, & pupillus vel abſit, vel infans ſit: quem velit actoré, periculo ipſius tutoris, Prætor, vel qui prouinciæ præerit, decreto conſtituet. Et omnes qui legitimam habent adminiſtrationem, conſtituere poſſunt Procuratorem in cauſsis poſt litis conteſtationem. vt C. de Procurat. l. Neque tutores: & ſuprà eſt tit. de differen. iud. deleg. §. 1.

TAN-

TANCREDI IVRISCONSVLTI ET GLOSSATORIS VEtuſtiſſimi de iudiciario ordine Liber ſecundus.

Titul. I.

QVOD IVDICIVM *Actor adire debeat.*

IN ſuperiori parte tractauimus de perſonis, quæ habent conſiſtere in iudicio: In hac parte ſecunda intendimus inſtruere iudicem, actorem, & reum in præparatorijs ad iudicium: & in ijs, quæ litis conteſtationem præcedunt. Videamus ergo primo loco, cuius iudicium actor adire debeat: & quis debeat eſſe iudex alicuius: & in quibus caſibus actor non teneatur ſequi forum rei. Regulariter quidem traditur, & eſt verum: ſiue Clericum ſiue Laicùm velit quis conuenire, vt iudicém rei adeat. Vnde eſt, quod dicitur:

Actor rei forum adire debet. citur. actor forum rei ſequi debet. vt extra de for. comp. c. Cùm ſit generale. vbi dicitur. generale eſt quòd actor forum rei ſequi debeat. Et 11. q. 1. c. experientiæ. In quibus expreſsè dicit. quòd actor forum rei ſequi debeat. Et C. de iuriſdict. omni. iud. l. iuris ordinem. vbi dicitur. iuris ordinem peruerti poſtulas: cùm actor rei, non reus actoris forum ſequatur. Et C. eodem l. in criminali. Quis

§. 1. debeat eſſe iudex ordinarius alicuius? Reſponſio. ille eſt ordinarius rei, apud quem ipſe reus domicilium habet, vt 13. q. 2. c. vbicunque. §. quia ergo. vbi dicitur. quòd ſi quis de prouincia ad prouinciam tranſierit, vt ibi domicilium collocaret: liber factus eſt à iuriſdictione prioris iudicis: & ſubijcitur ei, in cuius prouincia ſedem ſibi collocauit. quia ergo iſti à veſtra diœceſi in noſtrá tranſierunt, liberi à iuriſdictione veſtra, noſtro iuri ſubijciuntur. Ad idem D. de iudic. l. hæres abſens. vbi dicitur. hæres abſens ibi defen-

Ordinarius eſt vbi domiciliũ habet reus.

ſendendus eſt, vbi defunctus debuit conueniri vel defendi, & conueniendus quoque, ſi ibi inueniatur: & nullo ſuo proprio priuilegio excuſat. Et ſi duo habet quis domicilia in iuriſdictione duorum iudicum, ſubeſt duobus iudicibus. vt ff. ad municipalem. l. eius qui manumiſit. §. Celſus ait. vbi dicitur. ſi quis inſtructus ſit duobus locis æqualiter, nec hîc minus frequẽter, quàm illic commoretur: vbi domicilium habeat, *æſtimationem animi eſſe accipiendam. Ego dubito, ſi vtrobiq; deſtinato ſit animo, an quis poſſit duobus locis habere domicilium? & verum eſt habere, licet difficile ſit: quemadmodum difficile eſt ſine domicilio eſſe quenquam. Puto & procedere hoc poſſe, ſi quis domicilio relicto nauiget, vel iter faciat, quærens quò ſe conferat, aut vbi conſiſtat. Nam hunc puto ſine domicilio eſſe. Et quòd quis poteſt duo domicilia habere, dicit Decretalis noua. extra de foro compt. c. ex parte B. quon-

Et ſi in plurib. locis habeat.

* *aliàs, deſtinationem. In textu impreſſo legitur, exiſtimatione animi eſſe accipiendum.*

quondam Reginæ Angliæ. Item Roma communis eſt patria omnium. vt ff. ad municip. l. Roma. & Papa eſt iudex ordinarius omnium. vt 9. q. 3. c. cuncta per orbem. vt ſuprà quoque eſt titu. de diuiſ. iudic. §. 1. Et [a] hoc generaliter verum eſt, quòd actor forum rei ſequi debeat. & ſic Laicus ſub ſeculari iudice tantùm conueniri debet. Fallit tamen regula in caſibus: ſcilicet in cauſsis matrimonialibus, quę tantùm per iudicem Eccleſiaſticum ſunt tractandæ. vt extra de conſang. & affi. c. ex literis, & extra de tranſlat. Epiſcop. c. inter corporalia, in princ. vbi dicitur. dubitari non debet, quin omnipotens Deus ſpirituale coniugium, quod eſt inter Epiſcopum & Eccleſiam, ſuo tantùm reſeruauerit arbitrio diſſoluẽdum, qui diſſolutionem etiam carnalis coniugij, quod eſt inter virum & mulierem, ſuo tantùm iudicio reſeruauit: pręcipiens, vt quos Deus cõiunxit, homo nõ ſeparet. Item in criminibus Eccleſiaſticis, puta ſacri-

§. 2.

a Regula, quòd actor forũ rei ſequatur, fallit.

In cauſſa matrimoniali.

In criminibus eccleſiaſticis.

ſacrilegio, vſura, & ſimilibus. vt 6. q. 2. c. Epiſcopus. vbi dicitur. Epiſcopus, ſiue Clerico, ſiue Laico crimen impoſuerit, deducatur ad probandum in Synodo. Ad idem extra de vſuris per totum, & maximè in c. tua nos. vbi dicitur. quod hi, ad quos bona vſurariorum deuoluuntur, ſiue proximi ſint, ſiue extranei: ea ſunt diſtrictione cogẽdi reddere vſuras, qua illi, quibus ſuccedunt, cogerentur. Item vbi agitur ad pœnitentiam, ex quacunque cauſſa. vt extra de iudi. c. nouit ille. vbi dicitur. ſi diſcernere peccata ad nos pertinet, ſine dubitatione & cenſuram Eccleſiaſticam in quamlibet exercere poſſumus & debemus. Item in iure patronatus: & in omnibus cauſsis ſpiritualibus, & harum annexis. vt extra de iudi. c. quanto. & extra eodem tit. c. decernimus. vbi dicitur. quod Laicus de negotijs, quæ iudicium Eccleſiaſticum requirunt non diſponat. Ad idem extra de iur. Patro. c. nullus Laicus. & extra de decim. c. tua no-

Vbi agitur ad pœnitentiam.

In iure patronatus.

K

tua nobis, prope finem. vbi dicitur. quòd Laici prętextu nequitię clericorum nequeant decimas alijs erogare, niſi quibus de mandato diuino[a] debentur: cùm nulli ſit licitum aliena cuiquam concedere, præter domini voluntatẽ. Item ratione contractus conuenit quis apud non ſuum iudicem, ſed apud alium, vbi contraxit, vel vbi dare promiſit. vt ff. de iudi. l. hæres abſens. §. Si quis tutelam. vbi dicitur. ſi quis tutelam vel curam, vel negotium, vel argentariam, vel quid aliud, vnde obligatio oritur, certo loco adminiſtrauerit, & ſi ibi domicilium non habuit, ibi ſedebit[b] defendere: & ſi ſe non defenderit, neque ibi domicilium habeat, bona poſsideri patietur. Proinde, & ſi merces vendidit certo loco, vel depoſuit, vel comparauit, videtur (niſi alio loco ſeſe, vt defenderet conuenit) ibidem ſe defendere. Nunquid idem dicemus in eo, qui à mercatore quid comparauit aduena: vel ei vendidit, quem ſcit inde cõfeſtim profectu-

a Hic murus aheneus eſto.

Ratiõe cõtractus.

b In margine adſcribitur. Supplẽt quidã. Si ibi inueniatur, aliter nõ. D. Ioan. contrariũ dicit, eũ videlicet, ſi nolit venire ad locũ, vbi cõtraxit, per vim capi & duci debere. et hoc per L. ſicut in fin. C. eod. tit.

fectũrum? Reſpon. non oportet ibidem bona poſsideri, ſed domicilium eius ſequi. Ad idem C. vbi conueni. qui certo loco, &c. l. vnica. Et dicit Decretalis, quòd ratione delicti, & ratione contractus, & ratione domicilij, & ratione rei de qua agitur, regulariter quis forum alienũ ſortitur. extra de for. compe. c. licet ratione delicti. Itẽ ratione criminis in aliena terra cõmiſsi. vt 3. q. 6. vbi dicitur. ibi cauſa ſemper agatur, vbi crimen committitur. & qui non probauerit, quod obiecit: pœnam, quam intuliſſet, ipſe patiatur. Ad idem C. vbi de crim. agi opor. l. 1. vbi dicitur. quæſtiones eorum criminum, quæ legibus aut extra ordinem coërcentur, vbi commiſſa, vel inchoata ſunt, vel vbi reperiuntur, qui rei eſſe eiuſdem criminis perhibentur, perfici debere ſatis notum eſt. Item ratione poſſeſsionis in alia iuriſdictione poſitæ. Quoniam ſi Pariſienſis ciuis habeat terram ſitam in Carnotenſi diœceſi. ſi de illa poſſeſsione, vel

Ob delictũ in alieno districtu commiſſum.

Ratione poſſeſſionis, quæ eſt in alia iuriſdict.

ne, vel terra quæſtio vertatur. Carnotenſis iudex debet de illa poſſeſsione cognoſcere: vel dare iudices. vt extra de for. comp. c. ſanè. vbi dicitur. ſanè ſi Epiſcopi inter quos cauſſa vertitur, ſint diuerſarum prouinciarum: ille det iudices, in cuius prouincia eſt locus, de quo contenditur. Ad idem C. vbi dicitur. actor rei forū ſiue in rem, ſiue in perſonam ſit actio, ſequatur. Sed & in locis, in quibus res, propter quas cōtenditur, conſtitutæ ſunt, iubemus in rem actionem aduerſus poſsidentem moueri. Item ratione feudi. Quoniam ſemper ſub domino feudi, cauſa feudi tractanda eſt, ſi de iure feudali agatur. vt extra de for. compe. c. ex tranſmiſſa. vbi dicitur. quòd per dominum feudi, cauſſa feudorum debet terminari: Et dicitur in c. ſequenti. quòd ſi feudum pertinet ad Eccleſiam, iudex Eccleſiaſticus debet cognoſcere: alioquin, quęſtio ab imperiali culmine, ſicut iuſtum eſt, terminetur. Iſtud fallit quando intētatur poſſeſſo-

Ratione feudi.

ſeſſorium: quia tunc coram extraordinario iudice tractatur cauſſa feudalis, non obſtante illa exceptione. vt extra de for. comp. c. ex parte, quæ decretal. noua eſt. Item ratione negligentiæ. vt extra de for. comp. c. cùm ſit generale. vbi dicitur. quòd ſi iudices ſeculares in exhibenda iuſtitia perſonis Eccleſiaſticis, ſint remiſsi: iam per conſuetudinem in fauorem Eccleſiæ eſt introductum, vt malefactores ſuos venerabilium locorum rectores poſsint, ſub quo malerint iudice, cõuenire. Ad idem extra eodem c. licet. vbi dicitur. ſi conſules iuſtitiæ, tanquam meritò ſuſpecti recuſantur, coram arbitris communiter electis, de cauſa ſuſpitionis agatur: quæ ſi fuerit ꝓbata eſſe iuſta, ad te vel ad nos, ꝓ iuſtitia recurratur, vt etiã ſuprà ti. de offi. iud. delega. §. 2. in fin. dictum eſt. Item ratione reconuentionis 3. q. 8. c. Cuius in agendo: & C. de ſent. & interlo. omni iud. l. Cùm Papinianus. & extra de mut. petit. c. 1. ex literis. Itẽ ſi par-

Item ſi iudex ſit negligens.

In reconuentionibus.

Si partes conſentiant in nō ſuum. tes conſentiunt. vt ff. de iur. omni. iudi. l. eſt receptum. vbi dicitur. eo iure vtimur, vt ſi quis maior, vel æqualis ſubijciat ſe iuriſdictioni alterius: poſsit ei, & aduerſus eum, ius dici. Iſtud hodie, ſecundum Decretal. nouam fallit in Clerico. qui non poteſt conſentire in iudicem non ſuum, niſi duo concurrant: ſcilicet, quòd perſona Eccleſiaſtica ſit illa, in quam cōſentit: & accedat voluntas Epiſcopi Diœceſani. vt extra de for. comp. c. Significaſti. Item

Ratione appellationis. ratione appellationis. vt 3. q. 6. vbi dicitur. peregrina iudicia, ſalua in omnibus Apoſtolica auctoritate, generali ſanctione prohibemus: quia indignum eſt, quod ab extraneis iudicentur, qui prouinciales, & à ſe electos debent habere iudices. Item ratione recuſationis.

Ratione recuſationis. vt extra de app. c. 2. requiris. & c. Cum ſpeciali. Ad idem 2. q. 6. placuit. vbi dicitur. placuit vt Presbyteri, Diaconi, vel cæteri inferiores clerici in cauſsis, quas habuerint: ſi de iudicijs Epiſcoporum

porum ſuorum cōqueſti fuerint, vicini Epiſcopi audiant eos: & ſi quid inter eos quæſtionis fuerit, audiant & definiant adhibiti ab eis ex cōſenſu ſuorum Epiſcoporum. Item vxor ſequitur forum mariti. vt ff. de iur. om. iud. l. Cùm quædam. vbi dicitur. Cùm quædam puella apud competentē iudicem litem ſuſceperat, deindeq́; condemnata, ad viri matrimonium alij iuriſdictioni ſubiecti peruenerat: quęrebatur, an prioris iudicis ſententia exequi poſsit? dixi poſſe: quia [a] antè fuerat dicta ſententia. Sed & ſi poſt ſuſceptam cognitionem, ante ſententiam hoc eueniret, idem quoque [b] putarem: ſententiaque à priore iudice rectè fertur. quod generaliter & in omnibus huiuſmodi caſibus obſeruandum eſt. Ad idem extra de for. comp. c. ꝓpoſuiſti. vbi dicitur. ꝓpoſuiſti nobis, quòd quidam ſubditus tuus ad petitionē cuiuſdam aduerſarij ſui, à te legitimè citatus ad cauſam, quia poſtmodū iuriſdictionis alterius eſſe cœpit, tuum

Vxor ſequitur viri forum.

a ſecundum L. ſi quis poſteà. D. de iudic.

b L. vbi acceptū. eod. tit.

intendit iudicium declinare. Porrò tuæ prudétiæ dubium eſſe non credimus, quòd is in prædicta cauſa ius reuocandi domum non habet, quaſi ab illo iam præuentus.

Verum ſcholaſtici. Item ſcholaris in ſtudio degens, ſub quo malucrit iudice conueniri debet: vel ſub Epiſcopo, vel ſub rectore ciuitatis, vel magiſtro ſuo. vt in conſtitut. Friderici poſita C. ne filius pro pat. l. habita. §. veruntamen. ita tamen, quòd ſi is de prædictis iudicibus vnum elegerit, alterius iudicium nõ poſsit allegare. vt 3. q. 3. c. induciæ. §. Offeratur. vbi dicitur. quòd iudicem reus poterit recuſare: niſi ſit ille, quem iam elegit, alio recuſato. Et quamuis verum ſit, quòd ſententia à non ſuo iudice lata nõ tenet. vt extra de iudic. c. At ſi clerici. & extra de conſuetu. c. ad noſtram: & C. Si à non compet. iud. l. vlt. quæ eſt infrà de ſentent. §. à quo. tamen ſententia alterius in prædictis caſibus tenet: quia per factum ſuum factus eſt de iuriſdict. illa. Et nota, quòd iccirco prædictos caſus

Declaratio eius, quod dicitur, Sententiam à non ſuo iudice latam non tenere.

ſus

ſus enumeraui, quia quandoque plus expedit actori conuenire reum ſub iudice, de cuius factus eſt iuriſdictione: quàm ſub eo, cui ſubeſt ratione domicilij. Comprehéduntur autem caſus, in quibus actor forum rei non ſequitur, hiſce verſibus:

Contractus, crimen, reus, & res, religioq́;,
Vir, ratio ſimilis, ſi prouocet, atq; recuſet.
Exceſſus, iuſſus, uel ſi cōſentit uterq;.
Neglect⁹, feudū, iußit adire forū.
Iſtis uxorem coniungimus, atque ſcholarem.

Titul. II.

VBI ET QVOMODO *Iudex adeundus ſit.*

SEd iam oſtendimus cuius iudiciū actor adire debeat: conſequenter demonſtremus, qualiter hoc faciat. debet namq; actor adire iudicē eo loco, vbi cōſueuit ſedere pro tribunali. vt 2. q. 3. c. ſi quem.

Quo pacto iudex adeundus ſit, & de forma procedendi.

quem. §. Præuaricatorem. verſ. Si quis autem. vbi dicitur. Abolitio priuatim à præſidib. impetrari ſolet: item pro tribunali, non de plano, &c. Aut aliquid ſimile. vt 3. q. 3. c. induciæ. §. à iudice. vbi dicitur. à iudice procedente dilationem poſtulare non conuenit, etiamſi vtraque parte præſente tribuatur: cùm non aliàs, niſi cauſſa cognita indulgeri queat. Ad idem C. de Dilat. l. à iudice procedente. vbi idem dicitur. Tunc iudicem nactus libellum offerat: aut ſimplici verbo conquærens factum proponat. vt 4. q. 4. c. nullus. §. Si quis. vbi dicitur. ſi quis ſe iniuriam paſſum putauerit, & querelam deferre voluerit, non ad Stationarios decurrat, ſed præſidialem adeat poteſtatem, aut libellos offerens, aut querelam apud acta deponens. In alijs verò criminalibus cauſsis dignum eſt, vt inſcriptiones præponantur: quæ magnitudinem, videlicet, criminis, tempusque deſignent, vt alterutram partem digna legum terrere poſsit

poſsit auctoritas. Inſcriptio verò ſemper fiat, vt talionē calumniator recipiat: quia ante inſcriptionē nemo debet iudicari, vel damnari: cùm & ſeculi leges hoc idem retineant. Item iudex debet ſtatim reum citare literis, vel nuncio: niſi rationabilis cauſſa impediat. vt dicemus in titulo proximo. Si verò eſt iudex delegatus à Domino Papa, & vnus ſolus: quoniam Dominus Papa vni ſoli literas clauſas mittere conſueuit: ipſe actor vbicunque eum inuenerit, ad eum accedat, & literas commiſsionis ei porrigat: quas iudex ita cautè aperire debet, quòd filum cum bulla ex vna parte literis ipſis inhæreat, ſicut priùs inhærebat vtrinque: quoniam ſi bulla ſeparata eſſet à literis commiſsionis, fides non eſſet eis aliquatenus adhibenda: vt extra de fide inſtrument. c. 1. vbi dicitur. Si ſcripturam authenticam nō videmus, ad exemplaria nihil facere poſſumus. Ad idem extra de off. iud. deleg. c. Cùm in iure. vbi dicitur. niſi de man-

Iudex decernat citationem.

Practica offerēdi & recipiendi commiſsiones Pontificias.

mandato Apoſtolico certus extiteris, exequi non cogeris, quod tibi mandatur. Ad idem C. de diuerſ. reſcrip. l. Sancimus. vbi dicitur. quòd authẽtica ſcripta & originalia ſunt exhibenda, non eorum exemplaria. Ad idem C. de re iudic. l. geſta. vbi dicitur. geſta quæ ſunt tranſlata in publica monumenta, habere volumus perpetuam firmitatem: Neq; enim morte cognitoris perire debet publica fides. Si autem ſint plures iudices delegati, ſingulos adeat, & cuilibet literas commiſsionis oſtendat, petens, quòd perſonaliter ſecundum literas cõmiſsionis conueniant iudices, & reum ad iudicium citent.

Titul. III.

DE IN IVS VOCATIONE.

Si prope adſit citatus, præfigitur ter minus 7. dierum.

Citationes ad iudicium hoc modo fieri poſſunt, vel debent, iuxta quorundam opinionem: vt ſi hi, qui vocantur ad iudicium,

dicium, ſunt in eadem vrbe cum iudice, vel in vico ſuburbano, vel vbicunque, vel in vicinia[a] vocandi ſunt ad iudicium per literas, vel per nuncium, & per interuallum ſeptem dierum expectandi. vt 5. q. 2. c. præſenti decreto. vbi dicitur. Præſenti decreto cenſemus, vt in primis perſonaliter reus vocetur, & per ſeptem dies expectetur nullius eccleſiaſticæ rei vtendi interdicta licentia. Huic dein expectationi iterum addantur ſeptem dies, interdicta Eccleſiam intrandi licentia, & omnia diuina officia audiendi. pòſt verò addantur duo dies, quibus à pace & communione ſanctæ Eccleſiæ ſuſpendatur. Deinde verò iterum alijs duobus diebus ſub eadem expectatione expectetur: quibus vno die ſuperaddito, omni expectatione veluti iam deſperata, reus mox anathematis gladio feriatur. Ad idem facit c. pręcedens. vbi dicitur. Prima vocatio eius, qui impetitur, ad Synodum iuxta Decreta patrum canonica rationabilibus

a A multis iã ſeculis receptus mos eſt, vt abſentes ad iudiciũ vocentur, præſentes citẽtur. L. Diuus de reſtit. in integr. Cice. in orat. pro Flacco.

bus ſcriptis fieri debet per ſpatium congruum atque canonicum: quia, niſi canonicè vocatus fuerit ſuo tempore, & canonica ordinatione:licet venerit ad conuentum quacunque neceſsitate:niſi ſponte voluerit, nullatenus ſuis reſpōdebit inſidiatoribus.Ad idem facit Decretalis no. extra de for. comp. c. licet. vbi dicitur. quòd Romana Eccleſia eſt caput & magiſtra omnium: & quilibet tenetur apud eam reſpondere: niſi allegauerit ſe alia de cauſſa veniſſe. Quod ſi allegauerit, ius reuocandi domum habebit. Et ita patet, quòd ſi quis alia de cauſſa venerit ad iudicium, non tenetur reſpondere, niſi velit. Si verò fuerint in proxima ciuitate, aut alibi, non multū remoti, citātur vt veniant poſt menſem.vt 4.q.5.c.quiſquis. vbi dicitur.quòd ſi quas veras neceſsitatis cauſſas probauerit, quibus occurrere non potuiſſe manifeſtum ſit,ſuę cauſæ dicendę intra alterum mēſem integram habeat facultatem. Hoc capitulum intelligitur

Si paulò longiùs abſit, datur ei mēſis ſpacium.

ligitur in criminali cauſſa. Si autem multum remoti ſunt, debent vocari tribus edictis, vel vno ſaltem pro omnibus peremptorio. vt 24.q.3. c. De illicita, verſûs medium. vbi dicitur. quicunque tribus auctoritatibus iudicis conuentus eſt, vel tribus edictis fuerit ad iudicem euocatus, aut vno pro omnibus peremptorio, id eſt, quod cauſſam extinguit, fuerit vocatus, & præſentiam ſui apud eum iudicẽ, à quo ei denunciatum eſt, exhibere noluerit: aduerſus eum quaſi cõtumacem iudicari poteſt. Quinimò per appellationẽ negotium retractari non poteſt, quoties in contumacem fuerit iudicatum. Et quodlibet edictorũ continere debet triginta dies, vt C. Quomodo & quando iud. auth. qui ſemel. quæ etiã ſuprà allegatur tit. de diffe. iud. deleg. §. ſecunda. vbi textus ſic habet: Qui ſemel actionem propoſuit, aut quempiam conuenit ſeu conuentione iudiciaria, ſeu precibus Principi oblatis, iudici quoque inſinuatis,

Si procul abſint, tribus edictis citantur.

& per

& per eum aduerſario cognitis: neceſſe habet litem vſque ad finem iudicij exercere. Quòd ſi cauſſam differat proſequi: reo poſtulante tribus edictis vocetur per interualla 30. dierum: quia vox præconis paucis innoteſcit. quæ citatio etiam à principe delegatis permittitur: & locum etiam habet, ſi lis cœpta non ſit. Quòd ſi vocatus litem detrectet: ei ſpatiũ vnius anni tantùm indulgetur, intra quod ſi ceſſat, iudex auditis [a] allegationibus præſentis, & quæſita veritate pronunciet. Sed nec intra annum veniẽs auditur, niſi priùs reo litis expenſas, quas ſuſtinuit, ſacramento eius manifeſtandas refundat. His quoque præſtitis, ſi interrupto dũtaxat anno denuo litem deſerit, poſt edictorũ & anni ſpacij obſeruationem ab omni cadat actione, quam ſibi competere contra pulſatũ exiſtimabat. Deterior namq; dolus eius agnoſcitur, qui interruptam litẽ iterum deſeruit: quàm qui ſemel cœptam dereliquit, &c. Atque hoc ſatis rationabile

[a] Nota teſtes etiã lite nõ conteſtata poſſe recipi, idq; in odium actoris, qui rem ſumptib. & laboribus fatigauerat. vt ext. de dol. & cont. c. prout.

bile videtur, ſed generalis Eccleſiæ conſuetudo in contrarium tenet. vnde dico, quòd omnes induciæ arbitrariæ ſunt: non quia iudex poſsit eas penitùs denegare, ſed poteſt illas ſecundum locorum diſtantiam, ſeu prouinciarum, conſiderata qualitate temporis, perſonarum, & negotij reciſiùs aut laxiùs moderari, prout expedire viderit. vt extra de appell. c. Cùm ſit Romana. vbi dicitur. quòd licet appellãtibus indulgeatur annus ex lege, vel ex cauſſa biennium: iudex tamen à quo appellatum eſt, ſecundum locorum & prouinciarum diſtantiam, conſiderata temporis & perſonarum, & negotij qualitate, rectiùs poterit tempus moderari, vel reciſiùs, vel ſi expedire viderit, longius ſtatuere. Ad idem 5.q.3.c. Si ægrotans. & D. de iudic. l. nonnunquam. & ff. de re iud. l. qui pro tribunali. quæ ſuprà ſunt tit. de off. iud. ordin. §. vlt. Et nota, quòd reus non dicitur contumax, niſi tribus edictis, vel vno pro omnibus perempto-

Hodie omnes induciæ, ſiue dilationes ſunt arbitrariæ.

Quando quis dicatur contumax

rio vocatus venire contempſerit. Ideo dicunt ipſum non puniendum.vt ff. de re iud. l. cõtumacia. vbi dicitur. Contumacia eorum, qui ius dicenti non obtemperant, litis damno coërcetur.Contumax eſt,qui tribus edictis ꝓpoſitis, vel vno ꝓ tribus(quod vulgo peremptorium appellatur) literis euocatus, præſentiam ſui facere contemnit, nec reſponſalem mittit. Pœnam contumaciæ non patitur, quẽ aduerſa valetudo,vel maioris cauſſæ occupatio defendit.Ad idẽ extra de dol.& contu.c. Cum dilecti. Nec pertinet ad iuris ordinem in prima citatione peremptoriè citare, niſi aliqua iuſta de cauſſa. vt in præmiſſa Decretali. Et licet poſt peremptoriam citationẽ iudex contra contumacem procedere poſsit,nulla citatione,vel expectatione facta: tamen æquitate ſuadente, debet in diem alterum expectare, & iterum citare. vt extra de off. deleg. c. Conſuluit. vbi dicitur.pars contumax peremptorio elapſo, non erit citanda, niſi gra-

gratiam ei fecerit benignitas iudicantis. Item nota quòd comminari debet iudex, cùm peremptoriè citat, quòd ſi non cõparuerit, qui citatur, procedet in cauſſa, quantum de iure poteſt. vt ff. de iudi. vbi dicitur. In peremptorio autem cõminatur is, qui edictum dedit, etiam abſente parte aduerſa ſe cogniturum, & pronunciaturum. Ad idem extra de reſtitut. in integ. c. Cùm ex literis. Et prædictus modus citandi, tam ordinarijs, quàm delegatis competit iudicibus. tamen Delegati iudices in prima citatione conſueuerunt tenorem cõmiſsionis ſibi factæ, totum de verbo ad verbum inſerere, & reo, qui ad iudicium vocatur tranſmittere: vt ſciat qui ſint, qui ad iudicium vocant eum, & cuius auctoritate. vt extra de Dilat. c. præterea. vbi dicitur. quòd quidam ita faciebant. & Dominus Papa videtur approbare in fin. decretal. In literis citatorijs contineri debet, quòd die tali, actori tali, coram ipſis iudicibus reſpon-

Cõminetur iudex de proced. in contumaciam. Vnde collige. etſi iudex non nominet peremptoriũ edictũ, ſi in eo commine-tur, peremptoriũ eſſe. vt D. ſi cert. pet. L. certum.

Iudices Deleg. tenorem commiſsionis tranſmittant parti cũ citatiõe.

Citatio quid continere debeat.

ſurus accedat. vt extra de reſcript. c. olim. vbi dicitur. quòd dies & locus poni debent in literis citatorijs. Vocatus autem venire non contemnat, licet de aliena iuriſdictione ſit, vel literæ per mendacium ſint impetratę, vt hoc ipſum alleget ad declinandum, vel euitandum iuriſdictionem. vt ff. de iudic. l. Si quis ex aliena. vbi dicitur. Si quis ex aliena iuriſdictione ad Prætorem vocetur, [a] venire debet, vt Pompon. & Iulian. ſcripſerunt. Prætoris enim eſt æſtimare, an ſua ſit iuriſdictio. Vocati autem non debent contemnere auctoritatem Prætoris. Nam & legati, cęteriq́; qui reuocandi domum ius habent, in ea ſunt cauſſa, vt in ius vocati veniant, priuilegia ſua allegaturi. Ad idem ff. Si quis in ius vocatus, &c. vbi dicit. ex quacunque cauſſa ad Prætorem, vel ad alios, qui iuriſdictioni præſunt, in ius vocatus venire debet, vt hoc ipſum ſciatur, an iuriſdictionis eius ſit. Ad idem extra de app. c. Cum parati. Nam ſi contumax eſſet,

Vocatus etiam ad nõ ſuum iudicem, veniat.

a ſi præſens ſit ſecũdum quoſdam. vt D. de iudic. L. hæres. vt ſi dubitetur, an eius iuriſdictionis ſit. vt D. eod. tit. L. 2. §. ſed ſi dubitetur.

eſſet, & non veniret, teneret ſententia contra eum lata: licet poſſet iuriſdictionẽ ipſius declinare. Ad idem extra de app. c. Si duobus. vbi dicitur. duo litigabant coram ſuo iudice ordinario, vnus appellauit ad Archiepiſcopũ ſuum, alter ad Papam. appellans ad Archiepiſcopum, veniens, fecit citari alterum legitimè: & is noluit venire propter appellationem ab ſe factam. Vnde Archiepiſcopo ignorante, eum ad Papam appellaſſe, excommunicatus eſt. & valuit excommunicatio propter contumaciam. Et nota, quòd ipſemet iudex, qui citat, cognoſcere debet, an ſua ſit iuriſdictio. vt ff. de iudi. l. ſi quis, ſuprà eſt hoc tit. Ad idem ff. ad municipalem l. penult. & extra de reſcript. c. ſuper literis, verſus finẽ. vbi dicitur. iudex de qualitate precũ cognoſcat. Secùs obtinet, ſi recuſatus fuerit, vt dicemus tit. de recuſat. Vocari ad iudicium nõ poſſunt hæ perſonę, conſul, præfectus, prætor, magiſtratus, qui habet imperiũ: nec epiſco-

Iudex ipſe de iuriſdictione ſua cognoſcit.

Perſonæ quæ ad iudicium vocari nõ poſſunt.

pus duntaxat dum ſacra facit: nec ille qui ducit vxorem, nec ea quæ ducitur, nec is qui funus familiare proſequitur: vel qui ad maius tribunal vocatur: nec qui propter religionem loci ſe inde mouere non poteſt, vt regularis, nec incluſus, ſicut expreſsè traditur D. de in ius vocand.l. 2.& 3.vbi dicitur. In ius vocare non oportet, neque conſulem, neq; præfectum, neque prætorẽ, neq; proconſulem, neq; cæteros magiſtratus, qui imperiũ habent, & qui coërcere aliquem poſſunt, & iubere in carcerem duci: neq; Pontificem, dum ſacra facit: nec eos, qui propter loci religionẽ inde ſe mouere nõ poſſunt: nec eum, qui equo publico in cauſa publica tranſuehitur. Præterea in ius vocari nõ oportet, qui vxorem ducit, aut quæ nubit: Nec iudicẽ* dum de re cognoſcit: nec eũ, dum quis apud prætorem cauſam agit: neq; funus familiare ducentem, iuſtaúe mortuo facientẽ: Vel qui cadauer proſequuntur. quod etiã videtur ex reſcripto diuorum fra-

* *aliàs, qui*

ſratrum cõprobatum eſſe. Quiq́; ᵃlitigãdi cauſa neceſſe habet in iure, vel certo loco ſiſti: nec furioſus, vel infantes, nec impuberes. Et dicit lex ff. de cõdictione furt. l. 2. quòd cũ furioſo & infante agi nõ poſsit, licet cõdictione furtiua teneant̃: quia ſunt neceſſarij hæredes patris. Veruntamẽ impubes furioſus, & religioſus, etſi nõ per ſe, tamẽ per adminiſtratores, curatores, & actores vocantur. d. L. 2. §. quicunque. vt ff. ex quib. cauſſ. maio. & c. l. ſed etſi. Ad idẽ C. de ſuſpect. tutorib. l. præſes. vbi dicitur. præſes prouinciæ tutotes filiorum tuorum ſtrictioribus remedijs adhibitis, omnino adminiſtrationis officium compellet agnoſcere. Ad idem D. de adminiſtr. tut. l. 1. in princ. vbi dicitur. gerere atque adminiſtrare tutelam extra ordinem tutor cogi ſolet. Item nullus debet vocari ad iudicium tempore feriarum, tam ſolennium quàm repentinarum, vel tempore meſsium, vel vindemiarum: niſi ſit talis cauſſa, quæ

a Nota eum, qui multitudine litiũ obruitur, vt omnib. ſimul vacare nõ poßit, rectè iudiciũ detrectare.

Impubes, infans, &c. quomodo conueniendi.

Tempore feriarũ nemo eſt vocãdus.

dilationem non capiat,vt abſolutio excommunicati, vel res tempore peritura, vt ſi fructus in agro maturi perituri ſint, vel aliquid ſimile.vt D. de ferijs l. 1. vbi dicitur. ne quis meſsium vindemiarumque tempore cogat aduerſarium ſuum ad iudicium venire, oratione Diui Marci exprimitur: quia occupati circa rem ruſticam, in forum non ſunt compellendi venire:Sed ſi Prętor per iuris ignorantiam, vel ſocordiam eos vocare perſeuerauerit, hiq; ſponte venerint: ſiquidem ſentētiam dixerit præſentibus illis, & ſponte litigantibus: ſententia valebit, etſi non rectè fecit,qui eos vocauit. Si verò cùm abeſſe perſeuerauerint ſententiam protulerit, etiam abſentibus illis: conſequens erit dicere, ſententiam nullius eſſe momenti: nec enim Prætoris factum iuri publico derogare oportet. Citra appellationem ergo ſententia infirmabitur. Sed excipiuntur certæ cauſſæ, ex quibus cogi poterimus, etiam per id tempus, cùm meſſes

Quæ cauſæ diebus feriatis tractari poſsint.

meſſes vindemiæq́ue ſunt, ad Prętorem venire: ſcilicet, ſi res tempore peritura ſit, hoc eſt, ſi dilatio actionem ſit peremptura. Sanè quotiens res vrget, cogendi ſumus ad Prætorem venire. Verùm ad hoc tantùm cogi æquum eſt, vt lis conteſtetur: & ita verbis ipſius orationis exprimitur. Deniq; alterutra parte recuſante poſt litem conteſtatam litigare, dilationem oratio conceſsit. Et plus hodie dicit Decretalis noua. quòd ſententia lata die feriato, vel proceſſus habitus, nullius ſunt momenti, etiamſi partes conſentiant. Et hoc in ferijs ſolennibus: de quibus illa decretal. videlicet, conqueſtus. loquitur. In ruſticis verò ferijs iudices poſſunt procedere, ſi de partium proceſſerint voluntate, ſicut hoc totum videtur extra de ferijs in c. conqueſtus. Sed quæritur de iſtis ruſticis ferijs, vtrum omnibus præſtent vacationē. quidam dicunt, quòd tantùm occupatis in meſsibus, vel vindemijs: & non alijs, ſed domi-

Ruſticæ feriæ vtrũ omnibus vacationem præſtent.

* *alias, Ioannes Caſsius.*

nus pilæus, &*Ioannes, & Caſsius dicunt, quòd omnibus proſunt, tam occupatis, quàm non occupatis. vt C. de iudæ. & Cæl. vbi dicitur. die ſabbato ac reliquis, ſub quo tempore Iudæi cultus ſui reuerentiam ſeruant, neminem compelli aut facere aliquid, aut vlla ex parte conueniri præcipimus. Ita tamen, vt nec illis detur licentia eodem die Chriſtianos orthodoxos conuenire: ne Chriſtiani forte ex interpellatione Iudæorum ab officialibus præfatis diebus aliquam ſuſtineant moleſtiam, &c. Et quia iſta prohibitio eſt generalis, ideo omnibus proſunt feriæ. vt ff. de ferijs l. 1. Hoc quamuis durum ſit, ſufficit tamen dicere, quia ita ſcriptum eſt: licet durum ſit ad ſuſtinendum. vt ff. qui & à quibus manumiſsi, &c. l. proſpexit. §. 1.

Standum eſt generalitati leg.

Et ſtandum eſt generalitati legis. vt ff. de teſtam. mil. l. in fraudem, in fine. Et conſuetudo quæ eſt optima legum interpres hoc idem approbat.

Titul.

Titul. IIII.
DE CONTVMACIBVS, ET NON AD IVDIcium uenientibus.

Reus peremptoriè ad iudicium citatus, interdum venire contemnit:interdũ venit,ſed renuit reſpondere. & in vtroque caſu contumax iudicatur. vt probatur extra de dol.& contum.c.ex literis.& c. prout. vbi dicitur de quodam, qui contumaciter receſſit à præſentia iudicis, nolens reſpondere: quia nõ habebat aduocatum.dicitur, quòd procedi debet contra eum,quaſi contra contumacem: & auditis teſtibus, ſine eo poteſt negotiũ terminari, tanquam lite, quæ ingeritur, conteſtata. eò quòd iuterrogatus, quot annis poſſediſſet: reſpondit, quadraginta. Ad idem 1. q.3. c. Certum. vbi dicitur. Certum eſt pro his tribus criminibus quem condemnari debere, cùm ad Synodum Canonicè vocatus venire cõtemnit: aut ſi poſtquam illuc ve- *Qui ſint contumaces.*

nerit

nerit ſacerdotalibus reſpuit obedire præceptis: aut ſi ante finitam cauſſæ ſuæ examinationem à Synodo abire præſumpſit. Ad idem D.de re iud.L.contumacia.§.contumax. Sciendum verò eſt, quòd contumax delinquit primùm in perſonã iudicis: quia eius auctoritatem contemnit.D.de iud.L.ſi quis ex aliena.quod vindicat̃ mul cta indicta.vt D. ſi quis ius dic. nõ obtem.Secundò in perſonam aduerſarij : quia eum fruſtratur ne ad iudicium peruenire poſsit. vt D.de Procur. L. & ideo. Iſtud punitur per miſsionem in poſſeſsionem bonorũ aduerſarij. vt D. de præſcrip.30.anno.L.ſed & ſi quis. Tertiò in ius publicum & publicam tranquillitatem:quia ſtatutis pro cõmuni vtilitate & pace obtemperare recuſat.vt C. de diuerſ. reſcrip.L.ſacrilegij.hoc coërcetur per excommunicationẽ.vt 11.q.3. c.certum. Quartò in ipſam formam iudicij: quia ordinem iudiciorũ non obſeruat:ſed flocci pen dit. vt 11. q. 3.c. certum eſt. Iſtud coer-

coërcetur per cauſſæ proceſſum & expenſas litis.vt C. de iudic.L.ꝓperandum. Nunc qualiter contra eum procedendum ſit, oſtendamus. Et quidem cauſſa alia eſt criminalis, alia eſt ciuilis, alia eſt ſpiritualis,alia mixta.vt 16.q.1.c. frater noſter Hadrianus. verſ. ſi qua cauſſa. & 14. quæſtone. 2. c. ſuper prudentiam. & extra de Procurat. C.tuę fraternitatis.vbi refertur de actione quam quidam intendebat per Procuratorē aduerſus vxorem ſuam de adulterio:quę etſi de crimine eſſet, non erat tamen criminalis, ſed mixta, id eſt mediam quandam naturam inter ciuilem & criminalem habēs. & ideo quoque per Procuratorem agi poteſt.

Qualiter contra contumacem procedatur.

1\. Si quis criminaliter fuerit accuſatus, & contumax fuerit lite nondum finita, ſecundum leges omnia bona ſua annotantur & conſcribuntur: & ſi intra annum venerit,& pareat iuri, recuperat omnia bona ſua, & auditur de crimine. Poſt annum verò omnia bona illius confiſcantur, & licet poſteà vene-

Quemadmodum contra contumacem in criminali cauſa procedatur.

venerit iuri parens: quamuis audiatur: tamen bona ſua non recuperat. vt ff. de requiren. reis l. fina. Ad idem C. eodem l. quicunque. Secùs eſt ſecundum canones quia excommunicatur. vt 4. Q. 5. c. quiſquis, in princip. ſuprà eſt titul. proxi. de citationibus. §. 1. & 5. Q. 2. c. præſenti. vbi dicitur. omni expectatione veluti iam deſperata, reus mox anathematis gladio feriatur. Et ſi intra annum venerit, & innocentiam ſuam oſtenderit, abſoluitur ſuper illo crimine: poſt annum verò nequaquam. vt 11. q. 3. c. rurſus. in fine. vbi dicitur. ſi forte cauſſæ ſuæ tractandæ voluerit adeſſe, & ſuam innocentiam adſerere, intra annũ excommunicationis hoc faciat: Si verò intra annum excommunicationis ſuæ cauſam purgare contẽpſerint, nulla eorum vox penitùs audiatur. Ad idem c. ſequen. in princ. vbi dicitur. quicunque intra anni ſpacium ciuiliter ſeu publicè cauſam ſuam coram ſuis excommunicatoribus nõ peregerint, ipſi aditum

tum audiendi ſibi clauſiſſe videntur. Si verò lis conteſtata ſit, poſſunt recipi teſtes contra eum, & ſententia diffinitiua ferri. vt 3. q. 9. §. Decreuimus. Ad idem extra de dol. & contum. c. prout. Si autem cauſſa ciuilis ſit, puta de aliqua pecunia: & reus contumax litem non conteſtetur, mittendus eſt actor in poſſeſsionem rei petitæ: cùm agitur actione reali, vel ſi agatur perſonali, mitti debet in bonorum rei poſſeſsionem, iuxta menſuram declarati debiti: primò mobilium, ſi ea habet: vel ſi ea nõ habet, mittendus eſt in poſſeſsionẽ rerum immobilium. & miſsio hæc fit, cauſa rei ſeruandæ, vt reus tædio affectus, veniat reſpondere. & ſi intra annũ veniat à die miſsionis in poſſeſsionem, aut ex quo ſciuit: prꝫſtita cautione iudicio ſiſti, reſtitutis expẽſis actori, recuperat poſſeſsionem. & tractabitur cauſa poſteà, vt priùs. Sed ſi intra annum non venerit, non recuperat poſſeſsionẽ, vt dictũ eſt. ſed actor fit verus poſſeſſor: & reus auditur ſu-

2. Si ſit ciuilis et realis, mittitur actor in poſſeſsionem.

Perſonalis.

tur ſuper proprietate tantùm. Et hæc diſtinctio tota probatur extra, vt lite non conteſt. C. quoniam.& C. Quomo.& quan.iud.&c. l. Conſentaneũ. vbi dicitur. Conſentaneum iuri fuit, temporibus ad præſentiam partis aduerſę præſcriptis, Præſidem prouinciæ (impleta iuris ſolennitate, & aduerſario tuo ternis literis, vel vno pro omnibus peremptorio edicto, vt præſentiam ſui faceret, commonefacto) ſi eadem cõtumacia perſeuerauerit, præſentis allegationes audire, quod vel ſucceſſor eius facere curabit. A quo ter citatus, ſi contumax præſentiam ſui facere neglexerit: non abs re erit, vel ad cogendũ eum vno edicto peremptorio, vt ſeſe repræſentet, vel bonorum poſſeſsionem[a] cui incumbit, ad te trãsferre, & aduerſarium tuum petitorem conſtituere: vel auditis defenſionib. tuis, id quod iuris ratio exegerit, iudicare. Ad idem C. de iudi. l. ſancimus. Suprà eſt quoque titu. de arbit. Et extra de dol.& contum. c. prout nobis. Ad

[a] Miſsio in poſſeſſionẽ, aut eſt generalis, cùm quis in poſſeſsionẽ vniuerſorũ bonorũ mittitur: aut ſpecialis, quãdo pro quãtitate debiti declarati. de qua ti. D. ex quibus cauſ. in poſſ. eat. l. 1. Deinde aut fit contra abſentẽ & indefenſũ. & hæc miſſio nõ eſt pœna, ſed potius cuſtodiæ cauſa. vt C. de reſtit. milit. L ignorare. Aut cõtra cõtumacẽ et latitantẽ: veluti, ſi actor mittatur in poſſeſsionẽ ex primo et ſecũdo decreto. Aut cõtra aliquem ex cauſa dèbiti liquidi: quæ fit tã cõtra præſentem, quàm abſentẽ. vt C. de bon. auth. iud. poſ. L. cùm apud.

Ad idem, & melius facit Decretalis noua. extra de eo, qui mit. in poſſeſſ.cauſſa rei ſer.c. vlt. vbi dicitur. ſi aduerſarius tuus poſt citationis edictum, ad remota loca ſe transferens, Procuratorem idoneum nō dimiſit, & denunciatione publicè facta domi, non appareat,qui defendat eundē, iure poteris petere:vt in poſſeſsionem terrarum,de quib. quæſtio vertitur, cuſtodiæ cauſſa inducaris. Et nota, quòd quinq; ſunt auxilia prodita contra illos, qui non admittunt miſſum à iudice in poſſeſsionem. Primum, quòd puniuntur in expenſis,vt extra,vt lit.nō conteſt. &c. c. tuæ fraternitatis. & c. Quoniam frequenter. Et de ſequeſt.poſſeſ.c.ad hoc.Secundum, quòd poteſt vti beneficio illius cōſtitutionis:extra de dol.& contum.c.Contingit.Tertium, quòd excommunicari poteſt:vt extra vt lit. non conteſt.c. tuæ. & c. Quoniam frequenter. Si autem per annum in excommunicatione perſtiterit,perdit cauſſam.vt 11.q.3.c.

Quinque auxilia contra contumacem prodita.

rurſus, & c. ſequ. Quartum, quoniam poteſt aduerſarium conuenire, quanti ſua intereſt poſſeſsionem non habere. vt D. vti poſsidet. l. ſi duo. §. vlti. & ff. ne vis fiat ei, qui in poſſeſs. &c. l. 1. in princip. vbi dicitur. ait Prætor, ſi quis dolo malo fecerit, quo minus quis petmiſſu meo, ciusúe, cuius ea de re iuriſdictio erit, in poſſeſſione bonorum ſit: in eum in factum iudiciũ, quanti ea res fuerit, ob quam in poſſeſsionem miſſus eſt, dabo. Quintum, quòd manu militari poteſt eijci. vt ff. ne vis fiat ei &c. l. ſi quis miſſus. vbi dicitur. ſi quis miſſus fuerit in poſſeſsionem, fideicommiſsi ſeruandi cauſſa, & non admittatur: poteſtate eius inducendus eſt in poſſeſsionem, qui eum miſit. Aut ſi quis velit vti interdicto: conſequens erit dicere interdictum locum habere. ſed melius erit dicere, prætores, extra ordinem, ipſo iure ſuæ poteſtatis exequi, quod decretum fuit, nonnunquam etiam per manum militarem. Conſti

tutum

tutum eſt ab Antonino, vt etiam in bona hæredis quis admittatur certis modis. Item nota, quòd ſi miſſus in poſſeſsionem propter dolum, vel potentiam rei nõ poſſit nanciſci poſſeſsionem, vel acquiſitam perdit: poſt annum nihilominus de æquitate Canonica conſtituendus eſt verus poſſeſſor. vt extra de dol.& contum.c.Contingit. vbi dicitur. Contingit interdum quòd cùm actori ob contumaciam partis aduerſæ, adiudicatur cauſa rei ſeruandæ poſſeſsio: propter potẽtiam ſiue dolum aduerſarij actor rem cuſtodiendam intra annum nanciſci non poteſt, vel nactam amittit, & ſic ſecundum aſſertionẽ multorum verus nõ efficitur poſſeſſor poſt lapſum anni; & ita reportat commodum ex malitia ſua reus. Ne igitur contumax melioris cõditionis, quàm obediens exiſtat, de Canonica æquitate ſancimus, vt in caſu pmiſſo actor verus conſtituat poſſeſſor poſt anni lapſum. Si verò poſt litem cõteſtatam, reus fuerit contu-

Si quis dolo vel ob vim aduerſarii miſſus non poſſideat nihilominus habetur tãquam poſſeſſor.

Si reus poſt litis conteſta. ſit contu

max, ſentētia fer-tur ſi de cauſſa li-queat.

max, & liqueat vel liquere poſsit de cauſſa, iudex ꝓferre debet ſententiam diffinitiuam, ſecundum cauſſę merita: ita quòd ſiue ſententia ſit pro abſente, ſiue cōtra eum, condemnet abſentem præſenti in expenſas. Sed ſi non liquet de cauſæ meritis, transferre debebit poſſeſsionē à reo in actionē, & facere eum verum poſſeſſorē. Poſteà reus veniens audiī de proprietate duntaxat. vt C. de iudi. l. Properādum. §. 1. & 2. Sin autē reus abſuerit. & extra de dol. & cōtu. c. prout. & C. Quomodo & quando iudex l. conſentaneum. & C. Vbi in rem act. exerc. deb. l. 2. vbi dicitur. ſi quis alterius nomine quolibet modo poſsidens rem immobilem, litem ab aliquo per in rem actionē ſuſtineat: debet ſtatim [a] in iudicio dominum nominare, vt ſiue in eadem ciuitate degat, ſiue in agro, ſiue in alia prouincia ſit, certo dierum ſpacio à iudice definiendo, eoque ad notitiam eius perducendo, vel ipſe in loca, in quibus prædium ſitū eſt, perueniens, vel Procura-

a In ipſo litis exordio: quia hæc exceptio dilatoria eſt.

curatorem mittens, actoris intentiones excipiat. Si verò poſt huiuſmodi indultum tempus minimè hoc, quod diſpoſitum eſt, facere maluerit, tanquam lite quæ ei ingeritur, ex eo die, quo poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt, ad interrumpendam longi temporis præſcriptionem conteſtata: iudex, vtpote domino poſſeſsiõis, nec poſt huiuſmodi humanitatẽ ſui pręſentiã faciente, edictis legitimis proponendis eũ citare curabit: & tunc in eadem voluntate eo permanente, negotiũ ſummatim diſcutiens, in poſſeſsionem rerum petitarum actorem mittere non differat: omni allegatione abſenti, de principali quæſtione ſeruata. Sed ſi cauſa ſpiritualis eſt, vel mixta, ſiue cohærens: ſi talis ſit cauſa, ꝙ actor mitti poſsit in poſſeſsionẽ, fiat miſsio, & recuperatio ſecundũ præmiſſam diſtinctionem. Et ſi hoc fieri non poſsit, excommuniceť reus contumax, vſq; ad ſatisfactionem. quod fieri poteſt in omni cauſa. vt extra vt lite non conteſt. c. tuæ fraterni-

Si cauſa ſit ſpiritualis, mixta vel cohærens & reus contumax, actor mittitur in poſſeſſionem.

a Pleniorē habes hic caſum, quàm l. in corpore pontificio.

tatis. vbi dicitur. [a] conſuluiſti præterea, vtrum ſi quis citatus legitimis peremptorijs, comparêre non voluerit, iudex lite non conteſtata cõtra ipſum debeat ſententiam promulgare, vt idem affectus tædio, appellatus ſaltē ſe iudicis conſpectui repræſentet. ad quod fraternitati tuę duximus reſpondendum, ſi contumaciter reus voluerit ſe abſentare, & talis ſit cauſſa, quòd actor poſsit in poſſeſsionē rerum petitarum induci: erit in eandem rei cuſtodiæ cauſſa inducendus. quòd ſi talis exiſtat, quòd idem in poſſeſsionē nequeat admitti: vt iuri pareat is, qui ſe contumaciter abſentauit, per cenſuram Eccleſiaſticam eſt compellendus. Ad idem extra vt lit. non conteſtat. c. Quoniam frequenter, in finē. vbi dicitur. Si reus perſonali actione conueniatur: vel mittendus eſt actor in poſſeſsionem bonorum mobiliū ipſius, vel immobilium, ſi forte mobilia nō habeat, pro modo debiti declarati: vel in contumacē eſt Eccleſiaſtica ſenten-

ſententia [b] ꝓferenda: ita videlicet, quòd alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, iudex à principio ſit cõtentus: ad alteram nihilominus ꝓceſſurus, ſi hoc meruerit ꝓteruitas cõtumacis, qui veniẽs intra annũ, vel poſt annum etiã audietur, iuxta diſtinctionẽ in alio caſu ſuperiùs annotatam. Sed pone ipſum, qui terram alienã poſſidet nomine alieno, ſuper ipſa re ad iudicium vocari, ac ſi ſua eſſet, quid tunc faciendum eſt? Reſpon. ſtatim debet nominare iudici dominum rei in iudicio, & intra certum terminũ ſibi à iudice ſtatuendum dño ſuo nuntiare, vt ad cauſam veniat, vel idoneũ pro ſe mittat reſponſalẽ. Quòd ſi nõ fecerit, auferenda eſt ei poſſeſsio, ſicut ſuprà dictum eſt. C. vbi in rem actio &c. l. 2. Cùm verò actor cõtumax eſt, & reus præſens eſt, ſi cauſſa eſt criminalis excõmunicatur actor, & poſteà non auditur, niſi ꝓbet ſe iuſto impedimento detentũ fuiſſe, quo minus venerit. vt 4. q. 5. c. quiſquis. vbi dicit, in fi. accuſator

b Nota ſententiã eccleſiaſticã gladiũ excommunicationis dici ab Innocen. Pontif. qui Eccleſiæ in refractarios cõceditur.

Rem alienam poſſidens, ſi ad iudicium vocetur.

Actor cõtumax in cauſſa criminali excõmunicatur.

autem eius epiſcopi, ſi nunquam temporibus cauſſæ ſuæ dicendæ defuerit,ſubtrahens ſe,à communione non ſeparetur. Si verò aliquando defuerit, ſubtrahens ſe, reſtituto in communione Epiſcopo, remoueatur à communione accuſator:ita tamẽ, quòd nec ipſi adimatur facultas cauſſæ peragendæ, ſi ſe ad diem ſtatutum nõ noluiſſe, ſed non potuiſſe occurrere probauerit.Sed ſi cauſſa eſt ciuilis, vel ſpiritualis,vel mixta,vel cohęrens, & lis eſt conteſtata, citandus eſt actor ad petitionem rei tribus edictis, quorum quodlibet ſit decem dierum,& ſi liquet,vel liquere poteſt de cauſa, ſententiabit ſecundum merita cauſæ.& ſi non liquet, plenè de cauſſa, abſoluat reum præſentẽ ab obſeruatione iudicij, nullo regreſſu reſeruato actori ad cauſſam: & cõdemnet abſentem in expenſis in omni euentu cauſę.vt plenè traditur extra de pœnis c.calumniam.& C.de iudi. l. properandum.§. & ſi quidẽ pars actoris. vbi dicitur. & ſi quidem pars

Litẽ conteſtata, ſi citatus ſit actor tribus edictis, & de cauſſa liqueat, ſententia fertur.

pars actoris ceſſauerit, quatenus multiplici dilatione reus [a]fatigetur, & triennij metę poſt litẽ conteſtatam iam prope finẽ veniant, vt ſemeſtre tempus tantùm ei ſuperſit: licentia erit iudici per executores negotij actorem requirere: parte fugiẽte, ex vna parte actoris abſentiam incuſante: & iudicibus omni modo ſuas aures huiuſmodi quæſtionibus reſerantibus. & ſi per tres vices hoc fuerit ſubſecutum, decẽ dierum ſpació per vnumquenq; introitum deſtinato, & nec ita pars actoris fuerit inuenta, & neque per ſe, neque per Procuratorem inſtructum peruenerit: tunc iudicem negotij acta apud ſe confectá perſpicere cenſemus: & ſi quidẽ nihil ſufficiens actitatum eſt, ex quo poſsit termino cauſæ certa fieri cóiectura: Volumus non ſolùm partem fugientem ab obſeruatione iudicij relaxare, [b]ſed etiam in omnes expenſas, quę conſueto modo circa lites expénduntur, actorem condemnare: vera quantitate earum, ſacra-

a Hoc ſemper præſumitur, niſi conſtet iudici contrariũ. vt etiã Inſti. de act. §. tripli.

b Lis quidem finitur, ſed ius actionis permanet.

mento fugientis manifeſtanda, & omni cautela, quam ſuper lite reus expoſuit reddēda: quæ & ſi remanſerit, viribus euacuabit. Veruntamen dicit hodie Decr. noua, quòd per decurſum triennij non perit inſtantia iudicij, maximè, quando per cauillationes rei, & ſubterfugia, proceſſus negotij fuerit retardatus. vt extra de iudi. c. venerabilis frater noſter. vbi ponitur talis caſus: Cauſſa vertebatur inter Archiepiſcopum Rauennatem, & commune cuiuſdā ciuitatis, ſuper iuriſdictione illius ciuitatis. commiſſa fuit cauſſa magiſtro Tancredo Canonico Bononienſi. prorogata fuit cauſa per cauillationes, & ſubterfugia illorū ciuium per triennium. Poſteà excipiebāt, quod non tenebantur reſpondere coram magiſtro Tancredo: quia perierat inſtantia iudicij per decurſum triēnij. Dominus Papa reprobat illam exceptionē, & mandat, quatenus ea non obſtante magiſter Tancredus procedat. Si aūt lis non eſt cōteſtata, & actor eſt contumax,

Per triennii curſum non perit inſtantia, ſi fraude aduerſarii cauſſa remorā paſſa ſit, aliàs ſic.

Lite nō cōteſtata.

tumax, vocandus eſt per interualla triginta dierum tribus edictis: & ſi ſic non venerit, indulgetur ei annus, intra quem ſi venerit, auditur reſtitutis tamẽ priùs expenſis. Si nõ venerit intra annum, ipſe iudex audiat teſtes, & allegationes rei præſentis, & quęſita rei veritate, ſẽtẽtiàm ferat ſuper principali: ſicut hoc totũ traditur C. quomodo & quãdo iudex, autent. qui ſemel. quæ ſuprà etiã latè explicatur. titu. de diffe. iud. deleg. §. ſecunda. Et nota, quòd generaliter verum eſt, quòd lite non conteſtata teſtes non ſunt producendi, vel recipiẽdi: nec ſentẽtia diffinitiua ferenda. quòd ſi contrà factum fuerit, nihil valet ipſo iure. vt extra vt lite non conteſt. c. 1. & 2. & c. tuæ. Quibuſdam caſibus exceptis, quos notabimus infrà titu. quando teſtes ſint recipiendi.

Lite non conteſt. nõ recipiuntur teſtes. Reg.

Titul. V.

De Exceptionibvs.

Qvia reis ad iudicium venientibus ope exceptionum ſubue-

ſubuenitur: quæ interdũ ad iudicium declinandũ, interdum ad elidendam actoris intentionem, reo competũt: ideo de exceptionibus videamus. Exceptionum aliæ dilatoriæ ſunt, aliæ peremptoriæ. Dilatoriarum aliæ declinatoriæ iudicij, aliæ declinatoriæ ſolutionis. Earum quæ ad declinationem iudicij pertinent, quædam competunt ex iuriſdictione ipſa, quædam ex perſona iudicum, quędam ex perſona actoris, vel eius Procuratoris, & quædã ex ipſius rei, qui conuenitur, perſona. Et generaliter tene, quòd omnes exceptiones, quæ ad declinandũ iudicium faciunt, in principio inter ipſa litis auſpicia ſunt proponendæ, & probandæ: & qui tunc eas dimiſerint, ad eas poſtmodum redire nõ poterunt. vt C. de excep. l. penult. & vlt. & extra de ſentent. & re iud. C. inter monaſterium. vbi dicitur. cauſſa vertebat̃ inter duo monaſteria ſuper quadam electione. commiſſa fuit cauſſa primò quibuſdam iudicibus delegatis: ſecundò

Diuiſio exceptionum.

§. 1.
Declinatoriæ in exordio litis ſunt proponendæ.

dò commiſſa fuit alijs. Altera pars reſpondit ad cauſſam: poſteà voluit declinare iudicium per ſecundam commiſsionem, & recuſare eos. replicatum fuit, quòd hoc nõ poterat facere, cùm iam reſpondiſſet. Conſultus fuit dñs Papa ſuper hoc, quid iuris. Reſpondit Papa. quòd cùm ante litis ingreſſum nõ oppoſuiſſent exceptiones has, quæ dilatoriæ erãt, videbantur eis renunciaſſe. Vnde nõ poterant habere recurſum ad eas poſt litis conteſtationem. Et hoc expreſsè dicit Decr. noua, quòd exceptiones dilatoriæ ante litis cõteſtat. proponendę ſunt. vt extra de app. c. cùm cauſſam. [a]In ijs autem proponendis aduocatus prouidus hunc ordinem ſeruabit: vt ſi qua reo competat exceptio ex ipſa iuriſdictione: puta, quòd Clericus vocatur ad iudicem ſecularem, aut aliquis ad iudicem non ſuum: vel quia literæ ſunt impetratæ per falſi ſuggeſtionem, vel per veri ſuppreſsionem: vel ſi quam ſimilem habeat, obijciat illam & probet. Nam ſi eam dimit-

a Ordo in exceptionibus proponẽdis, vt primùm exceptio iuriſdictiõis obiiciatur.

dimittat,& accedat ad aliam,in iuriſdictionem iudicis conſentire videtur. vnde ad eam poſteà aſpirare non poteſt. vt probatur per iura proximè poſita.& D. de iudi. l.1.& 2. vbi dicitur. ſi ſe ſubijciant aliqui iuriſdictioni alicuius, & in ipſum conſentiant, qui tribunali præeſt, vel aliam habeat iuriſdictionem, tunc iuriſdictio eius firmata intelligitur.

Exceptio ex perſona iudicis.

Si verò deſtituitur his exceptionibus: ſi qua ex perſona iudicis reo competat, illam proponat, puta quod eſt ſeruus, vel infamis, vel excommunicatus: quoniam eiuſmodi perſonę iudices eſſe non poſſunt. vt extra de reſcript. c. ſciſcitatus. Item is, qui reo eſt iuſta ratione ſuſpectus: vtpote inimicus ſuus, vel aduerſarij cōſanguineus: vel multum amicus, &c. Hos omnes recuſabit. Quod qualiter facere debeat, in titulo de recuſationibus, infrà dicemus.

Exceptio ex perſona actoris.

Si autem reus non habet exceptionem, quam contra iudicem vel iuriſdictionem ꝓponat, opponat exceptionem, ſi qua

qua ei cõpetat ex perſona actoris, vel eius Procuratoris: puta quòd aliquis eorum eſt excommunicatus; vt extra de off. delega. c. Prudentiam. §. ſextam. Et de probat. c. Poſt ceſsionem. Talis eſt & illa, cùm ſpoliator obijcit exceptioné ſpoliationis ſpoliato, poſcenti reſtitutionem. vt extra de ord. cog. c. cùm dilectus. vbi dicitur, verſiculo finali. quòd ſpoliatus ſpoliatori ante reſtitutionem non cogatur aliquatenus reſpondere. Et hodie dicit Decretalis noua, quòd ſpoliationis cauſa in hoc ſit priuilegiata, quòd petenti reſtitutionem nõ obſtet exceptio, niſi ſpoliationis: qua propoſita non reſtituitur ſpoliatus. vt extra de ord. cog. c. finali. Item inter dilatorias exceptiones proponat illam, quæ competit ei ex ꝓpria perſona: puta, quia eſt legatus, nec poteſt conueniri. vt ff. de iudic. l. 2. §. Legatis. vbi dicitur. legatis in eo, quod ante legationem contraxerunt: item ijs, qui teſtimonij cauſa euocati ſunt: vel accer.

In dilatoriis præponenda, quæ competit ex perſona propria.

accerſiti iudicandi cauſſa, vel in prouinciam deſtinati: reuocandi domum ſuam ius datur. Ei quoq; qui prouocauit, non imponitur neceſsitas intra tempora prouocationis exercendæ, Romæ, vel alio loco, vbi prouocatio exercetur, alijs pulſantibus reſpondere. Nam Celſus licentiã huic domum reuocandi dandam ait: quoniam ob aliam cauſſam venerit. Et hæc ſententia vera, & rationabilis eſt. Nam & diuus Pius Plocio Celſiano reſcripſit, eum qui tutelæ reddendæ cauſſa Romam erat ad ſe euocatus:[a] alterius tutelæ, cuius cauſa non erat euocatus, non debere compelli iudiciũ ſuſcipere. Idem Claudio Flauiano reſcripſit, minorem 25. annis, qui deſiderarat in integrum reſtitui aduerſus Auſpilianum, qui alterius negotij cauſſa venerat, non eſſe Romæ audiendum. Omnes autem iſti domum reuocant: ſi non ibi contraxerint, vbi conueniuntur. Cæterùm ſi ibi contraxerint ius, reuocandi domum nõ habent, exceptis legatis: qui

Textus L. 2. ff. de iudiciis.

a Vnde legitimè non vocatus, etſi certo loco inuentus, allegare poterit, ſe alia de cauſa veniſſe.

qui licet ibi contraxerint (dummodo ante legationem [a] cõtraxerint) non compelluntur ſe Romæ defendere, quamdiu legationis cauſa ibi demorantur. quod & Iulianus ſcripſit, & diuus Pius reſcripſit. Planè ſi pfecta legatione ſubſiſtant, & conueniendos eos eſſe Diuus Pius reſcripſit. Item ſi extra prouinciam ſuam cõtraxerint, licet non in Italia: Quæſtionis eſt, an Romæ conueniri poſſint. & Marcellus ait, in eo ſolo loco, Priuilegio eos vti domum reuocandi, quod in ciuitate ſua, vel certè intra prouinciam ſuam contraxerint quod eſt verum. Sed etſi agãt, compelluntur ſe aduerſus omnes defendere: non tamen ſi iniuriam ſuam perſequãtur, vel furtum, vel damnum, quod nunc paſsi ſunt: alioquin (vt & Iulianus eleganter ait) aut impunè cõtumelijs & damnis afficientur: aut erit in poteſtate cuiuſque, pulſando eos, ſubijcere ipſos iuriſdictiõi, dum ſe vindicant. Sed ſi dubitetur, vtrum in ea quis cauſſa ſit, vt domum reuo-

a Ergo ſi poſteà contraxerint conueniuntur: quia tunc ceſſat vtilitas Reipub.

care poſsit,nec ne: ipſe Prætor debet cauſa cognita intueri: quòd ſi conſtiterit in ea eum eſſe cauſa, vt domum reuocet: debebit cauere iudicio ſiſti: ſtatuente Prætore in quem diem promittat.Sed vtrum nuda cautione, an *ſatiſdatione? Marcellus dubitat. Mihi videtur ſola ꝓmiſsione: quod & Mela ſcribit: alioquin & magis compelletur iudicium accipere, quàm inuenire eos, qui ſatis pro eo dent. In omnibus autem cauſis, in quibus protelatur admonitio, hoc procedere ſine temporali damno creditoris oportet. Et quòd ius reuocandi domum habeat, qui alia de cauſa venit ad iudicium, dummodo allegauerit cauſam illam, dicit Decretalis noua, extra de for.compet.c.licet.Item ſi dicat reus quòd venire nõ poteſt, vt puta infirmitate detentus, vel ad maius Tribunal vocatus, vt extra de Procur.c. Querelam.vbi talis ponitur caſus: Quidam fuit citatus à quibuſdam iudicibus delegatis, vt coram eis ſuo aduerſario reſponderet: Iſte cita-

* *aliàs, ſatiſdato*

citatus, infirmitate detentus, non potuit venire, ſed per nuncios ſe excuſauit, tamen condemnatus fuit in expenſis, & cõqueſtus fuit domino Papæ ſuper hoc, dicit Papa, quòd ſi ita eſt, ſententia reuocetur. Ad idem 5.q.3.c.ſi ægrotans. Hunc rectum ordinem eſſe credo proponendi exceptio. dilatorias. [a] Quidam tamen hunc ordinem non obſeruant, ſed dum vnam ꝑponunt, proteſtantur ſaluum ſibi beneficium cæterarum: vt ſi in propoſita defecerint, poſſint ad alias habere recurſum. ſed cautius eſt, quod primò diximus. [b] Item nota, quòd huiuſmodi excep. in principio litis ſemper ſunt opponendæ, vt dictum eſt: tamen quæ de nouo incipiunt cõpetere poſt litis conteſt. ꝑponi poſſunt. vt extra de off.deleg. c. Inſinuante. vbi ponitur talis caſus: Quidam impetrauerũt literas ad quendam Epiſcopum, & alios duos. poſt litis conteſtationem aduerſarius factus eſt familiaris Epiſcopi, ſine quo alij non poterant procedere:&

a Proteſtatio ſaluis except. &c. ad quid.

b Exceptiões declinatoriæ quæ de nouo incipiunt cõpetere, etiam lite conteſtata opponi poſſunt.

re: & alter coniudicum fuit factus officialis Epiſcopi illius. vnde poterant eſſe ſuſpecti parti aduerſæ. quare oppoſuit iſtam except. poſt litis conteſt. & commiſſa fuit alijs cauſſa. dicit Papa, quòd alij cognoſcāt de ea niſi ſcienter reſponderit pars aduerſa, poſtquā́ ſciuit familiaritatem interueniſſe. Et ita valuit exceptio poſt litis conteſt.

Iudex præfigit terminos.

Præterea nota ſimiliter: quòd iudex poteſt prefigere terminum ad teſtes introducendos: & ſi ad terminum illum nō introducuntur, poterit procedere. vt extra de Proba. c. licet cauſam. §. 1. & hoc idem dicit noua Decretalis. extra de integr. reſti. c. Coram. vbi cauſſa vertebatur inter Archiepiſcopum Bracharenſem & Toletanum Archiepiſcopū ſuper primatia. Similiter poteſt præfigere terminum, cùm aliquis impetitur ſuper ſtatu. vt C. de ingenuis manumiſſ. l. diffamari. Similiter poteſt præfigere terminū ad accuſandum, vt extra de accuſ. c. licet. & C. Qui accuſare non poſſunt l. ſi ea. Similiter poteſt

teſt præfigere terminum, ſi inſtrumentum falſum accuſatur. vt extra de fide inſtr. c. Accepimus. Pręterea nota, quòd iudex poteſt ſtatuere terminum, intra quem omnes dilatoriæ except. proponantur. vltra quē neutra pars vlterius audietur, ſi quam allegare voluerit: niſi eam ab initio fuerit proteſtata, vel poſteà exorta fuerit, vel iuret ſe poſteà didiciſſe. vt extra de excep. c. Paſtoralis. vbi dicitur. Quoniam autē per dilatorias exceptiones malitiosè nōnunquam cauſę terminatio prorogatur. Reſpondendo inquiſitioni tuæ decernimus, vt intra certum terminum à iudice ſtatuendum, omnes dilatoriæ excep. proponantur: ita, quòd ſi partes ex tunc aliquas voluerint proponere, quas non fuerint proteſtatæ, nullatenus audiantur: niſi de nouo aliqua fuerit exorta: vel is, qui eam opponere voluerit, fidem faciat iuramento, ſe poſtmodum ad illius notitiā peruenisse. Notandum eſt, quòd tres ſunt ſpecies dilatoriarū exceptionum

Terminus ad producendas oēs exceptiones.

Tres ſunt dilatoriarū ſpecies, quæ poſt litis conteſt. opponuntur.

num, quæ ante litis conteſt. ꝓponendę ſunt(vt ſuprà dictum eſt)& poſt ſententiam opponi poſſunt. Scilicet exceptio falſi Procuratoris,& iudicis nõ ſui, & falſi inſtrumenti.vt extra de Procur.c. In noſtra præſentia.vbi dicit.quòd falſi Procuratoris exceptio, nõ ſolùm ante ſententiã,ſed & poſt ſententiam poteſt obijci,iuxta Canonicas ſanctiones:vtpote qua ꝓbata iudicium nullum,controuerſiæ nullæ reputentur.Ad idem C.de Procu. l.licet. & extra de crimine falſi c. Super eo. vbi dicitur.Quòd illud, quod eſt actũ auctoritate falſarum literarum in irritũ reuocetur,quia ſcilicet non dant iuriſdictioné. vt extra de cri. falſi.c.quàm graui.C. ſi à nõ compe.iudice l.1.Et hęc de exceptionibus declinatorijs iudicij ſufficiant.

§. 2. *Dila. ſolu.alia ex lege, alia ex pacto.*

Nunc autem de dilatorijs ſolutionis videamus. Dilatoriarum ſolutionis alia eſt ex pacto tẽporali.puta, quia feciſti mihi pactum de non petendo vſque ad quinquennium.alia ex lege.puta, quia condemnatus perſonali actio-

actione,non tenetur ſoluere iudicatum vſq; ad quatuor menſes.vt extra de off.deleg.c.quærenti.vbi dicitur. quòd quadrimeſtre tempus ad ſoluendum debitum reo à lege cõceditur. Item dicitur extra de ſent.& re iudi.c. Quod ad conſultationem. quod licet ad executiones ſententiæ regulariter tempus quadrimeſtre indulgetur: tamen à ſedẽte in medio arctari poteſt,& prorogari.Ad idem ff.de re iudi.l.2. & D.de iudi. L. nonnunquam. Suprà eſt alleg.titu.de iud. ord.§.3. Similiter à lege cõceditur illa exceptio,quòd maritus nõ tenetur reddere doté vxori, vel hæredi eius ante annũ à die ſoluti matrimonij.vt C.de rei vxo.ac l.vnica.vbi dicitur. Exactio autẽ dotis non celebratur annua, bima, trima die: Sed omnino intra annum de rebus mobilibus, vel ſe mouentibus, vel incorporalibus, cæteris ſcilicet rebus, quę ſolo continentur ilicò reſtituẽdis.Has exceptiones dilatorias & conſimiles debet reus ante litis conteſtat. proteſta-

In actione perſonali condemnato dantur 4. menſes ex lege.

Item marito ex lege datur annus in reſtitutione dotis

Proteſt. ſaluãdarum dilatoriarũ.

ri:Sed nõ tenetur eas probare, niſi actoris intentione fundata, vt C. de Probat.l.exceptionem. vbi dicitur. exceptionē dilatoriam opponi in initio: Probari verò poſtquàm Actor probauerit, quod aſſeuerat, oportet. Ad idē C. de excep. l. ſiquidem intētionem actoris probatione deficere confidis, nulla tibi defenſio eſt neceſſaria. Si autem de hac confitendo, exceptione te munitum aſſeueras: de hac tantùm agi conuenit. Nam ſi de intentione dubitas: habita exceptionis conteſtatione, demum cùm intentionem ſecundum aſſeuerationē ſuam petitor probauerit, huic locum monſtrari conuenit. Talis eſt & illa exceptio D. de re iudic.l.ſunt qui, cum ll.ſeq.vbi dicitur. Sunt qui in id quod [a] facere poſſunt conueniuntur, id eſt, non deducto ære alieno. & ſunt quidem hi ferè, qui pro ſocio conueniuntur. Socium autem bonorum omniũ accipiēdum eſt. Idem in donatore, qui nõ conuenitur, niſi in quãtum facere poteſt. vt ff. de do-

a Ratio enim eorum habenda eſt, ne egeant. L. in cõdemnatione de reg. iur.

de donatio.l. qui ex donatione ſe obligauit ex reſcripto Diui Pij, in quantum facere poteſt, conuenitur. Secundum enim quod creditoribus debet, erit detrahendum.
Reſtant nunc exceptiones peremptoriæ, quæ cauſſam & intentionem actoris perimunt, puta tu petis à me decem quæ tibi debebam: Sed mecum feceras pactum de nõ petẽdo. vel petebas à me fundum qui erat patris tui: & ego habeo præſcriptionis exceptionem, vel rei iudi. vel aliam ſimilem. hanc ſufficit proteſtari ante litis conteſtat. & probari quandocunque, poſtquam actor ſuam intentionẽ fundauerit: & ſi omiſſa fuerit, tamen poſſum eam proponere, & probare quando voluero, dummodo id ante ſententiam fiat. vt C.ſent.reſc.non poſ.l. Peremptorias.& extra de integ.reſtitu. c.auditis. & 3.q. 6.c. ſi quis Epiſcoporum. §. exceptio fori. & C. de excep.l. Præſcriptionem peremptoriam priuſquam lis conteſtet, proteſtari ſufficit: omiſſam priuſquã

§. 3. Peremptoriæ quæ & quando proponendæ.

ſententia feratur, obijcere quandocunque licet. Ad idem [a]C.eod. titul.l.ſi quis aduocatus intra primordia litis prætermiſſam dilatoriam præſcriptionem poſteà voluerit proponere,& ab huiuſmodi opitulatione ſubmotus, nihilominus perſeueret, atque præpoſteræ defenſioni inſtiterit, vnius libræ auri condemnatione mulctetur. Ad idem C. ſen. reſc. non poſ. l. Peremptorias. vbi dicitur. Peremptorias exceptiones omiſſas in initio, antequam ſententia proferatur, opponi poſſe, ſæpè reſcriptum eſt. quòd ſi aliter iudicatum fuerit, in integrum reſtitutio permittitur. Nam iudicatum contra maiorem 25. annis non oppoſitæ præſcriptionis velamento, citra remedium appellationis reſcindi non poteſt. Ex quibus patet, quòd exceptio fori, dilatoria eſt, quæ in principio litis debet opponi,& probari. Peremptorias autem exceptiones, vt ſunt præſcriptiones longi temporis, in initio litis conteſtari ſufficit. Sed poſt ſenten-

[a] *Referenda eſt hæc lex ad ſuperiorem §.*

ſententiam opponi non poſſunt, niſi ſententia beneficio appellationis, vel in integrum reſtitutionis, ſuſpẽſa fuerit, vel alio quoquo modo non teneat. Exceptio dicta eſt ab ex & capio, quaſi aliquid capiens & tollens ex actione ꝓpoſita. Nã eliſio ſeu excluſio quædam eſt, quę interponitᷓ actioni cuiuſq; rei ad excludẽdum id, quod in intentionẽ condemnationemúe deductum eſt. Ad hoc extra de fide inſtru. c. Cùm Ioannes Heremita. Quod autẽ dixi Peremptorias opponi nõ poſſe poſt ſententiã, fallit in 7. caſibus: in quibus poſt ſententiã, quæ tranſiuit in rem iudicatam, poſſunt opponi. Primus in filiofamil. qui habet exceptionẽ ſe. conſul. Macedon. Si non oppoſita fuerit exceptio ante ſententiã, opponi poteſt pòſt. vt ff. ad ſe. cõſul. Macedon. l. tamen. vbi dicitur. Si nõ oppoſita exceptione condemnati ſunt filijfamilias, vtantur ſenatuſconſulti Macedo. exceptione. & ita Iulianus ſcripſit in ipſo filiofamilias, exemplo mulieris inter-

Exceptio vnde dicatur.

Septem caſus, in quibus poſt ſententiam opponitur exceptio.

Secundus in muliere.

intercedentis. Idem eſt in muliere. vt ff. ad ſen. conſul. Velleia. l. quamuis. §. Si mulier. vbi dicitur. Si mulier apud primum pro ſecundo interuenerit, pro primo mox apud creditorem eius: duas factas interceſsiones Iulianus ſcribit: vnam pro ſecundo apud primum, aliam pro primo apud eius creditorẽ. & ideo & primo reſtitui obligationem, & aduerſus eum ſuo creditori. Marcellus autem notat *aliquam eſſe differẽtiam: vtrum hoc agatur, vt ab initio mulier in alterius locum ſubdatur, & onus debitoris, à quo obligationem transferre creditor voluit, ſuſcipiat: an verò quaſi debitrix delegetur, ſcilicet, vt cum quaſi debitrix eſt delegata, vna ſit interceſſio. Proinde ſecundum hanc ſuam diſtinctionẽ, in prima fideiuſsione, vt cùm quaſi debitrix delegata eſt, exceptionem ei ſenatuſconſulti Marcellus non daret. Sed ſi condemnata eſſet, vel etiam ante condemnationem, cõdicere vtiq; ei, à quo delegata eſt, poterit, vel quod

* *aliàs, aliam*

quod ei abeſt, vel ſi nondum abeſt, poteſt agere ad liberationem. Item miles poteſt opponere exceptioné peremptoriam poſt ſententiam. vt C. de iuri. & fac. igno. l. 1. vbi dicitur. quamuis cauſam tuam agens, ignorantia iuris propter ſimplicitatem armatæ militiæ, allegationes competentes omiſeris: tamen ſi nondum ſatisfeciſti ſoluendo iudicatum, permitto tibi ſi cœperis [a] ex ſententia conueniri, tuis exceptionibus vti. Idem eſt in donatore, qui conueniendus eſt in quantum facere poteſt, & non vltra: habita ſcilicet ratione eius ne egeat. vt ff. de re iudic. l. Neſennius. §. finali. vbi dicitur. in ſolidùm cõdemnatus donator, actione iudicati, niſi in quantum facere poteſt, non tenetur, beneficio conſtitutionis. Suprà eod. titu. de dilato. excep. hoc attigimus. Idem in marito, qui conuenitur de dote, & condemnatur in plus, quàm ſoluere poteſt. vt ff. ſol. ma. l. maritum. & l. alia. & l. ex diuerſo. §. ſi in iudicio dotis iudex ignorantia

In milite.

a Prima frõte res iudicata tibi obſtat. Sed plura sũt ex aduersò, quæ præpõderãt. ignorãtia iuris per ſimplicit. itẽ armatæ militiæ. & quia defenſionẽ poſtulas, nõ actionẽ. itẽ quia de dãno euitando, nõ de lucro captando agis.

In donatore.

Marito de dote vltra quã facere poteſt conuento.

iuris

iuris lapſus condemnauerit maritum inſolidùm. Neratius & Sabinus doli eum exceptione vti oportere aiunt, eaque tutum fore. Hoc enim maritali reuerētiæ debetur, vt non niſi in quantum facere poteſt cōdemnetur. vt C. de rei vxo. actione l. vnica. §. Cùm autem. & hoc intelligitur, niſi vir dolo malo diminuerit dotem. vt habetur in eadem lege. Idem in fideiuſſore, qui habet Priuilegium de cedenda ſibi actione à creditore. vt ff. de fideiuſſ. ſi fideiuſſores. §. Idē Reſpondi, Si inſolidùm condemnatus eſt vnus ex mandatoribus: cùm iudicati cœperit conueniri, poſſe eum conſiderare, vt aduerſus eos, qui id ei mandauerunt ſibi actiones mandentur. Item in tutore, qui per ignorantiam omittit exceptionem recompenſationis. vt ff. de cōtra. act. tute. l. 1. vbi dicitur. ſi tutelæ iudicio quis conuenitur, computare poterit, quod in rem pupilli impendit. & ſic erit in arbitrio eius vtrum compenſare, an petere velit ſumptus. Quid ergo,

Fideiuſſori, vt creditor actiones cedat.

Tutore compenſante.

ergo, ſi iudex rationem compenſationis eius non habuerit, an contrario iudicio experiri poſsit? & vtique poteſt. Sed ſi reprobata eſt hæc replicatio, & acquieuit, non debet iudex contrario iudicio reſarcire. Et in ſumma notabis, quòd nemo prohibetur vti pluribus exceptionibus, licet diuerſæ ſint. vt ff. de exceptio. l. nemo ꝓhibetur. vbi dicitur id diſertis verbis. Ad idẽ extra de regula. & tranſeun. ad relig. c. ſicut. Item nota, quòd ferè omnes exceptiões perpetuę ſunt, licet deſcendant à temporalibus actionibus. vt C. de excepti. l. licet vnde vi interdictum intra annum locum habeat, ſcilicet cum pœna: tamen exceptione perpetua ei ſuccurri, qui per vim expulſus eſt, ſi poſteà retinuerit poſſeſsionẽ, auctoritate iuris probatur. Ad idem ff. de dol. excepti. l. pure. §. vltimo. Ferè dixi, propter exceptionem doli, quæ aliquando perpetuò opponitur. vt C. de exceptio. l. ſi pactum interceſsit, in exceptione ſine temporis præfinitio-

§. 4.
Etiã diuerſis exce‐pt. vti licet.

Ratio eſt, quia actor ſemper in ſua poteſtate habet quãdo vtatur ſuo iure: Is autem cũ quo agitur, nõ habet poteſtatẽ, quando conueniatur.

finitione, de dolo replicari poteſt. Aliquando verò non perpetuò obijcitur: vt ſic in ea ratio temporis habeatur: quando ſcilicet à maleficio ſuam trahit originem. vt ff. de Peculio. l. quæſitum. vbi dicitur, in fine. In dolo obijciendo ratio temporis habetur. fortaſſis enim poſt tẽpus de dolo actionis non patietur dolum malũ obijci Prætor: quoniam nec de dolo actio poſt ſtatutum tempus datur. In hæredem autem doli clauſula in id, quod ad eum peruenerit, fieri debet: vltra nõ. Sed & ſi ipſe dolum fecit, *ſolidum præſtet. Item nota, quòd reus excipiens probare debet exceptionem: quia reus excipiẽdo fit actor. vt ff. de excep. l. 1. vbi dicitur. agere videtur, qui exceptione vtitur. Nam reus in exceptione actor eſt. Ad idem ff. de Probat. l. in exceptione dicendum eſt reum actoris partibus fungi oportere, ipſumque except. velut intentionem implere: vtputa, ſi pacti conuenti exceptione vtatur, docere debet pactum conuentum

* *aliàs, dolum*

Reus excipiẽdo fit actor.

tum eſſe. Eſt tamen vnus caſus, in quo reus excipiens non probat ſuam exceptionem: ſcilicet, cùm dicit debitor ſolutam non fuiſſe pecuniam. vt C. de non nu. pecu. l. ſi ex cautione tua. vbi dicitur. licet hypothéca data, cœperis conueniri: exceptione oppoſita, ſeu doli mali, ſeu non numeratæ pecuniæ, compellitur petitor probare pecuniam tibi eſſe numeratam: quo nõ impleto, abſolutio ſequitur. Præterea docet dominus Pilæus, quòd reus poteſt ita excipere, quòd actor ſemper fatigabitur ſuper probatione: & ipſe reus ad exceptiõis probationem interim admittetur: vtpote non negando, vel inficiando præcisè intentionem actoris: ſcilicet, dicendo & reſpondẽdo in hunc modum: Non credo verum eſſe, quod tu dicis. vel inde dubito. Et ſic poſtmodum poterit vti exceptionibus, quæ actionibus inſtitutis obijciuntur, & eas probare. Et ſi præcisè reus negaret intentionem aduerſarij ſui, & ille actor poſſet ſuam

Caſus vbi reus nõ probat ſuã excep.

Nota hæc ad diſputationem litis conteſtationis. Et facit in contrariũ l. cum de indebito ff. de probat.

intentionem probare:poſteà reus vti exceptione non poſſet. Quod colligitur ex illa Auth. C. de non nu.pecun.quæ incipit.contra,qui ꝓpriam ſcripturam abnegat, qua conuenitur, vel numerationem inficiatur, conuictus in duplum cõdemnatur:niſi illato ſacramento confiteatur.tunc enim non punitur,niſi in expenſis circa probationem factis, actoris ſacrãmento declarandis.At ſi poſt numerationis inficiationem prætendat ſolutionem: omnino inſolidùm exigitur, nec prodeſt iam ei facta ſolutio. Et cõtrà, ſi actor literas ſuas à reo prolatas abneget, eadem ſit & pœnę & iuriſiurandi forma:hac pœna curatori infligenda, ſi de literis ſuis quæſtioné referat in cauſa eius,quem curat.Dicit enim Pilæus generale eſſe in omnibus exceptionibus quod hîc dicitur.

Titul. VI.

De Replicationibvs.

SVprà diximus de exceptionibus, ſed quoniam replicatio exce-

exceptionem elidit:Ideo de replicationibus, duplicationibus, & triplicationibus videamus, docentes. Quid ſit Replicatio, Duplicatio, Triplicatio. Et quibus huiuſmodi exceptiones & quomodo competant. Replicatio eſt exceptio, quæ competit Actori contra exceptionem rei, & iſtam ſemper opponit actor. Et contra replicationem datur duplicatio reo, & actori rurſum triplicatio atq; iterum quadruplicatio. vt ff. de except. & Præſcrip. l.2.§. Replicationes. vbi dicitur. Replicationes nihil aliud ſunt, quàm exceptiones: & à parte actoris veniūt. quæ quidem ideo neceſſariæ ſunt, vt exceptiones rei excludāt: ſemper enim replicatio obijcitur ideo, vt exceptionem impugnet. Ad idem C. de except. l. non exceptionibus actores, quibus reis auxilium tribuitur certis ex cauſis, ſed replicationibus ſuam intentionem, ſi quam habent, muniant. Ad idem C. de excep. aduerſus fratrē tuum quondam tutorem legitimum tu- *Replicatio quid.*

telæ iudicio ſi expertus nó es, propoſita actione cóſiſte, nec timueris exceptionem pacti: ſi fraudem dolumque admiſſum probare potes: Nam replicatio doli oppoſita, bonę fidei iudicium facit, & [a] conuenti pacti fraudem repellit. Et contra replicationẽ ſolet dari duplicatio, cõtra duplicationem rurſus triplicatio, & deinceps multiplicantur nomina. Ad idem inſtitut. de repli. §. rurſus. Iſtæ autem replicationes poſt fundatam rei intentionem, & proponẽdæ ſunt & probandę. vt C. de except. l. aduerſus. quæ ſupra eſt hic.

a text. editus habet. commentum fraudis.

Replicæ quando proponendæ.

Titul. VII.
DE RECVSATIONIBVS IVDICVM.

QVia graue, & periculoſum eſt ſub iudice ſuſpecto litigare, & interdũ triſtiſsimum cauſſa ſortitur effectum: Ideo poſt tractatum exceptionum conſequenter videamus de recuſationibus. Expedit enim ſæpiſsimè reo, iudicem

Partitio huius materiæ.

cem recuſare. videamus igitͅ quid ſit recuſatio. Quis poteſt recuſari. Quando facienda ſit recuſatio. Intra quod tempus. Qualiter. Quibus de cauſsis. Quis ſit effectus recuſationis. Recuſatio eſt à iuriſdictione iudicis declinatio, per exceptionem ſuſpitionis oppoſitam. *Recuſatio quid.*

Recuſari poteſt quilibet iudex ſecundum canones, tam ordinarius quàm delegatus: de ordinario habetur extra de foro comp. c. licet. in fine. vbi dicitur. ſi conſules iuſtitiæ tanquam ſuſpecti recuſantur, coram arbitris communiter electis de cauſſa ſuſpitionis agatur. Ad idem, de vtroque. 3. q. 5. vbi dicitur. quòd ſuſpecti & inimici iudices eſſe non debent, & ipſa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis. Delegatus tamen poteſt recuſari, licet cauſſa, appellatione remota, ſit ei commiſſa. vt extra de appel. c. Poſtremò. vbi dicitur. vobis intimamus, quòd ſi cauſſa fuerit alicui delegata, qui conſanguineus ſit illius, qui literas impetrauit, vel in eodem negotio aduoca- *§. 1. Quis poßit recuſari.*

conteſt.poteſt recuſari.vt extra de offi.deleg.c.inſinuante.quæ ſuprà etiam eſt tit. proxi. de excep. §. 1. verſ.Item nota,quòd huiuſmodi. Vel, ſi poſteà didicerit exceptionem,id eſt recuſationem,vel cauſſam recuſationis. vt extra de excep. c. Paſtoralis quæ & ſuprà eſt tit. de excep. §. iam citato.verſ.Similiter poteſt.Recuſari poteſt iudex ſecundũ leges vſq; ad 20.dies, vt C. de ſent. & interloc:om.iudi. in auth.& conſequenter. vbi dicitur. Et conſequẽter ego cõuentus ab aliquo, ſi viciſsim & ipſum pulſare velim: ſtatim quidẽ hoc nõ licebit, niſi apud iudicẽ eundẽ. qui ſi mihi diſpliceat,intra 20.dies recuſari poteſt, aliusq; mereri, apud quem rurſus negotium ventiletur vtriusque. Alioquin contra me priùs terminata lite mota, tũc demum & ego admittar.Sed ſecundum Canones recuſari poteſt quãdocunque voluerit litigans,dummodo ante litis conteſtationem non ſubierit recuſans iudicium eius:vel intra certum tampus à iu-

§. 3. Vſque ad 20. dies recuſatur ſecundum ll.

Secundum Canones.

dice ſtatuendum: vltra quod non auditur, ſi iudicem recuſare velit, vel aliquam d'latoriam exceptionem opponere: niſi de nouo ſibi competere incipiat, vel fidem fecerit iuramẽto illam exceptionem poſtmodùm ad eius notitiã peruenisse. vt extra de excep.c. Paſtoralis. Hoc modo autem recuſatio eſt facienda, [a]cauſſa ſuſpitionis eſt alleganda coram eo, qui dicitur ſuſpectus,& coram arbitris à partibus electis eſt probanda: ad quos eligẽdos iudex qui recuſatur, partes compellere debet. vt extra de appel.c. ſecundò requiris.§. tertiò poſtulas.& extra eod.tit. cùm ſpeciali prohibitione ſit ꝓhibitum, ne quis in aliquem excommunicationis ſententiam promulgare præſumat, niſi competenti admonitione præmiſſa: volentes prouideri, ne forte commonitus, fruſtratoriæ recuſationis, vel appellationis obiectu, monentis poſsit declinare iudicis examen: Statuimus, vt ſi quis allegauerit ſe iudicem habere ſuſpectum, coram eo-

§. 4. *Quomodo facienda ſit Recuſatio.*

a Suſpitiõis cauſa exprimenda eſt, quamuis de iure ciuili neceſſarium hoc non ſit. L. apertiſsimi C. de iudic. & ibi gloſſ. & Steph. Aufr.

dem

dem iudice cauſſam iuſtę ſuſpitionis aſsignet: & ipſe cum aduerſario, vel ſi forte aduerſarium non habet, cum iudice arbitros communiter eligat, aut ſi communiter non poſsint eligere, eligat ipſe abſq; malitia vnum, & ille alium, qui de ſuſpitionis cauſſa cognoſcant: & ſi nequiuerint in vnā concordare ſententiam, aduocent tertium, & quod duo ex ipſis decreuerint, robur obtineat firmitatis, & ſtatim ſciāt ſe ad id fideliter exequendum, ex iniuncta à nobis virtute obedientiæ, ſub obteſtatione diuini iudicij diſtricto præcepto teneri. Cauſſa verò ſuſpitionis legitima, ſi coram ipſis intra competentē terminum probata non fuerit, ſua iuriſdictione iudex vtatur: at ipſa probata legitimè, de recuſantis partis aſſenſu, perſonæ idoneæ committat negotium recuſatus, vel ad ſuperiorē iudicē tranſmittat, vt in ea ipſe procedat, ſecundum quod fuerit procedendum. Et hoc eſt verū ſiue recuſetur ordinarius, ſiue delegatus: niſi recu- *Si recuſetur ſubdelegatus.*

 ſetur

tur ſubdelegatus à delegato domini Papæ. quia tunc cauſſa ſuſpitionis coram primo delegato debet probari. vt extra de off. & pot. iud. deleg. c. Super quæſtionum. §. Porrò, verſ. Cùm verò. Tamen dicit Decretalis noua, quòd licet iudex poteſt cõpellere partes, vt eligant arbitros: non tamen poteſt ſtatuere terminum, intra quẽ probetur cauſſa recuſationis, ſed arbitri, qui eliguntur, terminũ ad hoc poſſunt aſsignare. & eſt ratio, ne prouocatus iudex obeſſe velit, & terminum nimis arctum ſtatuere. vt extra de off. deleg. c. Suſpitionis cauſſa. in princ. Quidam tamẽ dicunt, quòd cùm recuſatur ordinarius, non eſt neceſſe cauſſam probare ſuſpitionis. & hoc per illud c. 3. q. 5. quod ſuſpecti. quod nunquã mihi placuit approbare: quia expreſsè facit contra eos, extra de foro comp. c. licet. & extra de app. c. Cum ſpeciali. Et nota, quòd ſi volueris in ſcripto iudicem recuſare, præmittas in libello recuſatiõis verba, quę poſuimus in principio

Recuſatus nõ poteſt ſtatuere terminum, infra quẽ cauſa ſuſpitionis examinetur.

Initium literarũ recuſatoriarum.

cipio huius tituli. quia periculoſum eſt, &c. Deinde cauſas recuſationis inferas. Cauſſa verò recuſationis vnica eſt, ſcilicet, ſuſpitio, quæ conſurgit ex multis cauſsis: Puta, quòd iudex eſt conſanguineus illius, qui literas impetrauit: vel fuit aduocatus eius in eodem negotio. vt extra de app.c. Poſtremo. Suprà eſt eod. titu. §. 1. Item recuſatur iudex, ſi eſt affinis eius. vt 3.q.9. c. abſens per alium accuſare vel accuſari non poteſt, nec affinis teſtis admittitur. Ad idē ff. de Procur. l. Aut affinitate aliqua aduerſario cōiungatur, aut ei hæres exiſtat. Item ſi familiaris & commenſalis eius eſt. vt extra de off. deleg. c. Inſinuante. Ad idem ff. de officio Præſi. l. ſenatusconſulto, quæ infrà eſt titul. de lit. conteſt. §. vbi faciēda. Ad idem ff. de iuriſdictione om. iud. l. qui iuriſdictioni prę-eſt, neque ſibi ius dicere debet, neque vxori, vel liberis ſuis, neque libertis, quos ſecum habet. Item ſi iudex eſt Vaſallus, vel ſubditus eius actoris, qui literas impetrauit. vt

§. 5.

Recuſa. cauſa vnica, ſcilicet ſuſpitio.

Affinis.

Familiaris & domeſticus.

Vaſallus.

vt extra, vt lite non conteſt. c. accedens. vbi dicitur. quòd quidam literas impetrauit, in quibus quidam Epiſcopus, & quidam Archidiaconus, & quidam alius, qui vocabatur Magiſter. P. dati fuerint iudices vicecomiti & eius vxori, ad petitionẽ Comitis Britanniæ. vicecomes recuſauit Epiſcopum, quòd erat cõſanguineus illius comitis: & recuſauit Archidiaconũ, quòd erat clericus commenſalis illius comitis, & recuſauit Magiſtrũ P. quòd erat oriundus de terra vxoris eius: & omnes iudices erant ſub diſtrictu comitis. vnde fuerunt recuſati, & benè. & inſuper nõ aſsignabant locum tutum reo. Item recuſatur iudex, ſi cum parte aduerſa habeat cauſam, ſcilicet cum eo, qui recuſat eum: quia iſta cauſa eſt iuſta tutelam recuſandi. vt ff. de excuſa. tuto. l. Propter litẽ, quam cum pupillo habet tutor, excuſare ſe à tutela nõ poteſt, niſi forte de omnibus bonis, vel plurima parte eorum controuerſia ſit. Et eſt iuſta quoque cauſa recuſan-

Si litem habeat cum recuſante & inimicitias.

cuſandi teſtem. Ad hoc facit caſus extra de Purga. Canon. c. Cum in iuuentute. Et eſt iuſta cauſa repellendi accuſatorem. vt extra de reſti.ſpo.c. Item cùm quis. vbi dicitur.in fine. quoniam criminaliter aduerſus eum ante reſtitutionem agere non poteſt,cùm preſumitur eius eſſe inimicus:Tamen nõ ſemper tales inimicitiæ repellunt iudicem, ſed arbiter æſtimabit, an non obſtante eo admitti poſsit. vt ff. de quæſti.l. 1. §. quæſtioni,&.§. Præterea inimicorum fides quæſtioni adhiberi nõ debet, quia facillimè mentiuntur. Nec tamen omnino ſub prætextu inimicitiarum detrahẽda fides erit quæſtioni: Sed cauſſa cognita aut habenda fides, aut nõ habenda. Item recuſari poteſt iudex, ſi habet cauſſam conſimilem.vt extra de iud.c. Cauſſam. Item ſi iudex eſt ſodalis & concanonicus Actoris.vt extra de off.delega.c.cum R.canonicus. quemadmodum recuſatur, ſi habet aliquam familiaritatem, vel amicitiam cum aduerſario.vt 3.4.5. c.ac-

Si habeat conſimilem cauſſam.

Amicus aduerſarii.

c.accuſatores,& 11.quæſt.3.c.quatuor. vbi dicitur. quatuor modis humanum iudicium peruertitur. Timore, dum metu alicuius poteſtatis veritatem loqui pertimeſcimus. Cupiditate, dum præmio alterius animum corrumpimus. Odio, dum contra quemlibet aduerſarium molimur. Amore, dum amico, vel ꝓpinquo auxilium præſtare contendimus. Item recuſatur iudex, ſi eſt aduerſarij dominus. vt extra de offi. delegat. c. Cauſſam. Item recuſatur iudex, ſi aduocatus aduerſæ partis ſit commenſalis eius. vt extra de appel. c. Ex inſinuatione. Illud tamen hodie corrigitur, per Decretalẽ nouam. extra de offi. iudi. c. Ex literis. vbi dicitur. quòd quidam Archiepiſcopus dedit quendam clericum ſuum aduocatum parti nõ habẽti aduocatum, propter quod aduerſa pars appellauit. dominus Papa reprobat appellationem, & remittit appellantem ad Archiepiſcopum, mandans, vt hoc non obſtante ꝓcedat in negotio. Proinde

Verba ſunt Gregorii.

Si dominus aduerſarii.

Si aduocatus partis ſit eius conuictor.

Decret. noua.

inde modiciſsima cauſſa repellit aliquem à iudicio: non tamen repellit aliquem à teſtimonio, quia faciliùs inueniuntur mille iudices, quàm vnus teſtis. Tamẽ quæuis amicitiæ non repellunt iudicem: niſi quando eſt maxima familiaritate coniunctus alteri, vt accipitur D. de verb. ſig. l. latę culpæ. §. amicos. vbi dicitur. Amicos appellare debemus, non leui notitia coniunctos, ſed quibus fuerunt iura cum patrefamilias, honeſtis familiaritatis quæſita rationibus. Sic nec quælibet inimicitię repellunt teſtem. vt in autent. de teſtibus. col. 7. §. ſi verò quis. Item recuſatur iudex, ſi ſit ſuffraganeus aduerſarij. vt extra vt lite nõ conteſt. c. accedẽs. Item repellitur aliquis à iudicio, propter defectum teſtis. vt extra de teſti. c. dilecto. Item recuſari poteſt iudex, ſi fuerit appellatum ab eo in illa cauſſa, vel in alia. vt extra de appell. c. ad hoc. 1. vbi dicĩ. quòd ſi ſuper aliquo negotio fuerit à iudice appellatum, & pendente appell. appel-

Suffraganeus aduerſarii.

Si ab eo appellatum ſit.

pellans de delicto cōueniatur ante appellationem vel poſt commiſſo, iudex poteſt recuſari tanquam ſuſpectus. Item ſi inimicus eſt illius, qui conuenitur. vt 3. q. 5. c. Quòd ſuſpecti. Suprà eſt. eod. titul. §. 4. hoc modo. Ad idem D. de Procurat. l. vel exilio, vel ſi latitet, vel inimicus poſteà fiat. Et nota, quòd ex qualibet cauſa poteſt iudex recuſari, quæ contra eum ſuſpitionem inducit, vt dicitur in prædicta decret. extra de appel. c. Poſtremo. Generaliter auté quæcunque cauſſa ſufficeret ad recuſandum Procuratorem, vel arbitrum: illam credo ſufficere ad recuſandum iudicem, tam ordinarium. quàm delegatum.

Si inimicus rei.

Regula.

§. 6. & vlt.

Effectus recuſationis eſt, vt iuſta cauſſa recuſationis vel ſuſpitionis ꝓbata, iudex in cauſſa procedere non debeat, ſed ſuperſedere. Cum hoc tamen temperamento; vt ſi iudex ordinarius recuſetur, poſsit cogere partes ad eligēdos arbitros, quibus vices ſuas committat, ac deleget, & qui vice eius de principali cauſſa

Ordinarius cōpellit partes ad eligendum arbitros: & cognoſcens ſuper cauſa ſuſpitionis pro delegato habetur.

cauſſa cognoſcant, tanquam delegati, & non ſicut arbitri. vt extra de foro com. c. ſi quis contra clericũ cauſam habuerit, Epiſcopum eius adeat: qui ſi fortè ſuſpectus fuerit, executor ab ipſo deputetur. Aut ſi hoc actor refugerit, ab Epiſcopo eſt deputandus, qui partes ſibi mutuo conſenſu iudices compellat eligere. à quibus quicquid fuerit diffinitũ, Epiſcopi ſolicitudine (ſeruata lege) modis omnibus cõpleatur. Ad idem 11. q. 1. Peruenit, ſuprà eſt titul. de arbit. §. vlt. & 2. q. 6. Placuit. Suprà eſt titu. de aſſeſs. §. 1. & C. de iud. l. apertiſſimi. vbi dicitur. apertiſsimi iuris eſt, licere litigatorib. iudices antequã lis inchoet̃, recuſare. Cùm etiam ex generalibus formis ſublimiſsimæ tuæ ſedis ſtatutũ ſit, neceſsitaté imponi à iudice recuſato partibus, ad eligendos arbitros conuenire, & ſub audientia eorum ſua iura proponere. licet enim ex imperiali culmine, iudex delegatus eſt: tamen quia omnes lites ſine ſuſpitione ꝓcedere nobis cordi eſt:

Textus. l. apertiſſimi iuris. C. de iud.

di eſt: liceat ei, qui ſuſpectum iudicem putat, antequã lis inchoetur eum racuſare, vt ad alium recurratur, libello recuſationis ei porrecto. cùm poſt litem conteſtatam nec appellari poſſe ante [a] diffinitiuam ſententiam, iam ſtatuerimus, nec iudicẽ recuſari: ne lites in infinitum extendantur. eodẽ ſcilicet executore, neceſsitatem partibus per ordinarium iudicem, & omne ciuile auxilium imponteẽ, & arbitros eligere, & ad eos venire, & ſic litẽ appetere, quaſi arbitri ſuerint ab imperiali culmine delegati. quod & ſi ab imperiali maieſtate iudex delegatus nõ ſit, ſed ab alio culmine, idem obtinere cenſemus. Ad idem extra de appel. c. Cum ſpeciali. Suprà eſt eod. tit. §. Hoc modo. Ad idem C. de iud. l. fin. vbi dicitur. cùm ſpecialis iudex ſiue ab auguſta fortuna, ſiue à iudiciali culmine in aliquã prouinciam, in qua incuſatus degit, datus eſt, & vna pars ſuſpectum eum ſibi eſſe dicit: ne fortè abſente perſona iudicis, & in alia ciuitate

[a] *Aliud eſt ſecundũ Canones.*

tate eiuſdem prouinciæ commorante, compellatur longo itinere emẽſo recuſationis libellũ ei, qui eſt recuſatus offerre: Sancimus, ſiquidem præſtò eſt Præſes prouinciæ in illa ciuitate, vbi de ea re dubitatur, licere ei, qui ſuſpectũ iudicem ſibi eſſe dicit, ipſum Præſidem adire, & hoc facere in actis manifeſtum. Si autem moderator prouinciæ nõ eſt in præfato loco: hæc eadem apud defenſores locorum, vel duumuiros municipales, geſtis apud eos habitis, celebrare, & iudicem quidem eum recuſare: ilicò autem, id eſt, intra triduum proximũ, ſine vlla dilatione compelli arbitrum, vel arbitros eligere, & apud eos litigare: ne & datus iudex remoueatur, & alter non eligatur: electione videlicet, arbitri, ſi variatum inter partes fuerit, ſimili modo vel Præſidis prouinciæ, ſi adeſt, vel defenſoris locorum, vel Magiſtratuum municipij arbitrio dirimenda, & executore negotij, cui mandata eſt huius cauſſæ *examinatio, immi- * *aliàs, executio*

nente,& ſtatuta ab arbitris effectui mancipante, niſi fuerit [a] prouocatum: Tunc enim ipſe, qui antea iudicem dedit, qui ſuſpectus viſus eſt, appellatione trutinata, formam cauſæ imponat legitimam. Si verò delegatus ſit, qui recuſatur, non poteſt cogere partes, vt arbitros eligant, qui de principali cognoſcāt, ſed ſuperſedebit à cauſæ cognitione. vt extra de appell. c. ſecundò requiris. §. tertiò poſtulas. vbi dicitur. tertiò poſtulas edoceri, cùm quis iudicem tanquam ſuſpectū recuſat, an cauſam ſuſpitionis coram eodem debeat allegare, & (niſi manifeſta ſit) coram eodē iudice ꝓbare teneatur: & vtrum etiam ipſe iudex in ipſo poſſit iudicio & negotio procedere, ſi ille, qui ſuſpitionem obijcit, cauſam eius non velit, vel non poſſit in iure probare? Ad hoc conſulti tale damus reſponſum, quòd cùm aliquis ſuſpectum iudicem habere ꝓponit, ſuſpitionis cauſam coram eodem iudice allegare tenetur: ne poſſit alius quilibet

a Prouocare igitur à iudice electo licet, recuſare eum nō licet. Aut. offeratur. C. de li. conteſt.

Delegatus nō cogit partes ad eligendum arbitros.

bet pro ſuæ voluntatis arbitrio, quodlibet iudicium fruſtratoriè declinare. Sed partes, vt in aliquem iudicem, vel in aliquos nō valde remotos conueniant, per eundem iudicem, qui nominatus eſt ſuſpectus, debent cogi: coram quo vel quibus, ſi cauſa ſuſpitionis intra terminum cōpetentem probata non fuerit, tunc demum auctoritate ſua vtet̃ iudex. quòd ſi coram ipſis, in quos conuenitur, eadem cauſa ſuſpitionis probata fuerit, iudex reprobatus cauſæ cognitioni ſuperſedere tenebit̃. ipſa namque natura & ratio dictat, & plurimis ꝓbatur exemplis, quòd ſuſpecti & inimici iudices eſſe nō debent. Cùm in Decretis ſit ſtatutum, quòd nihil gratius vel amabilius dare valeat quis inimico, quàm ſi ei ad impetendum commiſerit, quem lædere & damnificare intendit. Ratio verò diuerſitatis eſt, quòd ordinarius ſuſpectus poteſt cogere partes ad eligendum arbitros, quibus committat vices ſuas tanquam delega- *Ratio diuerſitatis.*

 tis,

tis,qui cognoſcant de tota cauſſa, quia ſit cum imperio :-Sed delegatus nõ poteſt, quia cùm delegatus nullam habeat iuriſdictionẽ, cauſam vllam delegare non poteſt, & nemo inuitus cogitur ire ad arbitrum.vt ff de Arbitris l.3.§.tamen. Suprà eſt aũt de Arbi.§.Differt.Sed iudicium redditur in inuitum. vt ff.de verb.ob.l.inter ſtipulantem. §. Stichum , in fine. vbi dicitur. quod iudicium redditur in inuitum,quod ſuprà allegat. tit.de aſſeſſ. §. 1. Et ita obſeruatur de conſuetudine Bononiæ, & per totam Italiam . Quidam tamen dicunt, quòd delegatus, qui recuſatur,poteſt cogere partes, vt arbitros eligant, qui de principali cauſſa cognoſcant,per illã l.C.de iud.apertiſsimi,quæ ſuprà eſt eod. titul. & eo.§. Ad hoc dicas, quod aliud eſt ſecundũ leges,& aliud ſecundũ canones.Cùm ſecundũ leges non ſit neceſſe ꝓbare cauſam ſuſpitionis. Oportet tamẽ, quod coram arbitris probeẽ cauſa principalis:quod mihi nõ placet ratione præmiſſa.

Titul.

Titul. VIII.

DE CRIMINIBVS ET QVA RATIONE CONtra Criminoſos agatur.

REus ad iudicium citatus, ſi non poteſt iudicium declinare, reſpõdere tenetur: ſed antea certificandus eſt, ſuper quo impetitur, & qualiter. Cùm autẽ criminalia iudicia ciuilibus ſint grauiora: de iudicijs criminum primo loco tractemus, breuiter determinantes, Quot modis de criminib. agi oporteat. Qaaliter agendum ſit, quis agere poſſit. Et qua pœna puniẽdi ſint criminoſi. Poſtremò qualiter ſit formãdus libellus accuſationis. quatuor autem modis (vt interim de notorijs taceatur) de criminibus agi poteſt, ſcilicet in modũ Denunciationis, Inquiſitionis, Exceptiõis, & Accuſationis. vt extra de accuſa. c. ſuper his, in princ. & extra de ſymo. c. licet Heli in prin. De notorijs vèrò tacendũ ideo dixi, quoniã in eis nec teſtib. nec accuſatore opus eſt: ſi-

Quatuor modi cauſſarum criminalium.

§. I.

Notoria crimina accuſatoribus nõ indigent.

ne ipſis enim poſſunt notoria puniri. vt 2. q. 1. c. Manifeſta. vbi dicitur. manifeſta accuſatione non indigent. Ad idem extra de accuſ. c. euidentia patrati ſceleris nõ indiget clamore accuſatoris. & extra de coha. cler. & mul. c. tua nos. vbi dicitur. quòd ſi crimẽ eſt ita publicum, vt meritò debeat appellari notoriũ, in eo caſu nec accuſator, nec teſtis eſt neceſſarius: cùm huiuſmodi crimina nulla poſsint ter

Ordo in notoriis.

giuerſatione cælari. Veruntamen quidam ordo iudiciarius in notorijs criminibus obſeruandus. vt arg. extra de iureiu. c. ad noſtram, quia reus debet citari, & interrogari, & eo præſente, vel per contumaciam abſente, debet ſententiari. vt 3. q. 9. vbi dicit. abſente aduerſario non audiatur accuſator, nec abſente parte altera ſententia lata obtineat firmitatem. Ad idem c. ſequenti. vbi dicitur. reuera iuſtus mediator non eſt, qui vno litigante, & alio abſente, amborum emergentes lites decidere nõ formidat. & hoc verum eſt, niſi fuerit

abſens

abſens per cõtumaciam. vt 3. q. 9. vbi dicitur. abſens nemo iudicetur, quoniam diuinæ & humanæ leges hoc prohibent: niſi fuerit abſens per contumaciam. tunc enim pro præſenti eum contumacia haberi facit. vt 23. q. 4. c. ſi quis poteſtatem nõ habet, vt quem ſcit reum abijcere vel probare nõ valeat, immunis eſt. & iudicis non eſt ſine accuſatore damnare: ſicut nec Chriſtus Iudam abiecit. Ad idem 2. q. 1. c. de manifeſta. vbi dicitur. Iudicum non eſt ſine accuſatore damnare: quia dominus Iudam cùm eſſet fur, quòd non erat accuſatus, minimè abiecit. Ad idem extra de cohab. cler. & mul. c. ſicut ad extirpandam. Quoniam ſi non citaretur, ſententia non teneret, vt dicitur ff. quæ ſent. ſine app. reſcin. l. 1. §. Item cùm ex edicto peremptorio, quod nec publicè propoſitum eſt, nec ad notitiam peruenit, abſentis condemnatio fit, nullius momẽti eſſe ſententiam, cõſtitutiones declarant. Et nota, quòd dupliciter dicitur *Notoriũ duplex.*

crimen notorium, ſcilicet notorium facti,& notorium [a] iuris. Notorium iuris eſt illud crimen, de quo quis canonicè condemnatus eſt reus, vel quod non diffitetur. vt extra de coha.cler. & mul.c.veſtra duxit. vbi dicitur. quod notorium iuris eſt illud crimen, de quo quis canonicè cõdemnatur, vel quòd non diffitetur. Ad idem ff.de reg.iur.l. res iudicata pro veritate accipitur. Notorium facti, aliud eſt præſumpti,aliud manifeſti.Notorium facti præſumpti eſt, vt paternitas, filiatio,&c. D. de in ius.voc.l. quod ſemper. vbi dicitur. quòd ſemper mater certa eſt, etſi vulgò conceperit: pater verò eſt, quem nuptiæ demonſtrant. Ad

a Quædã ſunt nota & notoria,ſcilicet, quæ ſciũtur publicè, & à iudice.quædã nota & non notoria, quæ ſciuntur à iudice, nõ tamẽ publicè. Quædã notoria & nõ nota,quæ publicè ſciũtur, at nõ à iudice: & hoc modo accipitur D. ad S.C. Turpill. l. ab accuſatione.§. nunciatores. Notũ notoriũ dicitur aliquãdo,cùm vehemens præſumptio cõtra aliquẽ inſurgit,vt C. de epiſc. & cle.l.eũ qui. Secundũ quoſdã dicitur notoriũ,quãdo per confeßionem,vel conuictionem in iure aliquid apparet, vt C.quor.appel.non recip.l.2.Sed contra iſtam opinionem facit decretal.de ſymo.C.adhæc. Alii dicunt notorium eſſe, quando ſemper eſt veſtigium alicuius delicti, & delictum tale eſt in ſui natura,vt iterari non poßit,quale eſt homicidium.Similiter contra hanc opinionem facit prædic. decretal. D. Ioannes ſic diſtinguit: Summè notorium eſt,minus notorium,ſimplex notorium eſt.Summè notoriũ eſt, quando quis in iure conuincitur. Minus notorium eſt,quando quis confeßus eſt.Simpliciter notorium eſt, vt ſi omnes ſciant ſacerdotem habere concubinam, & ei denunciant,vt eam dimittat.

Ad idẽ extra de filijs presb.c. conquerente.vbi dicitur.quòd ſi publicum, & notorium eſt patrem in Eccleſia perſonatum habuiſſe, filius eius ibidẽ miniſtrare, aut perſonatum eiuſdem Eccleſiæ habere nõ patiatur. Et conſanguinitas dicitur notoria, præſumptiuè. vt extra de diuort. c. Porrò. Notorium facti manifeſti eſt crimẽ, de quo fama publica ſuũ præſtat adminiculum, & ipſa rei euidentia proteſtatur,nec poteſt aliqua cauſa tergiuerſationis cælari, vt extra de cohab.d. & mul. c. tua nos.Suprà eſt eod. tit.§.1. Et quocunque modorum iſtorum crimen notorium ſit, poteſt iudex ex officio ſuo punire criminoſum:quamuis coram eo nõ accuſetur, nec teſtib. conuincatur. Si verò crimen non ſit notorium, licet ſit publicum, ſeruandus eſt ordo iuris. vt 11. q.3. c. eorum. vbi dicitur. eorum qui accuſantur diſcutere cauſſas non licet,priusquàm canonicè vocati, ad Synodum veniant, & præſens præſentem veraciter cognoſcat,

&in-

&intelligat, quæ ei obijciuntur: quod & per ſapientiam Salomonis dicitur. antequam ſcias nõ reprehendas: intellige priùs, & tunc increp. Veruntamẽ ab his qui dati ſunt ad eorũ examinationẽ, ordinẽ ſeruari oportet. Sed quæri poteſt, quomodo ſciet iudex crimen alicuius eſſe notorium? Reſpondeo, quòd per facti euidentiam, ſi ſit illius loci habitator, vel ſi fuerit ei probatũ per duos legitimos teſtes, quòd crimen ſit notorium, vel cùm omnes proclamant commiſſum eſſe crimen. vt 2.q.1.c.ſcelus. vbi dicitur. quòd crimen Lotharij Regis erat manifeſtũ, quia publicè tenebat *Gualdradam & Engeldrudã. Et nota, quòd qualitercunque agatur de crimine, ſi certa pœna inueniatur ſuper hoc in iure ſtatuta, illa eſt delinquentibus imponenda, alioquin puniri debent iudicis officio, vel arbitrio. vt extra de off. deleg. c. de cauſis. §. 2. vbi dicitur, verſus finem. quòd illi, qui nolunt venire ad citationem iudicis, ſi fuerit tale negotium,

Notoriũ quomodo agnoſci, vel dici debeat.

* *aliàs, Galgadram.*

gotium,

gotium, quod certa exinde pœna Canonibus exprimatur, vel infligatur: illa debet infligi. Alioquin iuxta qualitatem delicti & cauſæ, ſecundum arbitrium iudicis, debet puniri contumax. Ad idem ff. de iure delib. l. 1. §. Ait Prætor. Si ad deliberandum tempus petet, dabo. Cùm dicit tẽpus, nec adijcit diem: ſine dubio oſtendit, eſſe in ius dicẽtis poteſtate, quẽ diem præſtituat. Cùm verò in modum denunciationis agitur de crimine alicuius, tunc nõ eſt inſcriptio neceſſaria: ſed charitatiua debet prędere admonitio, vt pœniteat & à malo recedat. & monẽdus eſt ſecundum regulam Euangelicam, quam habes 2. q. 1. Si peccauerit. Vnde ſi te denunciator non præmonuerit, repellitur à denunciatione. vt extra de accuſ. c. Cùm dilectus. vbi ponit̃ talis caſus: Quidam Clerici denunciabant quædam crimina de quodam Epiſcopo. Epiſcopus repellebat eos à denunciatione, quòd erant excommunicati propter cõcubinas, quas

§. 2. Si procedatur in modum denũciationis.

habe-

habebant:& quòd nõ præmonue-
runt eum ſuper criminibus obie-
ctis: & quòd erant conſpiratores
in eum. dicit Papa, quòd ſi verum
eſt alterũ eorum, non debere illos
admitti ad denunciationem. Et
etiã ab accuſatione repellitur, qui
non præmonuit errantem. vt ex-
tra de accuſat.c.ſi quis Epiſcopus.
Qui repellantur à denunciatione. Et nota, quòd criminoſi, & infa-
mes, & inimici poſſunt à denun-
ciatione repelli per illud Euange-
licum. Hypocrita, eijce primò tra-
bem ex oculo tuo. Et facit ad idẽ
3.q.7.c. Qui ſine. vbi dicitur. qui
ſine peccato eſt, primus in illam
lapidẽ mittat. Ad aliena quidem
peccata punienda ibant, & ſua re-
linquebant impunita. Reuocan-
tur itaque ad conſcientiam intùs,
vt priùs peccata ꝓpria corrigant,
& ſic aliena reprehendant. Idem
dictum eſt de eo, qui proſequitur
inquiſitionem. vt extra de accu-
ſat.c. Cùm oporteat, verſus finem.
vbi dicitur. quòd ſi fuerit ad in-
quiſitionem procedendum, ipſos
quos eius eſſe conſtiterit inimi-
coſ,

coſ, nec ad proſequendam inquiſitionem, nec ad perhibendum teſtimoniũ aduerſus ipſum admittatis. Pœna huius exceſſus eſt mitis: quia debet pœnitentia ei imponi ꝓ illo crimine. & credo propter hoc eum non eſſe deponendum à dignitate vel ordine, niſi delicti quantitas cogeret iudicem procedere: puta ſi conuictus eſt de Symonia: de qua nõ poteſt pœnitere, retento eo, quod Symoniacè acquiſiuit: vel ſi ex obiecta enormitate infamatio, vel ſcandalum oriatur. vt 2. q. 4. c. Si mala fama. & extra de accuſat. c. inquiſitionis. §. vltim. vbi dicitur. quòd propter malam famam, & deponentium credulitatem duntaxat, nõ erit ad depoſitionẽ procedendum: ſed infamato poterit Canonica indici purgatio, ſecundum arbitrium iudicantis: quoniam propter dicta duorum, vel paucorum, non eſt ad depoſitionẽ procedendum, & eum infamatum reputare non decet, cùm apud bonos & graues eius læſa opinio non

Pœna quæ ex denunciatione infligitur.

exi-

§. 3. exiſtat. Si verò agatur in modum

Si agatur in modum inquiſitiõis. inquiſitionis, ſimiliter inſcriptio non eſt neceſſaria, & iudex procedere debet in cauſa cum executore inquiſitionis:& etiam ſine illo. Veruntamen fama præcedere debet inquiſitionem, nõ ſemel, ſed ſæpè,& apud bonos & graues * ꝑcedere debet;aliter non debet fieri inquiſitio. ſicut expreſsè habetur extra de accuſ. c. Qualiter & quando.2. vbi dicitur. quòd non ſolùm cùm ſubditus, verùmetiã cùm Prælatus excedit, ſi per clamorem & famam, eius exceſſus ad aures peruenerit ſuperioris, non quidem à maleuolis & ſuſpectis, ſed à prouidis & honeſtis, nec ſemel tãtùm, ſed ſæpè (quia clamor innuit, & diffamatio manifeſtat) debet iudex coram Eccleſiæ ſenioribus veritatẽ diligentiùs perſcrutari: vt ſi rei popoſcerit qualitas, Canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis. Nõ tanquam idẽ accuſator ſit & iudex: ſed quaſi denunciante fama, & deferente clamore, officij ſui debitum exequatur.

** aliàs, præcedere.*

quatur. Et poſteà in fine c. dicitur. Scut accuſationem legitima debet præcedere inſcriptio, ſic & denunciationem charitatiua admonitio, & inquiſitioné clamoſa inſinuatio debet præuenire. Ad idem extra de ſymo. c. licet Heli, in prin. Suprà eſt eod. tit. in prin. Citari autem debet is, qui infamatus dicitur, vt audiatur eius exceptio, ſi quam habet, vt in præallegata decret. & c. prædicto. qualiter & quando, circa medium. vbi dicitur. quòd præſens debet is eſſe, contra qué faciéda eſt inquiſitio, niſi per cõtumaciam ſe abſentet. & exponēda ſunt illi capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi ſeipſum: & nõ ſolùm dicta, ſed & nomina teſtium ſunt ei (vt quid, & à quo ſit dictũ appareat) publicanda: nec non exceptiones & replicationes legitimæ ſunt admittendæ: ne per ſuppreſsionem nominum infamandi, & per exceptionum excluſionem deponédi falſum audacia præbeatur. Ad idem

Citandus eſt de quo inquiritur.

extra eod.c. inquiſitionis in prin. vbi dicit. quòd eius exceptio debet audiri. Pœna huius proceſſus talis eſt, quòd Prelati debẽt ab adminiſtratione amoueri. Minores verò debent officio & beneficio priuari. vt habetur expreſsè in illo c. qualiter & quando, circa medium. vbi dicitur. ſi facta fuerit inquiſitio, & grauis fuerit exceſſus, etſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amoueatur, vt melius poteſt fieri, ſcilicet ad arbitrium iudicis conſiderata quantitate criminis & perſonæ, & aliarũ circumſtantiarum. vt extra. de accuſ. c. inquiſitionis. §. Secundò quæſiuiſti, in fine. vbi dicitur. quòd ſecundum perſonæ merita, & qualitatem exceſſus, pœnam poterit iudicantis diſcretio moderari. Et nota, quòd ſi fiat inquiſitio contra aliquem, & probetur contra eum per dicta teſtium aliud crimen de quo nõ eſt infamatus, nõ eſt propter hoc puniendus. vt expreſsè traditur extra de accuſ. c. inquiſitionis. §. Tertiæ dubitationis.

Pœna in inquiſitione.

Probãs de alio crimine quàm quod ab initio intẽdebat non eſt audiendus.

nis.vbi dicitur. nullũ eſſe pro crimine ſuper quo non laborat aliqua infamia, ſeu clamoſa inſinuatio non præceſſerit, propter dicta duorum vel plurium puniendum vel deponendũ: quinimò depoſitiones eorum contra reum recipi non debere, cùm inquiſitio ſuper illis ſolummodò fieri debeat, de quibus clamores aliqui præceſſerunt: nec ad petitionem eorum, qui libellum infamationis porrigunt in occulto, procedendum eſt ad inquiſitionem, ſuper cõtentis ibidem criminibus faciẽdam. Si autem in modum exceptionis obijcitur crimen alicui, ſimiliter non eſt inſcriptio facienda, nec admittitur ad excipiendum, niſi cuius intereſt. vt extra de teſtibus c. veniens. Veruntamen diſtinguitur, vtrum obijciatur crimen in modum exceptionis teſti vel accuſatori vt à teſtimonio, vel ab agendo repellatur: aut promouendo, vt non confirmetur, vel non ordinetur. Et in duobus primis caſibus ꝓbato crimine repel-

§. 4.
Cùm agitur de crimine in modũ exceptionis.

Diſtinctio.

litur teſtis à teſtimonio,& accuſator ab accuſatione.Sed nõ debent alia pœna puniri. vt extra de ord. cog. c. Cùm dilectus. vbi dicitur verſus finem. quòd cùm aliquod crimen teſti obijcitur in modum exceptiõis, vt ſic à teſtimonio repellatur, & ſi crimen contra eum ciuiliter probatũ fuerit, non ideo pœna ei infligetur ordinaria, ſed eius duntaxat teſtimonio nõ creditur. quod ea ratione contingit, quoniam accuſatio in ipſum non proceſsit. Teſtes autem, quorum teſtimoniũ reprobatur, inter infames, quaſi ex falſo teſtimonio, non habentur. Ad idem extra de excep.c.denique. infrà eſt titul.de reprobat.teſt.in princ. Ad idem ff.de his,qui notant infa.l. Lucius Titius. Et nota, quòd aliquis punitur in eo,in quo nõ directè contra eum eſt actum, ſcilicet, cùm teſtis confitetur crimen, vel conuincitur ſuper crimine,quod contingit principale negotiũ, vt probatur extra dè except.c. Denique, in fine. vbi innuitur.quòd ſi crimen

Indirectè quis etiam non accuſatus punitur.

men teſti obijciatur,quod cauſam contingit principalem , probato crimine punitur & repellitur. Ad idem extra de confeſs. c. Cùm ſuper:infrà eſt eod. titul.§. vltim, & extra de elect. c. Per inquiſitioné. Similiter ſi teſtis arguatur dẽ falſo,& hoc probetur,punitur teſtis. vt extra de crimi.falſ.c.1.vbi dicitur.falſus teſtis, prout crimen eſt, puniatur,& etiam repellatur. & 4. q.3.c.ſi teſtes: verſiculo,Qui falsò vel variè.infrà eſt tit.de reprobat. & ſid. teſt. §.2. Similiter punitur maritus, qui agit de adulterio, ſi excipiatur de lenocinio. vt probatur ff.ad l.Iuliam de adulter.l.1. §.Si publico iudicio maritus velit vxorẽ ſuam ream facere, an lenocinij allegatio repellat maritũ ab accuſatione?& puto nõ repellere. lenocinium igitur maritum onerat, nec mulierem excuſat. Vnde quæri poteſt, an is, qui de adulterio cognoſcit, ſtatuere in maritum ob lenocinium poſsit. & puto poſſe . Nam Claudius Gorgonius vir clariſsimus,vxorem accu-

Maritus agens de adulterio , vxor excipiens de lenocinio.

Mitiùs noſtri iudices.

ſans, cùm detectus eſſet vxorem in adulterio depreheſam retinuiſſe, etiam ſine accuſatore de lenocinio damnatus eſt à Diuo Seuero. Idem dico, ſi confiteatur crimen, principale negotium contingens. vt in præallegata decret. per inquiſitionem. & in illa, cùm ſuper. Teſtis verò, qui in ferendo teſtimonio variat, aut vacillat, vinculis mancipatur. vt de accuſat. c. Super *ijs. Infrà eſt eod. §. [a]Et ita patet, quòd ſi crimen obijciatur teſti vel accuſatori, & probetur, non ſolùm remouetur ab accuſatione, ſed etiam punitur: cùm ſcilicet crimen quod obiecit, tangit principale negotiũ. quod eſt contra illud generale ſuprà, quòd nullus debeat ſine accuſatore damnari. vt 2. q. 1. c. De manifeſta. & 23. q. 4. Si quis poteſtatem. Suprà etiam explicata. Fallit tamen in his caſibus. Cùm [b]ſuſpecta ſcriptura in iudicio profertur: tunc enim qui eam profert, niſi fidem aſtrinxerit, quaſi falſarius condemnatur. vt C. de Probat. l. Iubemus omnes,

** Impertinens eſt quod hoc c. dicitur, ſed facit huc l. Iubemus in fine. C. de probat.*

a In modũ except. de crimine conuictus, punitur, ſi tangit negotium principale.

b Caſus vbi ſine accuſatione quis damnatur.

omnes, qui ſuſpectas ſcripturas comminiſcuntur, cùm quid in iudicio promunt, niſi etiam & ipſi aſtruxerint veritatem, vt nefariæ ſcripturæ reos, & quaſi falſarios eſſe detinendos. [c] Alius caſus eſt, ſi teſtis procax fuerit in ferendo teſtimonio, vel verba ſuſpecta dixerit, vt C. de teſtibus l. nullum penitùs, infrà quoque eſt tit. de iuramen. teſti. [d] Tertius, ſi ſuſpectus fuerit tutor. vt ff. de ſuſpect. tuto. l. tutor. §. Tutores qui repertorium non fecerunt, vel qui pecuniam ad prædiorum emptionem conferre, neque deponere pertinaciter perſtant, quoad emptionis occaſio inueniatur, vinculis publicis iubentur cõtineri, & inſuper pro ſuſpectis habent. [e] quartus eſt, ſi quis corrupit teſtes aduerſarij. vt 3. q. 7. §. tria. verſ. Si quis aũt ex litigatoribus. [f] Et alius caſus eſt, ſi maritus accuſet vxorẽ ſuam de adulterio, & ipſa excipiat de lenocinio, vt D. ad l. Iul. de adul. l. 1. §. ſi publico. & ſuprà eſt eo. §. Et hoc eſt, quãdo huiuſmodi

c Teſtis maledicus & ſuſpectus.

d Suſpectus tutor & pertinax.

e Si litigator corruperit teſtes aduerſarii.

f Si mulier excipiat de lenocinio.

crimina cõtingunt principale negotium. Plures autem alij caſus ſunt, in quibus cõdemnatur quis ſine accuſatore, vt in inquiſitione, denunciatione, & in notorijs.

Delinquens in iudicem, coram quo agit, indiſtinctè punitur.

Et nota, quòd ſi aliquis delinquat in iudicem, punitur à iudice nulla exceptione obſtãte, ſcilicet, quòd non competens iudex ſit eius, qui delinquit. vt C. de teſtib. l. nullũ penitùs. infrà eſt tit. de iuramento teſtium. Sed ſi obijcitur promouendo, ne confirmetur vel ordinetur, hîc ſimiliter diſtinguitur.

Si promouendo, vel electo crimen obiiciatur.

Aut obijcitur ante confirmationem vel poſt: ſi ante confirmationem obijcitur & probatur, impedit promouendum, ſed nõ deijcit iam promotum: etſi perdat ius, quod ſibi fuerat Canonicè acquiſitum. Si verò obijcitur crimen electo poſt cõfirmationem, vt à conſecratione repellatur, licet ille qui obijcit non teneatur inſcribere, tamen ad aliquam pœnam [a] extraordinariam, ad arbitrium iudicis ſe obligare debet: quia cùm hoc modo crimen probatur,

[a] Nota eum, qui crimẽ obiicit, etiamſi nõ inſcribat, pro motu tamen iudicantis puniri, ſi deficiat.

batur, perdit quod per confirmationem & electionem ei fuerat acquiſitum, ſed prius habitum non amittit. vt extra de accuſa. c. ſuper ijs. Et nota, quòd in hoc caſu, & alijs duobus caſibus præcedentibus, laici bonæ famæ contra clericos admittuntur ad agendum & teſtificandum. vt extra de teſtib. c. tam literis. vbi dicitur. quòd quidam electus fuit accuſatus ſuper matrimonio, quod ille dicebatur cõtraxiſſe cum quadam vidua: & cùm ille inficiaretur. quæſitum fuit, vtrum laici vel fœminæ poſſent admitti ad teſtimonium perhibendum contra eum, & dicitur quòd ſic. ratio Decretalis talis eſt, quod ciuiliter agebatur. Item quæritur, vtrum laicus poſſit accuſare Prælatũ ſuum de crimine nõ excepto, ciuiliter: vt ſcilicet remoueatur ab adminiſtratione. & poteſt dici, quòd ſic. vt probatur extra de teſtib. c. Ex parte. & eſt ratio, quòd laicorum intereſt, vt bonum habeant Prælatum: Quia cùm is, qui diſplicet, ad

Laicus ciuiliter poteſt Prælatũ ſuum accuſare.

intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. vt[a] 49. diſt. c. 1. §. ſolicitè. & 3. q. 7. in grauibus. Cùm igitur eius interſit, poteſt agere. Ad hoc 2. q. 7. Non ſolent. vbi dicitur. non ſolent audiri appellantes, niſi quorum intereſt. Ad idem extra de elect. c. Cùm inter R. Infrà etiam ſunt. titul. de appell. §. 2. Nec tenetur inſcribere, cùm ciuiliter agatur, tamen ad aliam pœnam tenetur, ſi defecerit. vt extra de accuſat. c. ſuper ijs. [b] Præterea nota, quòd vnus ſolus Epiſcopus in quolibet prædictorum modorũ de criminibus ſubditorũ cognoſcere & iudicare poteſt. Vnde licet de criminibus agatur, nõ tamen illæ cauſæ ſunt criminales: ſed ciuiles, & ciuiliter agitur. vt extra de ſymo. c. Per tuas. vbi dicitur. quòd contra Abbatem quendam de ſymonia, & periurio, & dilapidatione agebatur ciuiliter, vt remoueretur ab adminiſtratione: non criminaliter, vt degradaretur ab ordine, de quo

Ab-

a Iunge cum hoc loco c. fin. di. 51. & c. qui epiſ. diſt. 23. Et videbis quales hodie Silenos pro epiſcopis habeat Eccleſia.

b Solus Epiſcopus de prædictis criminibus ſubditorum iudicat.

Abbate loquitur plenè c. extra de ſymo. licet Heli. Cùm autem in modum accuſationis obijcitur crimen Clerico vel Laico, in hoc caſu, quia criminaliter agitur, eſt inſcriptio neceſſaria, & accuſator tenetur ſe obligare ad pœnam talionis, ſicut legitur extra de ſymo. c. licet Heli. & 2. q. 8. quiſquis. vbi dicitur. quiſquis ille eſt, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inſcriptionis*accipiat; & cuſtodiæ ſimilitudinem (habita tamen dignitatis æſtimatione) patiatur: nec impunitã ſibi fore nouerit licentiam mentiendi, cùm calumniantes ad iudicium poſcat ſimilitudo ſupplicij. Qui verò ad ad ſortilegos magoſque concurrunt, nullatenus ſunt ad accuſationem admittendi. Et qui non probauerit quod obiecerit, pœnam, quam *intuliſſet pati debet. vt 2. q. 3. Per totum: & maximè in illo c. qui verò: vbi idem de verbo ad verbum dicitur. &c. Calunmniator ſi in accuſatione defe-

§. 5. Si agatur in modum accuſationis, inſcriptione opus eſt.

* *aliàs, arripiat*

Pœna talionis.

* *Text. editus habet, intulerit*

defecerit, talionẽ recipiat. Et hoc quidẽ generaliter verũ eſt, quòd nullus auditur accuſans ſinẹ libelli inſcriptione, in quo obliget ſe ad pœnam talionis, exceptis quibuſdam caſibus. Primus eſt in crimine abigeatus, in quo etiam auditur ſine libelli inſcriptione. vt C. de abigeis l. vnica. vbi dicitur. abacti animalis accuſatio, non ſolùm cum inſcriptionibus, ſed etiã ſine ea obſeruatione proponitur. & D. eod. l. abigeatus. & l. 1. §. vlti. eo. At qui ſunt abigei? Dic qui 10. oues, porcos quatuor, equum vnum, bouem vnũ frequẽter abegerunt. vt ff. c. l. oues. & in autent. de nupt. §. mitiores. Secundus eſt in leuibus & paruis criminibus. vt ff. de accuſat. l. leuia. vbi dicitur. leuia crimina audire & diſcutere de plano, id eſt, ſine inſcriptione Proconſulem oportet: & vel liberare eos, quibus obijciuntur: vel fuſtibus caſtigare: vel flagellis ſeruos verberare. Tertius eſt in ijs, quæ ab Officialibus, Pręſidalibus, vel Præſidis referuntur eidem. vt C. de

Caſus, in quib. nõ eſt neceſſaria inſcriptio.

2. *In leuibus criminibus.*

3. *Si deferant cõductitii Præſidibus.*

C.de accuſat.l.ea quidem, quæ per officiũ, id eſt, per officiales (erant enim quidam, qui ad hoc deputabantur D.de off.Prefect.vrb.l.1.§. & ſanè) denunciantur Preſidibus, etiã citra ſolennia accuſationum poſſe perpẽdi, incognitum nõ eſt. Verùm ſi falſis néc ne [a] notorijs inſimulatus ſit, perpenſo iudicio diſpici debet. Nam tunc non crimen, ſed notorium eſſe ſufficeret probare. Quartus eſt in crimine Apoſtaſiæ. vt C.de Apoſta.l. Apoſtatarum ſacrilegum nomen ſingulorum vox cõtinua accuſatione * infeſtet, & nullis finita temporibus (niſi intra quinquẽnium poſt mortem, vt C.eod.titul.l.2.) huiuſmodi criminis arceatur indago. quib. quamuis præterita interdicta ſufficiant, tamen etiam id iteramus, ne poſtquam à fide deuiauerint, teſtandi aut donandi quippiam facultatem habeãt. Sed nec venditionis ſpecie legi fraudem facere ſinantur, tumq́ue ab inteſtato, Chriſtianitatem ſectantibus propinquis, potiſsimùm defera-

a Notoria exiſtimãda ſunt crimina, quæ nota ſunt toti populo, aut maiori parti. Vide Budæum in anno. poſter. in l.ab accuſatione. tit. ad S.C.Turpil.

4. *In crimine Apoſtaſiæ.*

* *tex. inceſſeo*

Præſcriptio criminum regulariter 20. annos requirit.

feratur. In tantum autem contrà huiuſcemodi ſacrilegia (cùm alia crimina vſque ad 20. annum regulariter porrigantur, vt C. ad l. cor. de fal. l. querela) perpetuari volumus actionem, vt vniuerſis ab inteſtato venientibus, etiam poſt mortem peccantis abſolutam vocem inſimulationis* congruæ nõ negemus. Nec id patiemur obſtare, ſi nihil in cõteſtatióne dicatur viuente prophano productum. Sed ne huius interpretatio criminis latius in incerto vagetur errore, eos præſentib. inſectamur oraculis, qui nomine Chriſtianitatis imbuti ſacrificia ſacrilega vel fecerint, vel facienda mandauerint. quorum etiam poſt mortem com probata perfidia, hac ratione plectenda eſt, vt donationibus teſtamentiſq́; reſciſsis, hi, quibus hoc defertur legitima ſucceſsione huiuſmodi perſonarum hæreditate potiantur. Quintus eſt, cùm accuſatur Chriſtianus, quod cõtraxerit cum Iudæa, vel è contra. C. de Iudęis l. ne quis Chriſtianam mulierem

** aliàs, cõgruam*

5\. *Si cõtrahat Chriſtianus cũ Iudæa.*

lierem Iudæus accipiat in matrimonium, nec Chriſtianus Iudæę matrimonium, vel cõiugium ſortiatur: Nam ſi quis aliquod crimen huiuſmodi fecerit, adulterij vicem commiſsi, huiuſmodi crimen obtinebit, libertate accuſandi publicis quoq; vocibus relaxata. [a]Alij addunt ſextum caſum, ſcilicet cùm maritus accuſat vxorem ſuam de adulterio iure mariti. Sed hunc caſum non excipio per decret. extra de Procur. c. tuæ*fraternit. vbi dicitur. quòd ſi vir accuſat vxorẽ ſuam de adulterio coram iudice Eccleſiaſtico, ad thori ſeparationem, & ſi debeat inſcribere, vt deſignet in ſcriptis crimen, locum, & tempus, & alia, quæ comprehenduntur in iure ciuili: non tamen debet ſe ad pœnam talionis obligare, quia ſic haberet intentionem ſuam, & ſi deficeret in probatione. Sequitur videre, quis poſsit accuſare. Ad quod ſciendum eſt, quòd crimina quædam ſunt priuata, vt crimen furti, iniuriarũ, abigeatus, & ſimi-

6. *Maritus accuſans de adult.*

a Quod non permittitur in aliis ſpeciebus adulterii. l. patr. & l. vlti. ad l. Iul. de adul.

** Huius loci ſenſus eſt, quod in eccleſiaſtico foro citra inſcriptionẽ: in ciuili autẽ cum inſcriptiõe procedendũ ſit. Cui contrarium eſt, quod dicitur in l. quãuis ii. C. de adult*

§. 6 *Delicta priuata.*

ſimilia. ad horum accuſationem
nõ admittitur, niſi cuius intereſt,
vt ff. de priua. delict. l. 1. & per to-
tum tit. Quædam verò ſunt pub-
Publica. lica, ſicut homicidiũ, adulterium,
crimen læſę maieſtatis, & ſimilia:
ad quorum accuſationem contra
Laicos admittitur quilibet de po-
pulo, & nõ contra Clericos, dum-
modo ſint integræ famæ. vt In-
ſtit. de publicis iudi. in prin. Pub-
lica autem dicta ſunt, quòd cuiuis
ex populo exequutio eorum ple-
Infames accuſare non poſſunt. runq; datur. Infames autem & cri-
minoſi ab accuſatione ſecundum
Canones repellũtur. vt 2. q. 7. vbi
dicitur. quærẽdum eſt in iudicio,
cuius ſit conuerſationis & fidei is,
qui accuſat, & is, qui accuſatur:
quoniam hi, qui non ſunt bonæ
fidei, vel conuerſationis, & quo-
rum vita eſt accuſabilis, quorum-
que vita, fides & libertas neſcitur:
non permittuntur maiores natu
accuſare: neque viles perſonæ in
eorum accuſatione recipiuntur.
Ad idem ead. cau. & ead. q. c. Si qui
ſunt. vbi dicitur. ſi qui ſunt vitu-
perato-

peratores, vel accuſatores Epiſcoporum, aut reliquorum ſacerdotum: non oportet eos à iudicibus Eccleſiæ audiri, antequam eorum diſcutiatur exiſtimationis ſuſpitio, vel opinio, & qua intentione, qua fide, qua vita, qua cõſcientia, quo merito, ſiue pro Deo, aut pro vana gloria, aut pro inimicitia, vel odio, vel cupiditate iſta præſumpſerint. Ad idẽ 6.q.1. vbi dicitur. Infames perſonas eas credimus, quæ pro aliqua culpa notant̃ infamia, & omnes qui Chriſtianæ religionis normam ſpontè abijciunt, & ſtatuta Eccleſiæ contemnunt: Similiter fures, ſacrilegos, & omnes criminibus capitalibus irretitos, ſepulchrorumque violatores, & omnes qui aduerſus patres calumniosè armantur, qui in omni mundo infamia notantur: Similiter & inceſtuoſos, homicidas, piuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis publicis fugientes, & qui indigna ſibi petunt loca *teneri, aut facultates iniuſtè auferũt Eccleſiæ, aut

Perſonarũ quæ ad accuſandũ nõ admittuntur catalogus.

* *aliàs, tenere.*

qui fratres calumniantur, aut accuſant & nō probant, aut qui contra innocentes Principū animum ad iracundiam prouocant,& omnes anathematizatos, vel pro ſuis ſceleribus ab Eccleſia repulſos, & omnes quos Eccleſiæ, vel ſeculi leges infames ꝓnunciant. Hi nimirum omnes: nec ſerui ante legitimam libertatē, nec pœnitentes, nec digami, nec illi qui curiæ deſeruiunt,vel qui non ſunt integri corpore,aut ſanam nō habent mentem,aut intellectum,aut ſanctorum patrū decretis inobedientes exiſtunt, aut qui furioſi manifeſtantur: hi omnes inquam, nec ad ſacros gradus debent prouehi, nec iſti, nec liberti, nec ſuſpecti, nec rectam fidē vel dignā conuerſationē non habentes ſummos ſacerdotes poſſunt accuſare, nec ad accuſationem ſeu teſtificationem vllatenus poſſunt recipi. nec ad accuſationē vel atteſtationē vllatenus admitti. Nota tamen, quòd infamis infamem accuſare nō poteſt, aut criminoſos criminoſus, vt

Neque infamis infamem accuſare poteſt.

vt 32. q. 6. nihil iniquius, quàm cauſa fornicationis virum dimittere vxorem, ſi & ipſe cõuincitur fornicari, occurrit enim illud, in quo alium iudicas, teipſum condemnas: etenim eadẽ agis, quæ tu iudicas. Quapropter ſi quis fornicationis cauſſa vult abijcere vxorem ſuam, priùs debet à fornicatione purgatus eſſe. quod ſimiliter & de fœmina dixerim. Ad idẽ 3. q. 7. c. Iudicet. vbi dicitur. iudicet ille de alterius errore, qui non habet in ſeipſo, quod cõdemnet. Iudicet ille, qui nõ agit eadẽ, quæ in alio putauerit eſſe puniẽda: ne cùm de alio iudicet, in ſeipſum ferat ſententiã. Sup. eſt tit. de off. aduoc. in fin. Ad idem C. ad l. Iul. de adult. l. Quoniã Alexandrum. Sed fit[a] argumentum à contrario ſenſu 2. q. 7. c. alieni. vbi dicit. quod infames non permittuntur impetere rectè credentes, & ſanctorum patrum ſanctionibus obtemperantes. ergo è diuerſo infames & hæreticos poſſunt impetere. ſed dici poteſt, quod ſpeciale ſit,

[a] Argumentatio à ſenſu contrario frequens in iure. l. cùm lex. de legib. l. 1. §. huius rei de offi. eius cui mand. eſt iuriſd. l. ex eo. de teſtib. l. qui teſtamento §. mulier. de teſtam.

infames poſſe accuſare hæreticos, & hoc propter criminum magnitudinem. Itē ſpeciale eſt in Epiſcopo, qui Clericos ſuos familiares non poteſt repellere obiectu criminis, ſi ab eis fuerit accuſatus, vt extra de accuſa.c. Nullus. & hæc ratio eſt, quia nō debet prauos homines habere familiares. vt 2. q. 7. vbi dicitur. Cùm paſtoris vita exemplo debeat eſſe diſcipulis: vt plurimum clerici qualis in ſecreto ſit vita Pontificis ſui neſciunt: quā tamen ſeculares pueri ſciunt. De qua re præſenti decreto ſtatuimus, vt quidam[a] ex Clericis vel etiam ex Monachis electi miniſterio cubiculi Pōtificalis obſequantur: vt is, qui in loco regiminis eſt tales habeat teſtes, qui veram eius in ſecreto videant conuerſationem, & ex ſedula viſione exemplum ꝓfectus aſſumant. Et ſic patet quod criminoſus poteſt repelli obiectu criminis. Sed obſtat adhuc extra de except.c. à nobis. vbi videtur hoc innui à cōtrario ſenſu, quòd excommunicatus maiori ex-

Epiſcoporum contubernia.

a non fœminæ. vt C. de Epiſc. & cle. l. eum qui Auth. Epiſcopo. & paſſim in Canonib.

ri excommunicatione, nō poteſt repellere excommunicatum minori excommunicatione à ſua accuſatione. ſed ibi ſupple. (maxime) Item argumentor contra 3.q. fina.c. neganda eſt accuſatis licentia criminandi (niſi ſuas, ſuorumque iniurias perſequantur) in pari vel minori crimine, priùs quàm ſe crimine, quo premuntur, exuerint. Et ita patet, quòd ſi de maiori crimine accuſatorem accuſare voluerit accuſatus, bene poteſt. verbi gratia, ſi accuſatus de fornicatione, voluerit de periurio, vel homicidio, vel ſymonia, vel ſimili crimine accuſatorem impetere, bene poteſt. vt 3. q. fin. c. non eſt §. Hoc autem. vbi dicitur idem. & in illo c. prius eſt, quod eſt j, titul. de incidentib. quæſti. §.2. qui incipit. Si verò ex vtraque parte, &c. Nota tamen, quod eſt ibi pro lege. Ad hoc reſpondetur, quòd aliud eſt in accuſatione, aliud in exceptione: quoniam obſtat crimen in accuſatione, vt in præalleg. prox. c. In exceptione verò

Accuſatus de minori crimine poteſt accuſantem de maiori reconuenire.

non obſtat. vt 6. q.1. Qui crimen intendit. & infrà quoque eſt tit. de inciden. quæſt. verſus finem.

In criminibus exceptis admittuntur infames.

Nota tamen, quòd in criminibus exceptis admittuntur infames, ſi ſuam ſuorumque iniuriam perſequantur. D. de adulter. l. maritus §. lex Iulia. vbi dicitur. nec enim præſcriptio obijcitur ſuam iniuriam vindicanti. Ad idem 4. q. 6. vbi dicitur. Omnibus enim quibus accuſatio denegatur, in cauſis proprijs accuſandi licentia nõ eſt deneganda.

Crimina excepta quæ & quot: in quibus tamẽ inimici nullo modo audiuntur.

Crimina excepta ſunt hæc, crimen læſæ maieſtatis, perduellionis, crimen hæreſeos, ſymoniæ, ſacrilegij, & ſecundum quoſdam, crimẽ fraudati cenſus, vel annonæ. In his quidem criminibus, Clerici contra Laicos, & è contra, indifferẽter admittuntur, tam ad accuſandum, quàm ad teſtificandum, nec repelluntur ratione criminis, vel infamiæ: niſi ſint conſpiratores, vel inimici capitales: quoniam tales in nullo caſu audiuntur, nec contra Laicos, nec cõtra Clericos. vt extra de ſen.

& re

&reiud.c.Cùm 1. & a.in fine, vbi dicitur. quòd conſpiratores non debent admitti contra Abbatem quendam, qui accuſabatur ſuper ſymonia,& dilapidatione, & periurio. Ad idem extra de ſymo. licet Heli, & c.per tuas,verſus finẽ vtriuſque cap. in quibus idem dicitur. Circa Clericorum verò accuſationes, excluſis quorundam magiſtrorum opinionibus,ita tenendum eſt, quòd nullus admittatur, niſi ſit Clericus, vel eſſe poſsit illius ordinis, cuius eſt, qui accuſatur. vnde criminoſi & infames, & cæteri irregulares, qui ſacerdotes eſſe non poſſunt, eos accuſare non valent. vt 2.q.7.c. Nullus. vbi dicitur. nullus Laicus audeat Clerico crimen inferre, quaſi diceret: Laico nõ licet quemlibet Clericum accuſare. & c. teſtes 2.q. 7.& 6.q.1. c.qui crimen intendit. Laici verò nullo modo poſſunt Clericos accuſare: niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam perſequãtur. vt extra de teſtibus.c.de cætero Laicos contra Clericos,& maximè in *Auctoris ſententia de clericorum accuſationibus.*

criminali cauſa, nõ eſſe aliquatenus admittendos, cenſura ſacrorum Canonum manifeſtiùs edocet, niſi forte ſuam, ſuorumq́ue iniuriam perſequantur. neq; tunc etiam ad teſtimonium, ſed ad accuſationem poſſunt admitti. Et hoc in criminibus exceptis ſuperiùs nominatis, ſi tamen laici fuerint bonæ vitæ & famæ integræ: aliter nõ eſſent crimina excepta. Si verò Laici ſunt criminoſi irregulares, vel infames, non admittuntur ad Clericorum accuſationem, niſi mala fama reſperſi ſint ipſi Clerici. Hæc omnia habes extra de ſymo. vbi dicitur. tanta eſt labes huius criminis, quod etiam ſeruus aduerſus dominum, & etiam quilibet criminoſi admittuntur ad accuſationem huiuſmodi criminis. Ad idem 2.q.1.c. In primis. verſ. quod autem dicitur de ſeruis. & extra de ſymonia c. per tuas. eo ſemper ſaluo, quòd capitales inimici, ſeu conſpiratores in nullo caſu cõtra Clericos admittuntur, ſicut ſuprà dictum eſt. Et omnia

Symoniæ crimẽ facit, vt criminoſus aduerſus criminoſum admittatur.

ōmnia quæ dicta ſunt de accuſa- *Extenſio.*
tione Clericorũ, intelligas quoque in accuſatione Monachorum & Monacharum locum habere, vt extra de accuſ.c. meminimus. vbi dicitur, quòd quædam monacha accuſata fuit de ſymonia, inſtituta accuſatione corã legitimo numero Epiſcoporum, qui numerus habetur ſuprà de off. iud. deleg. in fine. Si verò reus non venerit ad iudicium, procedendum eſt contra eum, ſicut notauimus in tit. de contum. & non veni. ad iudicium. Si autem datis legitimis inducijs venerit, & lit. conteſt. facta fuerit, cõuictus vel confeſſus, pœna legitima feriatur. vt 3. q. 9. vbi dicitur. decernimus intra veſtram prouinciam debere eſſe iudicium, & congregare Synodum ante diem Calendarum nouembrium, vt ſi voluerit accuſatus adeſſe, præſens (ſi confidit) ad obiecta reſpondeat. Si verò adeſſe neglexerit, dilationem ſententiæ de ſua abſentia nõ lucretur. Ad idem extra de confeſsis. c. Cùm ſuper

accuſatione. vbi dicit. quòd quidam confeſſus eſt ſe cõmiſiſſe ſymoniam, quòd acceperit obligationé 50. Sarrazenorum, [a]vt conſentiret electioni cuiuſdam. vnde fuit ſuſpenſus ab officio, &c. Si autem [b]certa pœna nõ inuenitur expreſſa à lege de crimine, iudicis arbitrio ſtatuitur, vt dictũ eſt. Suprà eo. tit. Et nota ſiue crimen ſit publicũ ſiue priuatum, ſi criminaliter agatur, cõdemnatus infamis efficitur. Si verò ciuiliter agatur, ſed eiuſmodi actione, quæ infamat: & illo caſu infamis erit. Si verò ciuiliter agatur, nec actio ne famoſa, puta interdicto aliquo: condemnatus non efficitur infamis: quia nullum interdictũ infamat. vt D. de vi & vi arma. l. neq; vnde vi. Et in ſumma notabis, quòd in cauſſa criminali claræ debent eſſe ꝓbationes. vt 2. q. 3. c. 1. vbi dicitur. Si quis cõtra huiuſmodi [c]perſonas de crimine accuſatus, non ꝓbandas detulerit querelas, accuſator auctoritate huius ſanctiõis intelligat ſe iacturã ſuſtinere infamiæ,

a At hodie ex beneficiorum ceßionibus, nominationibus, electionũ ſuffragiis, & miniſteriorum ſacramentorũq; adminiſtratione nõ ſolùm emolumenta percipiunt, & (quod deteri9 eſt) pecuniã mutatis ac ſuppreßis genuinis nominib. paciſcuntur, verùmetiã id ſpecioſo canonicæ permißionis fuco, & apoſtolicæ ſedis titulo inumbratũ & publicè agere, & ſuo quodã iure defendere non deſiſtunt.

b Si certa pœna non ſit à lege expreßa.

c Probationes in criminalib. debẽt eßæ luce clariores.

famiæ. Ad idem 2.q.3.c. penul. & 5.q.vlt.Epiphaniũ. & C. de ꝓbat. l.fi.vbi dicitur.Sciant cuncti accuſatores, eam rem debere in publicam notioné ſe deferre, quæ munita ſit teſtib. idoneis, vel inſtructa apertiſsimis documentis, vel indicijs ad ꝓbationem indubitatis, & luce clariorib.expedita.[d]Itẽ nota, quòd qualitercunq; agatur de crimine contra aliquem, ſi fuerit mala fama reſperſus, licet conuictus nõ ſit, vel confeſſus, ad purgationẽ tamen eſt cogendus Canonicam. vt extra de accuſ.c.Cum p.& extra de teſtibus c.tam literis. vbi dicitur. quòd cõtra quendam Clericum obiectũ fuit, quòd con traxerat cum quadam vidua,& nõ potuerat talis irregularitas probari: nihilominus indicitur ei purgatio. vt extra de purgat. cano.c. accedens, & c. Cum dilectis. Imò ex ſola ſuſpitione videtur purgatio Canonica indicenda. extra de off. iudi. ord. c. ex parte, in fine. vbi dicitur de ijs, qui ſunt Romipetę, & adeunt Romam ad petendum

d Purgatio indicenda, cùm quis mala fama laborat, nec conuictus eſt.

dum abſolutionem, quòd ſi non conſtiterit Epiſcopo, vtrum veritatem confeſsi ſint Domino Papæ: ipſos debet Epiſcopus compellere ad purgationem, quod veritatem confeſsi ſint. Item nota, quòd ſi tales in purgatione defecerint, tanquam conuicti de illo crimine debent puniri, vt in illo d. c. Cum. p. vbi dicitur. quòd ſi purgans ſe, in purgatione defecerit, omni beneficio & officio Eccleſiaſtico priuetur. vt extra de ſymo. c. de hoc. & extra eod. titul. c. Inſinuatum. ſed ſi infamatus non eſt, in nullo caſu compellẽdus eſt ad purgationem. vt 6. q. fi. c. fi. vbi dicitur. quòd accuſatus nõ negationes, ſed exceptiones probare debet. Hoc autem ſeruandum eſt, quando reũ publica fama vexat: tunc enim auctoritate Gregorij Papæ propter ſcandalũ remouendum, famam ſuam reum purgare oportet. In crimine verò notorio purgatio non eſt indicenda, nec oblata ſuſcipienda: quoniam abſque probatione poteſt condem-

In purgatione deficiens pro conuicto habetur.

Infamatio debet purgationem præcedere.

demnari. vt extra de purg. can.c. Cum dilectus, & extra de accuſ.c. euidentia. Suprà eſt in princ. huius tit. Reus ad iudicium vocatus.

Titul. IX.
DE LIBELLORVM FORMATIONE, ET primùm de libello accuſationis.

QVoniam reo vocato ad iudicium, debet libellus offerri, in quo certificãdus eſt reus, quid ei obijciatur, vel quid ab eo petatur: vt tunc habitis inducijs deliberet, vtrum velit cedere, vel contendere.3.q.3.induciæ:§.offeratur. vbi dicitur. offeratur ei libellus, qui ad iudicium vocatur, & exinde ſportulis præbitis,& data fideiuſsione,(ita tamẽ ſi natura negotij ſit, quod fideiuſſor dari debeat) 20. dierum gaudeat inducijs: in quibus deliberet, an cedat, vel contendat: an alium iudici petat aſſociari, vel recuſet eum: niſi ſit ipſe, quem iam alio recuſato petijt.

petijt. Denique idem præſens interrogetur, an hoc tẽpus (nempe 20. dierum) tranſierit: quod non ipſius tantùm reſponſione, ſed etiam libelli ſubſcriptione manifeſtatur, quam in initio facere debet. Litis ergo conteſtatio contra hoc edictum habita, pro nulla eſt habenda. De libellorũ formatione in hoc loco tractemus, & primò de libello accuſatiõis: qui ita formandus eſt, quod dies, & menſis, & annus dati libelli, & nomen iudicum, quibus conqueritur: & principis tunc reſidentis: & nomen perſonæ, quæ accuſatur: & eius, cum quo deliquiſſe ꝓponitur: Crimen item ipſum; & annus & locus, in quo illud crimen fertur admiſſum, exprimatur. Diem autem aut horam cõmiſsi criminis, nemo accuſator cogitur in libello accuſatiõis ponere. Erit ergo forma huius libelli talis: Anno ab incarnatione Domini M.CC. XXVII. temporib. dñi Papę Honorij Tertij, pontificatus eius anno 5. menſe Ianuarij. Ego Petrus Dia-

Contenta in lib. accuſat.

Pulchra libelli accuſationis formula.

Diaconus accuſo A. presbyterum Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Capellanum,apud vos domine Pariſiēſis Epiſcope: quòd dico eum commiſiſſe adulteriū cum Berta,vxore Titij, in ciuitate Pariſiēnſi, & domo Maxi.menſe Decemb.proximè pręterito.vnde peto dictum Presbyterum à ſacerdotali ordine deponendum:& ſi calumniosè hanc inſtituo accuſationē, ad pœnam talionis me obligo, & hanc accuſationem me legitimè probaturum promitto. Et quod ita formandus ſit libellus accuſationis, ꝓbatur per multa iura.vt 2.q.vlti. c.Per ſcripta.§. libellorum inſcriptionis,id eſt,accuſationis, cōceptio talis eſt.Et cōſul & dies.Apud illum Prætoré,vel conſulē Lucius Titius ꝓfeſſus eſt,ſe Mæuiam lege Iulia de adulterijs, ream deferre, quòd dicit eam cum Gaio Seio in ciuitate Pariſienſi, in domo Martini,menſe Nouembri,Conſulib. talib. cōmiſiſſe adulterium. vtiq; eñ & locus deſignādus eſt,in quo adulterium cōmiſſum eſt: & perſona

ſona cum qua admiſſum dicitur;
& menſis. Hoc enim l. Iul. Publi-
corum iudiciorum cauetur,& ge-
neraliter pręcipitur omnibus,qui
reum deferunt, ne* aut diem vel
horā inuiti cōprehendant. Quòd
ſi autem libelli inſcriptionum le-
gitimè oidinati non fuerint, rei
nomen aboletur,& ex integro re-
petendi,id eſt, accuſandi reum po
teſtas erit. Item ſubſcribere*debet
is,qui dat libellum, ſe profeſſum
eſſe,vel alius pro eo, ſi literas neſ-
ciat,profiteatur, ſe velle proſequi
accuſationem. Sed ſi aliud crimen
obijciat, veluti quòd domū ſuam
præbuit, vt ſtuprum materfami-
lias pateretur: vel quòd adulterū
deprehenſum dimiſerit: vel quòd
pretium pro comperto ſtupro re-
ceperit,vel ſi quid ſimile:idipſum
in libello comprehendēdum eſt.
Si autem accuſator deceſſerit,alia-
úe cauſa eum impedierit, quo mi-
nus accuſare poſsit, & ſi quid eſt
ſimile,nomen rei aboletur, poſtu
lante reo,quod & lege Iulia, & ſe-
natuſconſulto cautū eſt.Ita,quòd
alij

* *tex. Neq; autē diē, neq; horā inuitus comprehenderet.*

* *aliàs,inſcribere*

alij liceat ex integro repetere eũ, Sed intra quod tépus videamus. Et vtiq; 30. dies vtiles obſeruandi ſunt. Hoc totum habes ff. de accu ſat. l. 3. & l. ſi cui. & extra de procur. c. tuæ fraternitatis. vbi dicitur. quòd accuſans debet inſcribere ſe ad pœnam talionis. Etſi de pluribus criminibus voluerit accuſator accuſare, ſingula (ſicut dictum eſt) in libello deſignet, vt accuſatũ certum reddere poſſit, ſuper quibus accuſetur. Et quod in vno libello poſſit de pluribus criminibus accuſari, habes extra de ſymo. c. licet Heli. & c. per tuas. Et de ſent. & re iud. Cum i. & a. Et nota, quòd vnus debet eſſe tantùm, qui accuſat. & ſi plures ad accuſandũ ſe offerant, iudex magis idoneum eligat. vt ff. de accuſat. l. ſi plures. vbi dicitur. ſi plures exiſtant, qui vnũ & eundẽ in publicis iudicijs accuſare velint: iudex debet eligere eũ, qui accuſet, cauſa ſcilicet cognita, æſtimatis accuſatorum perſonis, vel dignitate, vel eo, cuius intereſt, ſi ſit propinquus,

Plures accuſationes in eodẽ libello cumulari poſſunt, vnus tamen accuſare debet.

quus, vel conſanguineus illius, vel ætate, vel moribus, vel alia iuſta de cauſſa. Item nota, quòd nemo debet admitti ad accuſationem, niſi det fideiuſſorem de lite proſequēda. vt C. qui accuſa. non poſſ. l. qui crimen publicū inſtituere properant, nō aliter ad hoc admittantur, niſi priùs inſcriptionum pagina pceſſerit, & fideiuſſor de exercēda lite adhibitus fuerit.

Accuſans cauet de lite proſequenda.

Titul. X.

DE LIBELLO CONVENTIONALI IN POSſeſſorio, & primùm recuperandæ poſſeſsionis.

Libellus alius eſt accuſationis, de quo tractatum eſt. Suprà titul. prox. qui datur in criminalibus cauſis. Alius conuentionalis, qui datur in ciuilibus cauſis, tam ſpiritualibus, quàm pecuniarijs, de quo in ſequentibus titulis tractabimus. Sed quia in cauſis ciuilibus interdum agitur petitorio, interdum poſſeſſorio: & eſt ordinariū, [a] vt cauſa poſſeſsionis priùs

a Poſſeſſoriū præcedit petitorium: & commodiùs eſt poſſidere, quàm petere.

priùs tractetur, quàm ꝓprietatis. vt C. de rei vend. l. ordinarij iuris eſt, vt mancipiorũ orta quęſtione priùs exhibitis mancipijs, de poſſeſsione iudicet, ac tunc demùm proprietatis cauſſa ab eodẽ iudice decidatur. Quia ad hoc agitur cauſa poſſeſsionis, vt ordinetur cauſa ꝓprietatis, & hoc ideo, quia ſicut ait iuriſconſultus, qui rem petere deſtinauit, videre debet an aliquo interdicto poſsit nanciſci poſſeſſionẽ, quoniam commodius eſt rem poſsidere, quàm poſſeſsionẽ petere. vt ff. de rei vind. l. is, qui deſtinauerit rem petere, animaduertere debet, an aliquo interdicto poſsit nanciſci poſſeſsionem, quoniã longè cõmodius eſt poſſidere, & aduerſariũ ſuum ad onera petitoris compellere, q̃ ab alio poſsidente rem petere. Ideo de libello recuperãdę, adipiſcẽdæ & retinendę, vel defendẽdę poſſeſsionis, primo loco decidat.[b] Priùs autem notãdum eſt, quod generaliter obtinet, quod in omni libello debet contineri perſona iudicis,

b In libello conuentionali contineri debent quatuor.

actoris, rei, & id quod petitur, cũ certis indicijs. vt ff. de rei vind. l. ſi in rem aliquis agat, debet deſignare rem: & vtrum totã, an partem, *vel quotam partem petat. appellatio enim rei, nõ genus, ſed ſpeciem ſignat. Octauenus ita definit, quòd infectæ quidem materiæ pondus, ſignatæ verò numerum, factæ autẽ ſpeciem dici oportet. ſed & menſura dicenda erit, cùm res menſura cõtinebitur. Et ſi veſtimenta noſtra eſſe, vel dari oportere nobis *petamus: vtrum numerum eorum dicere debebimus, an colorem? & magis eſt, vt vtrumque. Nam illud inhumanũ eſt, cogi nos dicere, trita ſint, an noua: quamuis & in vaſis occurrat difficultas, vtrum lancem duntaxat dici oporteat, an etiam quadrata, vel rotunda, pura, vel cælata ſit: quæ omnia in petitionibus adijcere difficile eſt. Nec iſta res ita eſt coarctanda: licet in homine petendo nomen dici debeat, & vtrum puer ſit, an adoleſcens: vtiq; ſi plures ſint. Sed ſi nomen

L. ſi in rem. ff. de rei vend.

* *tex. editus, &*

* *aliàs, dicamus*

men eius ignoremus* demonſtratione tali, quæ vice proprij nominis fungitur, vtendum erit; veluti: ſeruus qui ex illa hæreditate, vel qui ex illa ancilla natus eſt. Itẽ fundum petiturus, & nomen eius, & quo loco ſit, dicere debebit. vt extra de libel. oblat. c. ſignificantibus. vbi dicitur. Quidam cum ſuis ſororibus petijt à duobus fratribus quaſdam vineas, & terras arabiles, & prata quædam, coram iudice deleg. & cùm plures haberent terras, vineas, & prata: petierunt ea ſibi ſpecialiter oſtẽdi. noluerunt iudices ſentẽtiare, vtrum deberent habere inſpectionẽ, vel nõ. propter hoc fratres duo à manifeſto grauamine appellarũt. Papa approbat appellationẽ talem. Sed vtrum cauſa in libello ſit exprimenda? & ſecundum Pilæum cauſſa petendi debet aſsignari. vt ff. de except. rei iudi. l. & an eadem

tex. demõſtratione eius vtendũ erit: veluti, &c.

Cauſa actionis in libello quãdo exprimenda ſit.

§. Actiones in perſonam ab actionibus in rem in hoc differunt, quòd cùm eadem res ab eodem mihi debeatur, ſingulas obliga-

tiones ſingulæ cauſæ ſequuntur, nec vlla earũ cauſarum * petitione alterius viciatur. ª at cùm in rem ago, nõ expreſſa cauſa, ex qua rem meam eſſe dico: omnes cauſæ in vna petitione comprehendun tur. Non enim ampliùs quàm ſemel, res mea eſſe poteſt: ſæpiùs autem deberi poteſt. Ad idem extra de libelli ob. c. dilecti filij. vbi ponitur talis caſus. fratres Eccleſiæ ſanctę Genouefę, petebant quandam ſummam pecuniæ à fratribus ſancti Victoris, nulla cauſſa adiecta. Reſponderũt fratres ſancti Victoris excipiendo, quòd nõ tenebãtur reſpondere, ex quo fratres ſanctæ Genouefæ nõ expreſſerant cauſſam. Iudices exceptionem non admiſerunt. fratres ſancti Victoris appellauerunt. Dominus Papa approbat appellationem. Et ita patet, quod debeat quis exprimere cauſſam in perſonali actione. Ad idem C. de petit. hær. l. hæreditas. vbi deciditur: & ſi accuſans ab vna cauſa in teſtamento patris ſuccubuerit, nihilominus

* *aliàs, obiectione*

ª *Nota, quòd agẽti actione in perſonam ex alia cauſa in eadem re exceptio rei iudicatæ nõ obiicitur. Si verò agatur actione in rẽ, & antè reus abſolutus fuerit, aut quia nõ poßidebat: aut quia actor ius nõ habebat in re petita. Priore caſu ſi poſteà poßeßionem nanciſcatur reus, nõ obſtabit actori exceptio rei iudicatæ, vt C. ad exhib. l. neq; ad exhibendũ. Poſteriore caſu diſtinguenda & cõſiderãda eſt ratio pronunciandi. Nã ſi iudex ita ſententiã tulit. Dico rem iſtã rei ipſius eſſe, obſtabit exceptio. Si autem pronũciauerit. Rẽ iſtius nõ eße. non obſtabit exceptio. vt D. de exc. rei iu-*

minus agere poterit ex alia cauſa. [b]Cautus tamen debet eſſe reus; vt ſi actor in reali actione non exprimat cauſſam, ne petat exprimi: ſi enim non expreſſerit, intelligitur totum ius ſuum in iudicium deduxiſſe. Licet ſecùs ſit in actione perſonali, tunc enim reus debet petere cauſam exprimi, qua petit rem actor. Non enim omnino intelligitur tunc actor ius ſuum in iudicium deduxiſſe. vt ff. de except. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones. Suprà eſt allegata. Ad idem extra de probat. c. licet. vbi reprehenduntur teſtes Fauentinorum, quòd non aſsignauerunt titulum ſuæ poſſeſsionis, de diſtrictu & honore: quod commune Fauent. volebat probare ad ſe tantùm pertinere, contra Eccleſiam Rauennatem. [c]Contrarium dicitur C. de anna. excep. l. vlt. circa medium. vbi dicitur. ſi quis generaliter dixerit, obnoxium aliquem ſibi cõſtitutum: aliæ dubitationes emergebãt, ſi omnes actiones cõpetentes

di. l. ſi inter me et te. & D. de Procur. l. Pomponius §. ſed & is.

b Cautela rei.

c Quãdo ſine cauſæ adiectione libellus ſubſiſtat.

Quòd ſine cauſa adiectiõe libellus ſubſiſtat.

credantur huiuſmodi narrationê contineri: an vero quaſi ſilentio circa eas habito, tempore expirare, nullo ex incerta libelli confectione adminiculo ei acquiſito? Sancimus itaque, nullum in iudicijs in poſterū locum habere talem confuſionem: ſed qui * obnoxium in iudicio proclamauerit, & libellum conuentionis ei transmiſerit, licet generaliter nullius cauſę mentionem habentem, vel vnius quidem ſpecialiter, tantummodò autē perſonales actiones aut hypothecarias continentem: nihilominus videri ius ſuum omne in iudicium deduxiſſe, & eſſe interrupta temporum curricula: cùm cōtra deſides homines, ac ſui iuris contemptores odioſæ exceptiones oppoſitæ ſunt. Sed iſta lex loquitur quoad recuperandas actiones, & ideo præualet opinio domini Pilæi, aſſerentis, quòd cauſa petitionis debet inſeri. Formatur igitur libellus recuperandæ poſſeſsionis hoc modo: Vobis Domine Pariſiēſis Epiſcope,

*tex. obnoxium ſuum in iudicium clamauerit.

Forma libelli recuperandæ poſſeſſionis.

pe, Ego Titius conqueror de Seio, qui me ſpoliauit poſſeſsione rerum mearum talium, vel vi deiecit. vnde poſſeſsionem rerum talium, cum fructibus inde perceptis, vel qui percipi potuerunt, mihi reſtitui peto. Vel ſic. vnde tam de poſſeſsione, vel quaſi poſſeſsione, quàm de fructibus à tali tempore inde perceptis, & quæ percipi potuerunt, iuſtitiam peto cum pœna legali: De quaſi poſſeſſione in libello ideo dixi propter iura incorporalia, quæ non poſsidentur, ſed quaſi poſsidentur. vt extra de cauſa poſ. & prop. c. cum eccleſia. vbi dominus Papa reſtituit quoſdam in quaſi poſſeſsionem, in qua fuerant olim, vt intereſſent electiõi Epiſcopi in Eccleſia Sutrina. Ad idem ff. de ſer. vrb. præd. l. ſi ædes. §. ſi libertas. vbi dicitur. quòd natura ſeruitutis eſt vt poſsideri non poſsit, ſed quaſi poſsideri intelligatur. ff. de vſucap. l. 4. §. ſi viã. Et nota, quòd ſi Prælatus, vel Syndicus, vel actor petierit rem Eccleſię aliquam ſibi

reſtitui, vel adiudicari, debet formare libellum nomine ipſius Eccleſiæ, & nõ nomine ſuo, & idem debet Syndicus facere & actor vniuerſitatis. vt C. de epiſc. & cler. autent. ſed hodie. vbi dicitur. ſed hodie nulla perſona in * officio eccleſiaſtico conſtituta, in qualibet cauſſa criminali vel pecuniaria cuiuſcunque quantitatis, vel conditionis, ſiue diaconiſſa, ſiue monachus, vel aſcetria, vel Monacha, omnes nomine ſuo petere non poſſunt: cùm nullam habeant actionem neq; vtilem, neque directam.& ff. de rei ven.l. In rem actio. vbi dicitur. Item loca ſacra vel religioſa, quaſi noſtra in rem actione peti non poſſunt. Dic igitur ſic. vobis talibus iudicibus conqueror ego Syndicus talis Eccleſiæ, de Seio, qui ſpoliauit ipſam Eccleſiam poſſeſsione talis vineæ. vnde ipſam vineam cum fructibus inde perceptis, mihi nomine Eccleſiæ peto reſtitui. Et ſic de cæteris.

Syndicus quomodo formet libellum.

**aliàs, iudicio*

Hoc verbũ. vt noſtra, diſsoluit paſſim antinomias in iſthac materia, quia poſsunt peti nomine Eccleſiæ, & vt Eccleſiæ: nõ vt noſtra.

Titul.

Titul. XI.

DE LIBELLO ADIPISCENDAE POSſeſsionis.

INterdũ vult quis nanciſci poſſeſsionem illius rei, quam nunquam habuit; puta quòd dicit ſe electum talis Eccleſiæ. Sed nunquam fuit in poſſeſsione, quamuis fuerit confirmatus. vel dicit ſe legitimum hæredẽ ſcriptum alicuius, cùm hæreditatem detineat alter: tunc debet formare libellum. vobis Pariſienſis Epiſcope, conqueror ego Robertus Diaconus, electus in Archipresbyterum plebis S.Martini, de Lucio presbytero, qui iniuſtè detinet Eccleſiã illam, vel prælationẽ Eccleſiæ illius. vnde peto per vos illũ amoueri, & me in poſſeſſ. vel quaſi poſſeſſ. induci: & inductum tueri. vel ſic: Ego talis clericus in canonicũ talis Eccleſiæ electus, peto induci in poſſeſſ. vel quaſi poſſeſſ. canonicè eiuſdẽ Eccleſiæ, & inductus tueri, per vos domine Pariſienſis Epiſ-

Forma libelli in poſſeſſorio adipiſcendo.

Epiſcope: petoq́ue mihi in d. Eccleſia locum aſsignari in capitulo, & ſtallum in choro, & cætera quæ alij canonici in eadem Eccleſia percipere vel habere cõſueuerunt. Eodem modo formatur libellus ſi poſſeſsionem hæreditatis vel alterius rei pertinẽtis ad ſe velit acquirere. & ad hoc pertinent omnia interdicta de acquirenda vel adipiſcenda poſſeſsione. Et nota, quòd cùm quis agit vt poſſeſsionem alicuius rei adipiſcat̃, docere debet de iure ſuo, per quod probet ad ſe rem pertinere, Alioquin ſuccũbet, quamuis ad detentorem res illa nõ pertineat. vt C. de æden. l. qui accuſare. & C. de rei vin. l. vlti. vbi dicitur. quod actore non probante, & ſi reus nihil præſtiterit, obtinebit. & in alia l. dicitur. Res alienas poſſidens, licet iuſtam cauſam nullam habeat retinendi, non niſi intentionem ſuam implenti reſtituere cogitur. Ad idem inſti. de interdic. §. retinendæ poſſeſsionis. verſ. commodum. Ad idem

Non ſatis eſt probare rem eſſe alienam, ſed oportet probare quòd ſit eius qui petit.

extra de cauſſa poſſ. & proprie. c, cum Eccleſia, verſus finẽ. vbi dicitur. actore non probante, reus qui conuenitur, & ſi nihil præſtiterit, obtinebit.

Titul. XII.
DE LIBELLO TVENDAE VEL DEFENDENDæ poſſeſsionis.

Contingit interdum quòd is, qui poſsidet non ſinitur rem, quam detinet, poſsidere pacificè: nec vult poſſeſsionem reddere, quia forte dominium probare nõ poteſt; quod vt ſuprà dictum eſt in tit. proximo, commodiùs eſt poſsidere quàm petere. Inſtit. de interdictis. §. commodè. In hac igitur cauſſa libellus in hunc modum erit inſtituendus: Vobis Domine Epiſcope cõqueror ego Titius de Caio, qui me inquietat, vel perturbat in poſſeſſione talis vineæ: vel qui non permittit aut ſinit me pacificè poſsidere rem talem. vnde peto ipſum à tali *Libellus tuendæ poſſeſsionis.*

à tali inquietatione compeſci, vel inquietationem illam, ſiue turbationem prohiberi. Et nota, quòd in hoc caſu habet locũ interdictum Vti poſsidetis, quod datur de rebus immobilibus tantùm. Si verò pro retinenda poſſeſsione rei mobilis velit quis agere, quia forte turbatur poſſeſſio ſibi tradita ab alio, eodem modo concipiet libellum, ſicut dictum eſt, & tunc habebit locum interdictum vtrubi. vt Inſtit. de interdictis. §. Sed interdicto. vbi dicitur. interdicto Vti poſsidetis contenditur de fundi vel ædium poſſeſsione. Interdicto verò vtrubi, cõtenditur de rerum mobilium poſſeſsione. Sed hæc interdicta locum habent quando quilibet dicit ſe poſsidere, & vterque intelligitur actor, vterque reus, & quilibet iurabit de calumnia ſicut actor & reus. Natura horum hodie interdictorum eſt, vt obtineat & vincat is, qui poſſeſsionem neque vi, neque clàm, neque precario ab aduerſario lit. conteſtatæ

Interdictum Vti poſsidetis, datur pro rebus immobilib. Vtrubi pro mobilibus.

ſtatæ tempore habet.vt Inſtitu.de interdictis.§. Sed hodie aliter obſeruatur, nam vtriuſque interdicti poteſtas (quantum ad poſſeſſionem pertinet) adæquata eſt, vt ille vincat in re ſoli,id eſt, immobili,& in re mobili,qui poſſeſsionem nec vi, nec clàm, nec precario ab aduerſario lit.conteſt.tempore detinet: licet antiquitùs diuerſimodè his interdictis vſi ſint. Ad idem D. de itine. actuq́ue priua.l.1.in fin.& extra de probat.c. licet cauſam, prope fi. & ideo hæc à partibus ſunt ſollicitè ꝓbanda.

Titul. XIII.
DE LIBELLO CONVENTIONALI IN PETITORIO,& primùm in perſonali actione.

QVoniam in alijs ciuilibus cauſsis interdum agitur petitorio, interdum poſſeſſorio: explicato tractatu de libello poſſeſsionis, ad libelli formationem ſuper petitorio procedamus. Verùm quia aliquando perſonali,

ſonali, aliquando reali agit actione: Primùm, quando perſonali actione agitur, quomodo formemus libellum videamus. [a] Huius forma ſit talis: Vobis talibus iudicibus conqueror ego de Titio, qui mihi debet 10. libras talis monetæ, quas ei mutuaui, vel apud eum depoſui. vnde rationem, vel de quibus iudicium peto. Vel ſic: Ego Seius dedi anno ſuperiori Titio decem, ne mihi litem ſuper hæreditate Menij moueret. & is mouit pridie Calendas, aut dedi ei 10. vt Romam intra Calend. Iunias iret, nec iuit. vnde repeto illa decem. vt D. de condic. cã. da. cã. l. 1. 2. & 3. & C. eod. l. 1. & D. de in dot. l. ſi ſtipulationũ. Veluti. Dedi cauſa dotis, matrimonio non ſecuto, repeto id per hanc ſolùm conditionẽ: licet non ſit expreſſum in ſtipulatione. Sed ſi nõ ſtat per eũ, qui accepit, quo minus impleta ſit conditio, ceſſat repetitio. vt C. eod. tit. l. ſi repetendi l. pecuniam. & l. vlti. item D. loca. l. qui operas. Caueas imprimis, ne exprimatur

a Formula libelli in actione perſonali. de qua vide l. ſtipulationes nõ diuidũtur D. de verb. ob.

matur cauſſa dandi. Vel ſic. Ego conqueror de Seio, qui cùm mihi debuiſſet facere tale opus, vſq; ad talem diem, non fecit: vnde peto ad pœnam 20. librarum eum mihi cõdemnari, per ſtipulationem mihi ꝓmiſſam. vel peto eum mihi condemnari ad intereſſe meum, quod æſtimo 40. lib. Et nota, quòd cùm aliquis petit rem aliquam ſibi dari, vtique certum debet petere, & dicere materiam, & pondus, & colorẽ, ſi poteſt. vt D. depoſiti. l. 1. vbi dicitur. ſi quis argentum vel aurum depoſitum petit, vtrũ ſpeciem vel pondus com plecti debeat? & magis eſt, vt vtrunque complectatur, ſcyphum forte, vel lancem, vel pateram dicendo: & materiam, & pondus addendo: vel ſi purpura ſit infecta, vel lana, ſimiliter pondus adijciendum eſt, ſaluo eo, vt ſi de quantitate ponderis incertum eſt, iuramento ſuccurratur. Ad idem D. de furtis. l. in actione. vbi dicitur, Planè ſi quis iuret pro certo ſe colorem dicere non poſſe, remitti ei

Certa rerũ petitarũ indicia deſignãda in libello, quod tamen petitori, ſi iuret, remittitur.

huius rei neceſsitas debet. Et ſic materiæ infectæ debet dicere pondus, verbi gratia, vt maſſam argenti, quæ eſt 9. marcarum: ſignatæ numerũ, vt 9. libras Pariſieñ. monetæ: factæ ſpeciem, ſcilicet ſcyphum vel ſcutellam argenteam. Item menſura dicenda eſt, vbi res eſt menſurabilis: puta 10. modios frumenti. tot corbes vini, 10. metretas olei. In veſtimentis autem debet dicere, & numerum, & colorem. vt ff. de rei vin. l. ſi in rem. quæ & ſuprà eſt. Sed ſi actor iurauit ſe non poſſe dicere colorem, huius rei neceſsitas remittetur ei. vt ff. de furt. l. in actione. §. 1. Idem erit ſi iuret ſe neſcire pondus rei, quam petit, & idem credo in numero, & in menſura. vt ff. depoſiti. l. 1. §. ſi quis argentum. quæ etiam ſuprà alleg. Sed quid proderit tale iuramentum cùm iudex certam debeat ferre ſententiam? Reſpondeo, proderit ei quantum ad hoc, vt lis conteſtetur, quoniam reus ſine libello non cogitur reſpondere. vt 3. q. 3. c. offeratur, &

Iuramẽti quod de quantitate vel colore nõ cõſtet actori, effectus.

extra

extra de libell. obl. c. ignarus. &c. ſignificantibus.

Titul. XIIII.

DE LIBELLO REI VINDICATIONIS in reali actione.

CVm autem aliquis in reali actione velit agere, ſic concipiet libellum. Vobis talibus iudicibus, conqueror ego Titius de Seio, qui detinet, & poſsidet fundum meum, ſitum in tali loco. ſcilicet intra hos fines, ab oriente tali, à meridie tali, &c. Vnde peto fundum ipſum ſitum in tali loco, & fructus ex eo, 20. annis perceptos. vel ſic: vnde tam de fundo illo, quàm de fructibus peto rationem. Sed quoniam difficulter poteſt probari dominium, & rem actoris eſſe, tutius eſt ſi dicat in libello, peto talem fundum ad me pertinentem, &c. Quidam tamen talem libellũ non admittunt propter latiſsimas ſignificationes huius verbi pertinere. vt ff. de verb. ſignif. l. verbum illud. §. pertinere. vbi

Formula libelli in reali actione.

Verbum pertinere quid ſignificet.

re. vbi dicitur. pertinere etiam ad nos dicuntur quæ in nulla eorum cauſa ſunt, ſed eſſe poſſunt. vt ff. de rei vin. l. Idem Pomponius. §. vlt. vbi dicitur. quòd ſi quis petit ſeruum ſuum, qui vocatur Elotes, & multi vocantur hoc nomine, nihil petit: quia non facit iudicem certum. Item acturus quis rei vindicatione, ita proponet. Quoniam ego maximus contra Titium vindicare cõſtituo mancipium meum tale, quod is me inuito detinet: imploro officium veſtrum, vt faciatis id in publico reum exhibere. vt D. ad exhib. l. 1. Item nota, quòd actor debet deſignare feudum proprio nomine, ſi proprium nomen habet, puta fundum Cornelianum, vel ea demonſtratione oſtendere, quæ fungitur vice proprij nominis. vt extra de teſtib. c. licet ex quadam neceſsitate. circa fin. vbi dicitur. Non refert enim vtrum proprio nomine, aut demonſtratione, aut circumlocutione demonſtrẽt res. Ad idem D. ſi certũ. pe. l. certum. & D.

Nomen propriũ, aut in vicem eius ſuccedẽs in actione reali exprimẽdum.

& D.de conditi.& demonſt.l.nominatim.vbi dicitur.nominatim ita legatur Lucio Titio aut per demonſtrationem corporis, aut officij, aut artificij, aut neceſsitudinis, vel affinitatis.nam demõſtratio vice ꝓprij nominis fungitur, nec intereſt vera aut falſa ſit, ſi certum eſt quod teſtator demonſtrauit.vt ff.de rei vin. l. Pomponius. §.cùm in rem agitur, ſi conueniat de corpore, error autem ſit in vocabulo, [a]actum rectè eſſe videtur, & ſi plures eiuſdem ſunt nominis ſerui, nec apparet de quo actum eſt, Pomponius nullam fieri condemnationem ait.[b]Ad idem C.de teſta.

a proprio:ſecùs in appellatiuo. L. ſi quis in fundi de leg. 1. c. vt D. de off.preſ.l. veritas rerũ. & C. de er. aduoc. l. 2. & de erro.cal.l.1. & 2. & C. ſi cõtra ius vel vtil. l. 2. Sed aliud eſt in teſtamentis & vltimis morietiũ elogiis, quàm nunc de cõtractib. & iudiciis dictũ eſt. Ratio diuerſitatis ẽ. Nam in contractibus & iudiciis ſi oriatur quæſtio de negotio geſto aut dictis teſtium, recurri poteſt ad eos qui rei interfuerunt:vt quod factum dictumue eſt,explanent.vt D.de cuſto.& exhib. reo. l. Diuus Hadrianus. In teſtamentis ceſſat hæc ratio, quia ad viuam teſtatoris vocem ampliùs cùm ſemel obierit adiri non poteſt: & ideo plus creditur ſcripturæ.D.de dona.l.in donationibus & de fid. inſtr. l.cum inſtrumentis, & de proba.l.cùm res. *b Propter incertitudinem & errorem,vt & hîc in actoris intentione, & D.de iniur.l.illud relatum:vt etiam in tutoris datione. D. de teſtam.tut. l.ſi quis tutorem.& Procuratoris cõſtitutione.D.de Procura.l.2.item libertatis datione. vt Inſtit. de lega. §. libertas. præterea in hæredis inſtitutione.D.de hæred.inſtit.l.hæres. & l.quotiens. item in legato C.de hæred.inſt.l. collegium, & §. incertis. & §.ſub certa. Inſtit.de lega.& D.de vſu & vſuf. leg.l qui plures.*

teſta.l.ſi in nomine, prænomine, vel cognomine teſtator errauerit, non tamen de quo ſenſerit incertum eſt, error huiuſmodi nil officit veritati. Sed nunquid debet exprimere cauſã propter quã ſuum dicit eſſe fundũ? puta quoniam emit eum à tali, vel quia donatus ſit ei à Seio & traditus. Quidam dicunt quod ſic. vt ff. de exceptio.rei iudi.l. ſi mater.§. denique & Celſus ſcribit, ſi hominem petiero, nulla cauſa expreſſa, & victus fuero, ſcilicet quod ob eam cauſam æſtimaui eſſe meum, quia mihi traditus ab alio eſt, cùm hic ex hæreditaria cauſſa meus eſſet: rurſus petenti mihi obſtiturã exceptionẽ Celſus ait. Si quis autem petat fundum, & dicat ſuum eſſe eò, quòd Titius eum ſibi tradiderit: ſi poſteà eum ex alia cauſa petat, cauſa adiecta, non debet amoueri exceptione. vt ff. de excep. rei iudic.l. & an eadẽ. §. actiones. Suprà eſt. Deſignare autem debet vtrum totam vel partem, vel quotam partem petat. vt ff. de rei ven. l. ſi

Cauſſa in reali actione exprimenda.

Deſignatio quantitatis in libello actiõis realis neceſſaria.

l.ſi in rem. Et ſi dicat ſimpliciter, peto rem talem, totam petijſſe intelligitur, ſi autem partem, dimidiam: quia nomine patris medietas intelligitur. vt ff. de interrog. act. l. de ętate. §. ſi interrogatus. Et D. de verb. ſigni. l. nomẽ filiorum. §. portionis nomen non ſemper *medium ſignificat, ſed prout eſt adiectum: *Poſſet em̃ aliquis [a]videri partẽ etiam maximam poſſe petere, vt & petere viceſimam partem vel triceſimam vel centeſimam, prout voluerit. At ſi nõ fuerit portio adiecta, dimidia videtur deberi. Alioquin reus nõ poſſet inſtrui vtrum velit cedere, vel contendere, quod fieri debet. vt 3. q. 3. c. offeratur. D. de eden. l. 1. in prin. vbi dicitur. qua quiſq; actione agere volet, eam priùs edere debet. Nam æquiſsimum videtur eum, qui acturus eſt, edere actionem: vt proinde ſciat reus, vtrum cedere, an contendere vltra debeat: & ſi contendendum putet, veniat inſtructus ad agendum, cognita actione, qua conueniatur.

*tex. dimidium

*tex. poteſt

a iuberi & maximam partiri, &c.

Ad idem vide Aut. de exhi. reis. §. Sancimus. Coll. 5. [a] Veruntamen iuſta interueniente cauſa neceſsitas remittitur dicẽdi quotam partem petat: quoniam quandoque admittit̃ vendicatio incertæ partis. vt ff. de rei vind. l. quæ de tota vbi dicitur. quæ de tota re vindicanda ſunt dicta, eadem & de parte intelligenda ſunt: officioq́; iudicis cõtinetur, ꝓ modo partis ea quoque reſtitui iubere, quę ſimul cum ipſa parte reſtitui debent. Incertæ tamen partis vindicatio datur, ſi iuſta cauſa interueniat. Iuſta autem cauſſa eſſe dicitur, ſi forte legi Falcidiæ locus ſit in teſtamento propter incertã detractionem ex legatis, quæ vix apud iudicem examinatur. Iuſtam enim habet ignorantiam legatarius, cui homo legatus eſt, & * quotã partem habere poteſt: an per ſe totum ſeruum legatum vindicare debeat. itaque talis [b] dabitur actio. Eadem & de cæteris rebus intelligimus. [c] Similiter & incertus de iure ſuo, bene poteſt ſic dicere, propono hanc

a fallit regula præcedens in duob. caſibus.

** tex. ſi hæſitet, quotã partẽ vindicare debeat.*

b Hac forma. peto huiuſmodi legatũ detracta falcid. Nõ dicet, peto partẽ legati incertã.

c De iure ſui titubi dubitans.

hanc vel illam actioñe, quæcunq; mihi competat.vt ff.quorum leg. l.1.§.quia autem.vbi dicitur.nonnunquam duas actiões dictamus, proteſtati ex altera nos velle conſequi, quod nos contingit. & ff. quod met. cauſa.l. ſi cũ exceptione.§. eum qui metum fecit. & D. de regu.iur. l. nemo. §. quotiens. Ad idẽ extra de reſti. in integrum c.conſtitutus. vbi quidam pro ſe, ac pro fratre ſuo petebat reſtitui in integrum cõtra venditionem quandam factam à patre ſuo de rebus maternis, vel reſcindi venditionem:& ita alternatiuè petebat, & fuit bene auditus. Ad idem extra de teſtam. c. Reinaldus. Et quod dictum eſt debere in libello comprehendi & exprimi id quod petitur, vel quota pars eius, verum eſt in ſingularibus actionibus. In generalibus autem actionib.ſecùs eſt: quia nõ eſt neceſſe, quòd ſingula exprimanẽ: vbi tam libellus quàm ſententia ſuper incerto formatur.Puta, ego peto talem Eccleſiam cum pertinentijs

In actiõe generali libellus ſuper incertis procedit.

ſuis, à quodam Epiſcopo: vel ego peto talem hæreditatem talis viri. vt extra de reſtit. ſpo. c. cùm ad ſedem. vbi dicitur. quòd quidam hoſpitalarij petebant quandã Eccleſiam cum pertinentijs ſuis à quodam Epiſcopo. Ad idem extra de fide inſtru. c. Inter dilectos. vbi dicitur. quòd quidam Abbas, nomine Monaſterij ſui, quaſdam villas à quodã Epiſcopo cum honore & diſtrictu ac iurisdictione præfati loci & caſtellanię, cum fructibus inde perceptis petebat, ſaluo in omnibus iure addendi vel minuẽdi. Et hoc caſu intelligunt quidã, quòd venire poteſt in condemnationem, quòd non fuerat in petitione comprehenſum: ſcilicet, ſi aliquæ res non fuerint expreſſæ in libello, vt Inſtit. de act. §. ſi minus in petitione cõplexus fuerit actor, quàm ad eum pertinet: veluti cùm ei 10. aurei deberentur, & is 5. ſibi dari oportere intenderit: aut cùm fundus totus eſſet eius, partẽ dimidiam eſſe ſaluam petierit: ſine periculo aget. in reli-

Plus interdum venire in condemnationem quàm ſit petitum, quomodo intelligatur ſecundũ quoſdam.

reliquum. nihilominus iudex aduerſarium ſuum in eodē iudicio ei condemnabit ex conſtitutione diuæ memoriæ Zenonis. Ad idem D. de pet. hær. l. 4. vbi dicit. ſi petam hæreditatem, & videam apud te partē hæreditatis meæ, ſuper qua *tota cōtrouerſia erat inter me & te: poſteà aliæ res quoq; deueniāt ad te, [a]tu cōdemnaberis deinceps in omnes res apud te exiſtentes, vt in prædicta l. vbi id videtur innui. Sed hoc non placet Dom. Pilæo, ſicut in eius libello continet. Item nemo ſine actione experitur. vt ff. de admi. tu. l. quotiens. §. Item ſi temporali. [b]Præterea notandum eſt, quòd quidā legiſtarum dicunt actionē expreſſo nomine debere in libello cōtineri, vel comprehendi. Alij dicunt quod nō, ſed tantùm in progreſſu iudicij debet exprimi. Nos autem ſecundum canonicam incedentes æquitatē dicimus, quod nec in libello, nec in ꝓceſſu cauſæ neceſſe eſt exprimere actionē. vt extra de iud. c. dilec. filij. vbi dicitur. quòd non

*tex. ſola

a *quia certum ab initio ex conſilio actoris & natura rei petitæ, in iudicium venit. & procliuè eſt ea, quæ acceſſiōis vice fungūtur in cōdemnationē quoque venire.*

b *Nomen actiōis num exprimendū ſit in libello*

Nota rē ipſam inſpiciendā eſſe, non nomē actiōis, quòd actor edere nō tenetur. Huc reuoca l.1.D. de eden. & l.2.C. de form. & impet. ſubla.

non debet inquiri cuiuſmodi actio intentetur, ſed ſimpliciter quod petitur: & pure factū ipſum, & rei veritas ſecundum formam & ſtatuta canonum inueſtigentur. Verùm ſi ꝓponatur inepta actio, ſuccumbit etiam ſecundum canones is, qui eam proponit, caditq; à cauſa. vt extra de iud. c. Examinata, vbi quidā miles agebat contra quoſdam milites, ſuper iure patronatus. & dicit̄ quia actio, quam idem nobilis intendebat inepta fuerat, quod iudicatum fuit non tenere. & ext̄. de reſti. ſpo. c. Cum ad ſedem in fin. vbi dicitur. quòd ille, qui ꝓpoſuit interdictum vnde vi, cùm locum non habuerit ibi, non obtinebit. Nota tamen,

Cauſa petendi loco actionis exprimitur.

quòd licet nō ſit exprimēda actio, vt dictum eſt, tamen cauſa petendi, ex qua poſsit oriri actio, in perſonali actione debet exprimi: aliter enim ad rei veritatem non peruenitur. vt 23. q. c. occidit Phineas. vbi dicitur. quòd non eſt reſpiciendum ad opera, ſed ad tempus, & ad cauſam, & ad volunta-

tem:

tem:perſonarum quoq; differentiam & quantacunq; alia ipſis temporibus acciderunt, diligētiſsimè inquiramus. aliter enim non poſſumus ad veritaté peruenire. Item nota, quòd licet libellus ineptè formatus ſit ſiue confectus, bene poteſt actor ipſum emendare, & alio modo concipere, vſq; ad lit. cont. ſed nō vltra, ſiue ibi ſit excepta & reſeruata clauſula. SALVO IVRE augendi, vel minuendi, mutandi, vel corrigendi: vel non. Ita ꝓbatur 2.q.vlti.c.libellorum, & C.de eden.l.3.vbi dicitur. actio edita ſpeciem futuræ litis demonſtrat: quam emendare vel mutare licet, prout edicti perpetui monet auctoritas, vel ius reddétis decreuerit æquitas. Et quotiens de nouo concipit̃ libellus, totiens reus inducias deliberatorias ſi voluerit habere, habebit. vt 3.q.3.c.offeratur. Nam ea quæ de nouo emergunt, nouo indidigent auxilio. vt ff.de interroga.act.l.de ætate.§.ex cauſa. & nouis morbis noua conuenit remedia præparari. vt extra de iu-

Emendatio libelli permittitur.

Non facit ad rem hæc alleg.

Cùm de nouo cōcipitur, libellus dantur nouæ induciæ: cōtrà, ſi ſaltē emēdetur aut declaretur.

de iura.calum.c.cæterum. Veruntamen propter correctionem, vel mutationẽ, vel declaratione libelli, nõ debet habere longiores inducias. vt ext. de dilat. c. literę tuę. vbi refertur, quòd quidam Archipresbyter egit contra quoſdã nobiles, nomine Eccleſię ſuę, & porrexit libellum, in quo continebatur, quòd dicti nobiles penſionẽ de poſſeſsionib. debitam non ſoluerunt tribus annis, & vltra. dicti nobiles petierunt, quòd declararet illud verbum, elapſis tribus annis & vltra, id eſt, quantum temporis vellet per id, vltra, ſignificare. Archipresbyter dixit, quòd 7. annis dicti nobiles ceſſauerunt in dictæ penſionis ſolutione. Propter illam verò declarationẽ voluerunt nobiles longiores inducias habere ad deliberandum: & quia eis fuerunt denegatæ, appellauerunt. Papa reputat illã appellationem friuolam, & mandat iudicibus, quatenus ea non obſtante, in negotio ratione prę uia, procedant, iuxta priorum continentiam

tiam literarum. Et ita patet, quòd propter correctionem, vel declaratione libelli non debet quis habere longiores inducias.

Titul. XV.

De ſatisdatione actoris.

CVM aliquis in iudicio vult agere, libellum ſuæ petitionis debet porrigere iudici, & per iudicem, vel per eius apparitorem offerendus eſt reo. vt C. quomo. & quando iud. Auth. qui ſemel. Sed antequam actor libellum ſuum iudici porrigat, cum idoneo fideiuſſore caueat, quod vſque ad finem litis perſeuerabit, in cauſſa, quam per ſe, vel per Procuratorem ſuum perficiet: & ſi apparuerit eum iniuſtè mouiſſe litem, dabit reo decimam partem litis, in libello comprehenſę. Si verò conſtiterit per eius ſacramentũ quod fideiuſſorem dare non poterit, remittitur ei cautio fideiuſſoria, ſed cogetur iuratoriam exponere cautionem, & in libello profiteri ſe facturum hæc omnia. Hoc

Actor fideiubebit de lite proſequenda. & ſi calumnioſè litigauerit, cõdemnabitur in decimam partem litis.

[a]Hoc verum eſt generaliter, quod talis cautio præſtari debet: niſi cauſa moueatur apud arbitros de conſenſu vtriuſque partis: vel niſi cautio remiſſa ſit.[b]Et hæc omnia colligere poteris ex illa auth. C. de epiſ. & cler. generaliter. vbi dicitur. prouideat iudex pulſato libellum non porrigi, vel ſportulas ab eò exigi: niſi priùs actor per ſe, vel per tabellarios in actis cõſcribat, & fideiuſſorem ſub periculo competentis officij præſtet per ſe, vel per Procuratorem exerceat. Et ſi conuictus fuerit, iniuſtè mouiſſe litem, expenſarum, ſumptuumq́; nomine, decimam partẽ quantitatis in libello cõprehenſæ, pulſato reſtituat. Aut ſi fideiuſſorẽ dare non valeat, ſuper eiſdem iuratoriam exponat cautionem, pœna iudici infligẽda, vel eius *officiali imminente, ſi aliter verſati fuerint in denis libris auri. Executoris autẽ bona publicabuntur, & damnabitur in exilium: niſi mota cauſa fuerit ex cõſenſu vtriuſq; partis. Ad idem C. de aſſert. toll. l. 1.

a Iam dicta regula fallit in duob.

b ex cauſa iudicẽ mouente: vt propter paupertatẽ. D. Si cui plus quã per l. falc. l. cûm non facilè. & D. qui ſatisda. cog. l. ſi fideiuſſor. §. 1. & ſequ. & C. de ord. cog. l. ſi. & C.

**tex. officio*

l. 1. §. omnes. vbi dicitur. omnes verò qui pro libertate periclitantur, ſiquidem poſſunt fideiuſſorem dare, eum exigi ſancimus. Si verò datio eius ſit impoſsibilis, hocq́ue iudici manifeſtè oſtendatur: iuratoriæ cautioni ſtare ſancimus. Hoc facto iudex libellum recipit, & citat reum vt veniat: & cùm venerit, debet actor iterum cautionẽ exponere in eum, quem dicit obnoxium, & negotij executorem: quod intra duos menſes litem conteſtabitur, vel ſi non fuerit litẽ conteſtatus, omne damnum in duplum reo reſarciet: ita tamen vt cautio illa non excedat ſummam 63. aureorũ. vt 2. q. vlti. c. libellorum. & C. de lit. conteſt. auth, Canonizata libellum, vbi dicitur. libellum nõ dirigat actor, niſi priùs & in ipſum quem dicit obnoxium, & in negotij executorem exponat actor iuratoriam cautionem, ſe vel intra duos menſes litem conteſtaturum, vel omne damnũ ei, qui conuenitur contingens, in duplum reſtituturum:

Cautio pecuniaria, quam præſtat actor, nõ excedit ſummam 36. aureorum.

V cau-

cautione tamen non tranſcendente 36.aureos.vt in auth. de litig.§. ad excludẽdos. col.7.poteſt tamẽ dici, quòd ſtatim iudex poteſt recipere libellum, & actor ſimiliter, ſi velit, præſtare vtranque cautionem, antequam reus libellum recipiat. quod non eſt abſonum dicere. Sed licet iura cautiones has præcipiant offerri, temporibus tamen noſtris eas præſtari non vidimus. Et audiui Dominum Azonem dicere, quòd ſuprà dictæ cautiones locum non habent, cõſuetudine præualente. Et nota quòd vbi dicitur, fideiuſſor detur locuples dari iubetur, non tantùm ex facultatibus, ſed etiam ex conueniendi facilitate. Ad hoc D. de verb.ſigni.l.quos nos.§. locuples eſt, qui ſatis idoneè habet pro magnitudine negotij vel rei, quam actor reſtituendam eſſe petit. Ad idem ff.qui ſatisd.cogan.l.2.§. in fideiuſſorem, qui aliquem iudicio ſiſti ꝓmiſerit, nec ſtiterit: tanti, quanti ea res erit, actionem dat Prætor. quod vtrum veritatẽ contineat,

Vſus cautionum prædictarum eſt ſublatus.

Fideiuſſor idoneus quis æſtimari debeat.

tineat, an verò [a]quantitatem, videamus. Et melius eſt, vt ad veram quantitatem fideiuſſor teneatur: niſi pro certa quãtitate fideiuſsit. Si autem ex cauſa detentus fuerit, quòd venire nõ potuit, tunc non tenetur. vt D. eod. tit. l. qui iurato promiſit iudicio ſiſti: nõ videtur peierare, ſi ex cauſſa legibus conceſſa hoc deſeruerit. Ad idem ff. in ius voc. vt eant l. 1. vbi dicitur. edicto cauetur, vt fideiuſſor in iudicio ſiſtendi cauſa datus, pro rei pe titæ qualitate locuples detur: exceptis neceſſarijs perſonis. ibi em̃ qualemcunque accipi iubet Prætor: veluti pro parente, pro patrono. ff. de in ius voc. l. 1. Hæc de ſatisdatione Actoris ſufficiant.

a tã fortè, quàm pœnam in ſtipulationem fortè deductam.

Titul. XVI.

De ſatisdatione rei.

SEquitur de ſatisdatione rei. Reus autem cùm libellum recipit ſatisdare debet, quòd vſque ad finem litis permanebit. vt Inſtitu. de ſatisdat. §. Sed hodie. vbi dicitur. ſed hodie hoc aliter obſerua-

Reus cauere debet, quòd in iudicio permanebit vſque ad terminum litis.

ſeruatur. ſiue enim in rem actione quis conueniatur, ſiue in perſonali ſuo nomine, (id eſt per ſe) nullam ſatisdationem pro litis æſtimatiõe (ſcilicet iudicatum ſolui) dare compellitur: ſed pro ſua tantùm pſona cauebit, ſcilicet, quod in iudicio permanebit vſq; ad terminum cauſſæ vel litis: vel ſtatur ſuæ promiſsioni cum iureiurando, quam iuratoriam cautionem vocant, vel nudam ꝓmiſsionem, abſq; iureiurando: veluti cùm pecunia rerum immobilium ditata eſt. Et hoc eſt, quod ait, pro qualitate perſonæ, id eſt, ſecundũ quod eſt diues vel pauper, ſatisdationẽ dare compelletur. Quandoq; tamen ſufficit ſi iuratoriam exponat cautionem, vbi ſcilicet poſsidet immobilia tantùm. vt ff. qui ſatisdare cog. vbi dicitur. l. Sciendum eſt poſſeſſorẽ immobilium rerum ſatisdare non cõpelli. Poſſeſſor autem is accipiẽdus eſt, qui in agro vel ciuitate, vel villa rem ſoli poſsidet aut ex aſſe, aut ex parte. Sed & qui vectigalem vel em-

Cautio iuratoria ſufficit, ſi reus immobilia poſsideat.

emphyteuticum agrum poſsidet, poſſeſſor intelligitur. Itē qui ſolam proprietatem habet. Eum verò, qui tantùm vſumfructum habet, poſſeſſorem non eſſe Vlpianus ſcripſit. Quandoque ſola ſufficit ꝓmiſsio cum hypotheca rerum ſuarum, vt in auth. de epiſco. & Cler. vltra medium. §. Si quis. vbi dicitur. Si quis autem pro pecuniaria cauſa cōtra aliquam memoratarum perſonarũ actionem habuerit, & Epiſcopus diſtulerit inter eas iudicare: licentiam habet actor ciuilem iudicem adire, ita tamen, vt accuſata perſona nullo modo cogatur fideiuſſorē dare, ſed ſolùm cautionem iuriſiurandi cum hypotheca rerum ſuarum exponere. Et de hac ſatisdationum diuerſitate loquitur Aut. canonizata: vt ſcilicet reus præſtitis ſportulis, vel data fideiuſsione. 20. dierum gaudeat inducijs, in quibus deliberet an cedat vel contendat, vel petat alium ſibi aſſociari, quam Auth. habes 3. q. 3. c. offeratur. Sed qui ſuo nomine

Promiſsio cũ hypotheca generali loco cautionis.

conuenitur ſatisdare non debet iudic. ſol. vt Inſtit. de ſatisdat. §. Sed hodie. Veruntamen (ſicut Dominus Pilæus ait) hodie tenaciſsima conſuetudo hominum in contrarium tenet: quoniam iudices ſtatim libellum recipiunt ab actore nulla dictarum ſatisdationum ab eo exacta vel præſtita: Sed ab vtroq;, ſcilicet ab actore & reo, recipiunt vel pignora, vel fideiuſſores ſi pignora dare nõ poſſunt. & hoc propter expẽſas quæ fiunt in cauſis & in actis cauſarum, & propter decimã partem litis, quã iudices ſeculares ſecundum conſuetudinẽ diuerſarum regionum accipere conſueuerunt. vt extra de vita & ho. cler. c. Cùm ab omni. Sed ſi iurabit reus ſe pignora vel fideiuſſores dare nõ poſſe, ſufficit: ſicut in ſatisdatione actoris dictum eſt. Et nota, quòd Prælati huiuſmodi decimã vel aliam partem litis recipere non poſſunt. vt in tit. de vita & hon. cleric. c. cum ab omni. vbi dicitur, Quòd vigorem iudiciorũ debent iudices gratis li-

Conſuetudo ſatisdandi hodie in cõtrarium eſt.

tis litigantibus impertiri, cùm venales ſententię etiã in ipſis ſecularibus legibus reprobentur. At tamen expenſas moderatas ſuſcipere poſſunt, & pro eis pignora accipere. debentur eñ ipſis iudicibus expẽſæ ſicut teſtibus: vt ex eadem decretali habetur: vbi Dñs Papa reprehendit quoſdam iudices, dicens. Sanè enim ad apoſtolatũ noſtrum peruenit, quòd cùm ex delegatione noſtra cauſas ſuſcipitis pertractandas, more ſeculariũ iudicũ, ſuper decima parte litis, vel alia, pro terrarum diuerſarũ conſuetudine, præter expenſas victualium, cum litigantib. receptis pignoribus, pro ſalario conuenitis, quæ poſtmodùm vſq; ad ſolutionem pecunię nolentibus etiã partib. contenditis retinere. Et quòd expenſæ debentur, legitur 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. venturis ad iudicium, qui eſt prope finem. Nemo enim cogitur proprijs ſtipendijs militare. vt extra de ſymonia. c. cùm ſit Romana. vbi dicitur hoc. & 12. Q. 2. c. charitatem. & 10. Q. 2.

Etiã eccleſiaſtici iudices expenſas moderatas recipiunt licitè: quãuis decimam partem litis nõ recipiant.

precariæ. quia nemo compellitur de ſuo facere beneficium. Aſſeſſor autem iuſtè ſalarium,& pro eo à partibus pignora accipere poteſt: ſicut dictum eſt ſuprà in tit. de aſſeſ. Idem dico de iudice eccleſiaſtico, qui bonis Eccleſiæ non ſuſtentatur.

Iudex Eccleſ. qui nō ſuſtentatur de bonis Eccleſiæ.

Titul. XVII.
DE SATISDATIONE PROCVRATORVM actoris,& rei.

Vidimus de ſatisdatiõe principalium perſonarũ: Nunc agendum eſt qualiter Procuratores, vel cæteræ perſonæ, quæ nomine alterius agunt, vel defendunt, ſatisdare debent. Et primò dicemus de ſatisdatione Procuratoris actoris. Et quidem ſi de mandato eius literis vel teſtibus conſtat, cauere nõ debet rem ratam dominum habiturum. vt ff. rem ra. ha. l. ne ſatisdatio rem ratam do. habiturũ exigatur in his, quæ quis nomine eius ageret, qui cum ſe feciſſe Procuratorem, in libello

Procurator actoris, ſi de mandato eius conſtat, non cauet de rato.

bello Principi dato, profeſſus eſt, *prodeſt. Quòd ſi iudicatũ ſolui ſatisdatio à Procuratore poſtuletur, neceſſe eſt vt iuri manifeſto pareatur. C. de ſatisdat. l. vnica. vbi dicitur. Non eſt incerti iuris eum qui apud Acta, ſcilicet apud iudicẽ, factus eſt Procurator agentis, non compelli dominum rem rat.hab. ſatisdare. Hoc*enim caſu veluti præſentis domini Procuratorem interuenire intelligẽdum eſt. Itaque & ſi mutata poſteà voluntate Procuratorẽ eum eſſe noluerit, tamen iudicium quo quaſi Procurator expertus eſt, iudex ratum habere debebit. Si autem ei ab aduerſario fuerit oppoſita in ipſo litis exordio defenſionis allegatio: ex tempore*quaſi abſentis in hac parte Procurator, ſatiſdationem ſuper lite expedienda præſtare cogitur. qua non præcedente lis, quæ eſt ei data, vlterius procedere à iudice non conceditur, nec poteſt. Rei autem Procurator aut defenſor*ſub geſtorum teſtificatione factus, in ipſo litis

*aliàs, Procuratori enim prodeſt, quia exoneratur à ſatisdatione.

*aliàs, in hac enim cauſa

*tex. etiam ipſe

*tex. habet, etiã

limine iudicatum ſol. ſatisdatio-nem in omnib. cauſis præſtare co-gitur. Et quod ratum [a]debet eſſe quicquid ſit cum procuratore, an-tequam reuocatio mandati ad iu-dicem vel aduerſàrium perueniat, actum, dicit. Decreta. no. extra de prob. c. Mandato. [b]Si verò de man-dato Domini dubitatur, cogitur cauere de rato, vt Inſtit. de ſatisd. §. Si autem per procuratorem lis infertur, vel ſuſcipitur: in actoris quidem perſona, ſi non manda-tum áctis inſinuatum eſt, vel præ-ſens in iudicio Dñs litis, procu-ratoris ſui perſonam non confir-mauerit: rem ratam Dominum habiturum ſatisdationem procu-rator dare compellitur. Eodem obſeruando, etſi tutor, vel cura-tor, vel aliæ tales perſonæ, quæ alienarum rerum gubernationem receperunt, litem quibuſdam per alium inferunt. [c]Si verò aliquis conuenitur: ſiquidem præſens Procuratorem dare paratus ſit, poteſt vel ipſe præſens in iudi-cium venire, & ſui procuratoris per-

a ne facilè iudicia claudātur, & nos extra culpam fruſtrà fatigemur

b Procurator actoris, ſi de mandato eius dubitetur, cogitur cauere de rato.

c Reus ſatisdat iudicatum ſolui.

perſonam per iudicatum ſolui ſatisdationem ſolenni ſtipulatione firmare. vel extra iudicium ſatisdationem exponere, per quam ipſe procuratoris ſui fideiuſſor exiſtat: pro omnibus iud. ſol. ſatisdationis clauſulis. Hæc iudicatum ſolui ſatisdatio cõtinet tres clauſulas de defendendo, dolum abeſſe & abfuturum fore, id eſt, iudicio ſiſti, & quod hoc verbum ſonat, id eſt, quod euictum fuerit iure, proferri. vbi & de hypotheca rerum ſuarum *conueniri poterit: ſiue in iudicio promiſerit, ſiue extra iudicium cauerit: vt tam ipſe quàm hæredes ſui obligentur. Alias non audirentur niſi eſſent coniunctæ perſonæ, ſicut dictum eſt. tit. de Procur. Si autẽ de mandato dubitatur, dicunt quidã eſſe in poteſtate rei, quã velit cautionẽ ſuſcipere à procuratore actoris, ſcilicet vt aut ꝓbet mandatũ, vel caueat de rato. Dominus Azo dicit eſſe in arbitrio procuratoris, an probet mandatum, an ſatisdet: quoniam cùm quis ad duo ſub alterna-

Iudicatũ ſolui ſtipul. tres clauſulas continet.

**text. cõuenire cõpellitur.*

Procurator de cuius mandato dubitatur, an de rato caueat, vel probet mandatum.

ternatione tenetur, habet optionem faciendi quod velit.vt ff. de iureiurando l.plerunque.& extra de Reſcript.c. c.inter cæteras. vbi dicitur. quod quando alicui duo mandata ſunt ad exequendum diſiunctim, ſufficit adimpleri alterum. Quis enim putaret Procuratorem ſatisdare oportere, ſi vltrò mandatum probaret? Item ſi nollet probare mandatum, ſed ſatisdare,cur nõ admitteretur: quia ſine mandato poteſt quilibet alium defendere. vt C. de Procur. l. exigendi.& D.de ſolut.l. ſolutionem.Eſt & alia cautio, quam Procurãtor actoris præſtare tenetur, quia debet cauere de defendẽdo, ſi reconueniatᷣ dominus corã eodem iudice, & ſi conſtet eum habere mandatum. vt C. de ſatiſdat. Suprà eſt in princ. huius titul. Ad idem ff. de Procur.l. non ſolùm. Sed ſi hanc cautionẽ præſtare nolit,non patitur aliam pœnam,niſi quòd ei actio denegatur, hoc eſt, quòd non auditur. vt ff. de Procurat.l. mutus. vbi dicitur. Pœna enim

Cautio de defendendo à Procuratore actoris exigitur.

enim non defendentis hæc eſt, vt ei denegetur actio. Ad idẽ C. eod. tit. l. actiones. Et nota cautionem iſtam debere cõtinere hoc, quod arbitrio boni viri defendet eum. vt ff. de Procura. l. Seruum. §. ait Prætor. cuius nomine quis ſibi dari actionẽ poſtulauerit, is eum viri boni arbitratu defendat: & ei *quo nomine agit, id ratum haberi eum, ad quem ea res pertinet, boni viri arbitratu ſatisdet. Et ita Procurator actoris præſtabit cautionẽ iudicatum ſolui, ſicut Procurator rei, quãtum ad cauſam, in qua re, conuenitur. Nota tamen, quòd cautiones iſtas debet Procurator præſtare ante lit. conteſt. & non poſteà, cùm interuenit ab initio. vt ff. de Procurat. Pomponius. §. rati habitionis ſatisdatio ante lit. cõteſt. à Procuratore exigitur. Si autem lit. conteſt. facta ſit cum Domino, & poſteà detur Procurator, ſimili modo cauebit. vt C. de conſor. eiuſ. lit. l. 2. quæ & ſuprà eſt tit. de Procur. Nunc de ſatisdatione Procuratoris rei agamus.

*tex. quo cum eo nomine agit

Cautiões hæ quãdo præſtandæ

§. 2.

Procurator rei ſatiſdare debet iudicatum ſolui.

mus. Procurator rei ſatisdare debet iudicatum ſolui, vt C. de ſatisd.l.vnica in fin. Et ſi certum eſt eum non habere mandatum, debet admitti præſtita ſatisdatione de rato. vt C. de Procur.l. exigendi. Ad idem Inſti.de ſatisd.§.Si verò reus præſto ex quacunque cauſa non fuerit, & alius defenſionem ſubire velit, nulla differentia inter actionem in rem & perſonam introducenda, poteſt hoc facere: ita tamen vt ſatisdationem iudicatum ſolui ꝓ litis æſtimatione præſtet. nemo enim ſecundum veteres leges, ſicut iam dictum eſt, alienæ rei ſine ſatisdatione, defenſor idoneus intelligitur. Et nota, quòd clauſula iud. ſolui tres clauſulas in vnum collatas habet, ſcilicet de re iudicata ſoluenda, de re defendenda, & de dolo malo non adhibendo. vt ff. iud.ſol.l.iudicatum.1. Et vbi reus præſens Procuratorem ſuum conſtituit, ipſemet pro Procuratore ſuo ſatisdare debebit. Item non tenetur Procurator rei ſatisdare in per-

Stipulatio iudicatũ ſolui tres clauſulas cõprehendit

Procurator rei in perſonali actione ſatisdat rem ra.

in perſonali actione, cùm etiam illę Domino ratum non habente, teneatur ſcilicet ſoluere. Porrò ne dominus ſimul reuocare poſſit, vel retractare quod actum eſt, debebit eius Procurator ſatisdare dominum rem ratam habiturum. hoc eſt vbi Procurator cõuenitur reali actione directa. vt extra de iura cal. c. cùm cauſſam. vbi ponitur talis caſus: Cauſſa vertebatur inter Epiſcopũ Rauennatem & commune Fauentinum ſuper quadam villa, & rebus alijs. commiſſa fuit cauſſa iudicibus delegatis. qui cùm non proceſſerunt vt debuerunt, reuocauit Papa eam ad ſe. præſentibus Procuratoribus partiũ cum literis de rato. cùm diu eſſet coram Papa ſuper exceptione alijsq; rebus diſputatum, petitionem Archiepiſcopi fecit Papa ſibi per Procuratorem exhiberi, & alteram partem reſpondere. Similiter [a] in præiudiciali actione debet ſatisdare Procurator, rem rat. dom. habi. puta quia ſeruus eſt, & proclamat aduerſus domi-

tam. dominum habiturum: vt & in aliis quibuſdã caſibus hîc notatis.

a Secundus caſus

b 3. dominum ad libertatem.[b]Item in familię hercifcun.iudicio, vel cõmuni diuidundo, vel finium regund. vel officio [c]iudicis implorato, per in integrum reſtitutionem, quia res dicitur vendita à reo minore. In his nanq; caſibus quia reus reuocare poſſet quod per eius Procurat.actum eſſet, duplex cautio exigitur à Procuratore rei, ſcilicet iudi. ſol. & rem.ra. hab. vt ff. de Procur.*l. non ſolùm autẽ in actionibus, & interdictis, &*ſtipulationibus defendere Dominum debet Procurator, verùm in interrogationibus quoque: vt in iure interrogatus ex omnibus cauſis reſpondeat ex quibus Dominus. An ergo hæres ſit abſens reſpondere debebit: & ſi reſponderit vel tacuerit, tenebitur. Qui alieno nomine agit quacunque actione: id ratum habiturũ eum, ad quem ea res pertinebit, cauere debet. Sed interdum licet ſuo nomine Procurator experiatur, tamen de rato debebit cauere: vt Pomponius lib. 24. ſcribit. Vtputa iuſiu-

c 4. caſus

**textus l non ſolum. ff. de Procur.*

**aliàs, poſtulationibus*

ta iuſiurandum procuratori retulit, iurauitque abſenti dare oportere. agit hoc iudicio ſuo nomine propter iuſiurandum ſuum (neq; enim hæc actio Domino competere potuit) ſed debebit de rato cauere. Sed & ſi procuratori conſtitutũ eſt, & ex ea cauſa agat: dubitandum non eſt, quin locus ſit de rato cautioni, idque Pomponius ſcribit. Quæritur apud Iulianum, vtrum Dominum ſolum ratam rem habere debet ſatisdare, an etiam cæteros creditores? & ait duntaxat de Domino cauendum; nec illis verbis (ad quẽ, ea res pertinet) creditores teneri, nam nec ipſi Dño hęc incumbebat cautio. *Caſum nota, in quo agens ſuo nomine cauere debet de rato.*

5 Si de dote agat pater, cauere debet ratam rem filiam habituram. Sed & defendere eam debet, vt & Marcellus ſcribit. Si pater nomine filij iniuriarum agat; cùm duæ ſint actiones, vna patris, altera filij: ceſſat de rato cautio.

6 Si ſtatus cõtrouerſiam cui faciat procurator: ſiue ex ſeruitute in libertatem proclamet* qui aduerſus eũ litigat: ſiue **tex. aduerſus eũ quis litiget*

ipſe ex libertate in ſeruitutem alterum petat: debet cauere dominum rem ratam habiturum: & ita edicto ſcriptum eſt, vt ex vtroq; latere quaſi actòr habeatur. Et eſt [a]caſus, quo quis eiuſdem actionis nomine, & de rato caueat, & iud. ſolui: vtputa, poſtulata eſt cognitio de in integrum reſtit. cùm minor circumſcriptus in venditione diceretur, qui alterius, hoc eſt, aduerſarij minoris procurator exiſtit, cauere debet rem ratam dominum habiturum: ne forte dominus reuerſus velit quid *petere. Item iudicatũ ſolui: vt ſi quid forte propter hanc reſtitutionem in integrum præſtari adoleſcenti debeat, hoc præſtetur. & hæc ita Pomponius libro 25. ad [b]edictum ſcribit. Item ait, & ſi ſuſpectus tutor poſtuletur, defenſorem eius oportere etiam de rato cauere: ne reuerſus ille velit retractare quod actum eſt. Sed non facilè quis ſuſpectus per procuratorem accuſabitur, quoniam famæ cauſſa eſt: niſi conſtet ei à tutore nominatim

a Ratio huius eſt, quoniã hic Procurator relatione facta vicẽ Procuratoris actoris implet: cùm ex vtraque parte, tã reo pretiũ emptionis, quàm minori res reſtituenda ſit.

**aliàs, repetere*

b in manuſcrip. Digeſtorum.

tim

tim mandatum: aut ſi etiam abſente tutore, quaſi non defenderetur, Prætor erat cogniturus. Ad idem ff. de procur. l. Pomponius. §. Sed & is, qui quaſi defenſor in 7
rem [c] actione conuenitur, præter ſolitam ſatisdationem iud. ſol. etiam de rato debet cauere. Quid enim ſi in hoc iudicio rem meam eſſe pronuncietur: & ille reuerſus cuius defenſor extiterat, velit fundum vendicare? nonne ratum nõ videbitur habere quod iudicatum eſt? denique ſi verus procurator extitiſſet, vel etiamſi ipſe Dominus præſens cauſſam ſuam egiſſet, & victus eſſet: ſi à me vendicaret, excep. rei iud. ſubmoueretur. & ita Iulianus libr. 1. digeſt. ſcribit, nam cùm iudicatur rem meam eſſe: ſimul iudicatur illius non eſſe. Ad idem ff. de procur. l. ſi defunctus. §. qui ad communi diuidundo iudicium datus eſt, ad agendum & defendendũ eſſe videbitur datus, duplici cautela ab eo interponenda. Idem eſt ſi tu- 8
tor ſuſpectus poſtulet. vt ff. Rem

c Rationem, cur non idem in perſonali actione obtineat, perſequitur Accurſ. in gloſſ. d. l. Põpo. D. de Procurat.

rat.habe.l. tutore. vbi dicitur. tutore ſuſpecto poſtulato, defenſor ſi voluerit reſpondere, rem ratam dominum habiturũ cauere compellendus eſt. Nam iudicium familiæ herciſcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum tale eſt, vt in eo ſingulæ perſonæ duplex ius habeant, ſcilicet agentis, & eius cum quo agitur. vt ff. fi. reg. per totũ. & ff. de iud. l. in tribus iudicijs. Nunc autem de effe-

§. 3.

Effectus ſatisdationũ in Procuratore rei eſt, quòd ipſe ex ſatisdatione iudicatũ ſolui obligatur.

ctibus ſatisdationum videamus. Et quidem ſi procurator rei ſatisdederit iudicatum ſolui: ipſe tantùm tenetur ex ipſa ſtipulatione, & nõ Dominus. Dominus tamen actione in factum, ex re iudicata cũ procuratore ſuo tenetur. Nam ſi per ſeipſum defendiſſet cauſam, nõ debuiſſet ſatisdare iudica. ſol. vt Inſtit. de ſatisdatio. §. Sed hodie. Suprà eſt tit. de ſatisdat. rei in

Syndicus vel actor ſatisdãdi onere nõ premuntur.

princ. De Syndico autẽ vel actore vniuerſitatis, quæritur vtrum ſatisdare debeant. Et dicimus quòd non, ſiue agant, ſiue defendant, niſi de mandato dubitetur: tunç

tunc enim cauere debent de rato. vt ff.quod cuiuſque vniuerſitatis. l.Item eorum.§.actor vniuerſitatis.Suprà eſt in tit.de Syndi.Idem intelligo in tutorib. pupillorum & curatoribus minorum.vt ff.qui ſatisda.cog. l. ſciendum. §. tutores ſiue ipſi poſsideāt, ſiue pupilli eorum; poſſeſſorum loco habentur.Sed & ſi vnus ex tutorib. poſſeſſor fuerit, idem dicendum erit. Nam quod ratione differtur, culpæ aut morę imputandum nō eſt. vt D.de vſur.l. ſciendum. & D. de iudic.l.non videtur.

Titul. XVIII.
De dilationibus.

QVoniam recepto libello, & pręſtitis ſatisdationib. reus [a]dilationem petere cōſueuit: conſequenter dicendum eſt de dilationibus. quæ & quot ſint, & qualiter ſint concedendæ. [b]Dilationum ſeu induciarum aliæ ſunt citatoriæ, aliæ reſtitutoriæ, aliæ deliberatoriæ, alię præparatorię, alię appellatoriæ, aliæ executoriæ. Ci-

a Ampliatio & cōperendinatio latinè dicitur. Cicero in Bruto. & in lib. de clar. orato. & lib.3. in Ver.

b Diuiſio dilationum quæ dantur ab homine.

Citatoriæ. tatoriæ ſunt quæ dantur citato ad iudiciũ, hoc eſt, quanto interuallo dierum ſit aliquis ad iudicium vocandus, de quo plenè dictum eſt ſuprà tit. de in ius vocat. Rẽſti- *Reſtitutoriæ.* tutoriæ, quæ dantur ſpoliato poſt reſtitutionem in integrum, quibus quieſcit, nec cogitur ſuis ſpoliatoribus reſpondere ſuper principali. Et ſunt ad minus 6. menſium: ad maius verò vnius anni. vt 3.q.2.c. deiectis Epiſcopis poſt in integrum reſti. anniuerſariꝫ induciꝫ, vel ſex menſium indulgen- *Deliberatoriæ.* dæ ſunt. Deliberatoriæ ſunt, quæ dantur reo vel actori citato ad deliberandum, vtrum velit cedere, vel contendere, vel vtrum recuſet iudicẽ, vel alium ei petat aſſociari. vt 3.q.3.c. induciæ. Auth. offeratur. arg. extra de dilat. c. præterea. & hæ regulariter 20. dierũ ſunt. vt 3.q.3. in auth. præallegata. Iudex tamen ex officio ſuo poterit illas abbreuiare, vel prolongare, ſecundum quod viderit expe- *Præparatoriæ induciæ quæ dican.* dire, vt inferiùs diceẽ fuſiùs. Præparatoriæ ſunt quæ dantur poſt litem

tem conteſtatam ad teſtes quærendos, & producendos, & ad inſtrumenta præparanda, & aduocatos inueniendos, & ad conſilia amicorum petenda: & ſunt in cauſa criminali ad minus 6. mẽſium: ad maius verò vnius anni. vt 3. q. 3. c. de inducijs. vbi dicitur. de inducijs Epiſcoporum, ſuper quibus conſuluiſtis, diuerſas à patribus regulas inuenimus conſtitutas. quidam enim ad repellẽdum multorũ inimicorum machinamenta, & ſuas pręparandas reſp onſiones, & teſtes confirmandos, & conſilia amicorum & Epiſcoporum quærenda, annum & 6. menſes mandauerunt cõcedi: quidam annum: in quo plurimi concordant: minus verò quàm 6. menſes dari non inuenio. quæ ſi laicis indulta ſunt, quanto magis & Dei ſacerdotibus. In ciuili verò cauſſa ſi ſunt ex vna ꝓuincia, in qua cauſa tractatur, & teſtes, & inſtrumenta petuntur: dabitur reo dilatio 3. menſium. Si verò ex continentibus prouincijs 6. menſes indul-

tur, & quod earũ tempus ſit in cauſa criminali.

Præparatoriæ dilationes in cauſſa ciuili.

gentur: In tranſmarinis verò 9. menſes.vt C.de dilat.l.1.& 3.c.induciæ.§. Spatium dilationum hac ratione moderandum eſt,vt, ſi ex ea ꝓuincia vbi lis agitur, vel perſona, vel inſtrumenta poſcuntur: nõ ampliùs quàm tres menſes indulgeas.Si verò ex continentibus prouincijs,6.menſes cuſtodiri iuſtitiæ eſt. In tranſmarina autẽ dilatione 9. menſes cuſtodiri oportet.Iudicantes autẽ hac occaſione nõ ſibi cõceſſum intelligant dandæ dilationis arbitrium: Sed eandem dilationem ſi rerum [a]vrgentiſsima ratio flagitauerit, & neceſſitas deſideratæ inſtructionis exegerit, nõ facilè ampliùs quàm ſemel, nec vllam ꝓtrahendi artem ſciant eſſe tribuendam.Et hoc ſuper eodẽ articulo. Secùs eſt ſi ſuper diuerſis.vt extra de teſtibus.c. fraternitatis, & c. in cauſsis. & c. cum cauſſa. Et dicit D. Azo quòd [b]iſtæ dilationes dantur actori & reo:accuſatori & accuſato. [c]In pecuniarijs autem cauſis tantùm ſemel,& pro ſingulis cauſis & impedimen-

a Quia iudices noſtri tẽporis arbitrarias eſſe dilatiões ſibi perſuadent:hinc fit paſſim,vt in iis decernendis ſint nimii.

b Præparatoriæ cõmunes dilationes quæ ſint.

c Dilationes ſunt cõcedendæ tãtùm ſemel in pecuniariis cauſis.

dimentis ſingulis. vt ff. de fe. & dilatio.l.vlt. vbi dicitur. In pecuniarijs autem cauſis omnibus dilatio ꝓ ſingulis cauſis plus quàm ſemel tribui non poteſt. In capitalibus autem cauſis dilationes reo tres, accuſatori duæ poſſunt dari. [d]Sed vtrumque cauſa cognita. Et hoc fiat ſine grandi cauſſæ cognitione. nam eo ipſo quod petuntur gratia teſtium & inſtrumentorum, videtur, quòd iuſtè petantur. & dandæ ſunt, niſi euidens calumnia appareat. Itē ſecundæ dilationes dandę ſunt, ſi probauerit ſe impeditum iuſta aliqua de cauſa, quo minus produceret ſuos teſtes & inſtrumenta. vt ff. de eden. l. Si quis. §. penult. & vlt. & l. veluti. & D. de fer. l. oratione quidem diui Marci non ampliùs quàm ſemel eſſe dandam inſtrumētorum dilationem expreſſum eſt. Sed vtilitatis litigantium gratia, cauſſa cognita & iterum tam ex eadem, quàm ex alia prouinciā dilatio ſecundū moderamen locorum, impertiri ſolet: maximè, ſi aliquid

d Dilationes ſecundæ quādoque concedūntur cum leni cauſæ cognitione.

inopinabile emergat. In criminalibus duæ ſunt dandæ dilationes accuſatori,& tres reo, non exquiſita probatione impedimenti, vt ſuprà proximè. d. l. vlt. de ferijs. Sed ſi plures petant nõ dabuntur abſq; cauſę cognitione. Et quarta non dabitur,niſi iuret quod teſtificata nõ didicerit. vt extra de teſti.c.In cauſis.vbi dicitur.quod in ciuilibus cauſis vel eccleſiaſticis non datur quarta productio: niſi adhibita ſolennitate, quæ in legibus eſt expreſſa. quam ſolennitatem habetis in auth.de teſti.Coll. 7.§.quia verò.vbi dicitur. quia verò multi litigatores ſæpè teſtes ꝓducunt,& tertiò hoc agẽtes, mox vt concluſerint,& accepta fuerint teſtimonia, tentantes interpellationibus nouis importuni eſſe, & velle etiam quartò producere teſtes:ſancimus noſtros iudices hoc maximè conſiderare, vt ſi tertiò iam producti ſunt teſtes, & ab eo qui teſtes produxit concludente, id eſt, ꝓductioni teſtium renunciante, &*editum accipiente, iterum

Quarta dilatio nõ cõceditur abſq; cauſæ cognitione.

Solennitas circa quartam dilationem producendorum teſtium.

Textus Autent.

**aliàs, editionem*

rum petantur teſtes: hoc omnino non adeſſe: vtpote ſuſpitione hábita, ne forte relictis quidē prioribus, & dudum manifeſtis propter eorum teſtimonia factis, nō productionem teſtium, ſed de præcedentibus, aut non teſtificatis ſupplementum aut additamentum, aut depoſitionibus eorum emendationem deſideret. Si verò deducens quidem teſtes, editionem nondum acceperit, neque perlegerit atteſtationes, neque ipſe, neque aliquis aduocatorū eius: aduerſarius autē eius licet acceperit ſolus, & fecerit diſputationē, nec tamen eam dederit ei qui tertiò dudum fecit teſtium productionem: neq; *per diſputationē edoctus ſit is, qui eos produxerat, quę teſtimonijs deſunt, hæc adijci: tunc dandam etiam quartam productionem teſtium ei qui hoc petierit: primitùs ſacramēto dando ab eo quod neq; ſubtraxit, neque perſcrutatus eſt atteſtationes, neque ipſe, neque aliquis aduocatorum eius, aut omnino ꝓ eo agens:

*text. per diſpoſitionem

neque

neq; per aliquem dolum, vel machinationem, vel artem, quartam productionem petit teſtium fieri: ſed propter hoc, quòd non priùs valuit vti denunciantis vel deſideratis teſtimonijs. & ſi hoc factum fuerit, neq; iuſsione pro talibus Imperiali egere (ſicut pridé erat) ſed ex hac lege ſufficiant eis, quę permiſſa ſunt, & vſq; ad quartam teſtium productioné licentiam eſſe teſtimonijs vti: non tamen per longum interuallum. vt ex hoc nõ protrahantur lites: Sed oportere omnino velocitaté eis imponere ſecundum quod iudex exiſtimauerit hoc fieri. Illud tamen indubiũ eſt, quia & ſi ſemel producens teſtes, aut bis, aut teſtificationes tractauerit, aut aduerſario hoc faciente ipſe diſputationem acceperit, & ex hoc didicerit teſtificata: non habebit omnino licentiam vllam vlteriùs vti productione teſtium, neque ſi diuina iuſsio hoc præceperit. Ad idem extra de teſti.c.penul. vbi dicitur. vltra tertiam productionem non debent

Qui teſtificatiões acceperit & dicta teſtimonia perſpexerit, ampliùs teſtes producere nõ poteſt.

debent teſtes in cauſa produci, niſi præſtito ab eo, qui hoc poſtulat iuramento, quod neq; per ſe, neq; per alium teſtificata ſubtraxerit, vel fuerit percunctatus, nec per dolum, aut per artem aliquam, quartam ꝓductionem expoſcat: Sed quod, quos deſiderat de nouo producere, priùs habere nequiuit. Quinta productio vel dilatio nullo modo dabitur. quod verum eſt, ſi quos teſtes produxerit. Si verò nullos teſtes produxerit, probatis impedimentis, quinta dilatio dabitur, & etiam centeſima ſi neceſſe fuerit. Alij verò dicunt, quòd in omnib. cauſis tam pecuniarijs, quàm ſpiritualibus, & in criminalibus, pro ſingulis cauſis tres dilationes dandæ ſunt ad teſtes producendos, & quarta cum ſolēnitate illa; ſcilicet quod iuretur, quod teſtificata non didicerit, & quòd quartam ꝓductionem malitioſè nō petat, &c. vt in Auth. de teſt. §. quia vero. Suprà iam citata eſt. & extra eod. tit. c. in cauſis, &c. ſignificauerunt, vbi facit men-

Quinta & vlteriores dilationes dantur, ſi nō ſubſit falſi machinandi ſuſpitio.

cit mentionem de Solennitate legali, quam habes in.§. quia verò. Et intelligo l.illam ff.de fer.l.fin. & l.oratione, (per quã Azo ſuam fouet intentionem iam præmiſſam) de dilationibus, quæ indulgentur à iudice, vbi aſſerit, quod in cauſis pecuniarijs non niſi vna dilatio datur. Decretales autem & Auten. intelligo de ijs quæ conceduntur à iure.

Conciliatio circa opiniones de dilationibus.

§. 2. Appellatoriarum dilationum aliæ ſunt ſtatutæ ad appellandum, aliæ ad appellationem proſequẽdam à tempore latæ ſententiæ tam interlocutoriæ, quàm diffinitiuæ. Et conceduntur ad appellandum dies 10. vt 2. q.6.c.anteriorum. vbi etiam dicitur. quod olim intra biduum, vel triduum tantummodò erat licitum appellare, ſed hodie intra decendiũ quemlibet appellare oportet, ſiue litiget quis per ſe, ſiue per Procuratorem, ſiue defenſorem cauſa ventiletur, ſeu per tutorem, vel curatorem. Et hoc tempus eſt numerandum à tempore* prolationis ſententiæ tam interlocutoriæ,

Dilationes appellationibus interponendis conceſſæ ſunt decem dies.

**aliàs, recitatiõis*

riæ, quàm diffinitiuæ. vt ibidem dicitur. Ad idem extra d.c. ſignificauerunt. & extra ſen. & re. iudi. c. quod ad conſultationem. vbi dicitur. quòd qui non prouocat intra decẽdium, appellandi ſibi aditum denegat, & tranſit res in auctoritatem rei iudicatæ. Et nota, quòd ſecundum canones poteſt indiſtinctè appellari: & ante ſententiam, & poſt, & in prolatione ſententiæ. vt 2.q.6.c. non ita. vbi dicitur. quòd ab eccleſiaſtico foro bene licet recedere ante peractam cauſam, ſi neceſſe fuerit, vel ſi ſenſit ſe grauari. vt extra de app. c. ſuper eo. vbi dicitur. quòd ſacri canones ante, & poſt lit. conteſt. & in prolatione ſententiæ, & poſt ſententiam, ſingulis appellandi tribuunt facultatem. Sed tamen ſecundũ noua iura aliter eſt, quæ corrigunt vetera: quia non poteſt appellari ante ſententiam, niſi iuſta cauſſa fuerit aſsignata: puta, quòd iniuſtè grauatur. vt extra de app. c. vt debitus honor deferatur iudicibus, & litigatoribus con-

Secundum canões & ante, & poſt, & in ipſa ſententiã appellatur.

Ante ſententiam quomodo appelletur.

ſula-

ſulatur ſuper laboribus & expenſis: ſtatuimus vt ſi quis corã idoneo iudice conuenerit aduerſarium ſuum, vt ille ante ſententiam ad ſuperiorem non ꝓuocet abſq; rationabili cauſſa, ſed coram illo iuſtitiam ſuam proſequatur, non obſtante ſi dicat quod ad ſuperiorem iudicẽ nuncium deſtinauerit: & literas impetrauerit priuſquàm delegato fuerint aſsignatæ. Cùm autem ex rationabili cauſſa putauerit appellãdum coram eodem iudice cauſſa probabili aſsignata appellationis, quę videlicet ſi foret probata legitima reputari deberet: ſuperior de appellatione cognoſcat: & ſi minus rationabiliter eum appellaſſe conſtiterit, illum ad inferiorem remittat, & in expenſis alteri parti condemnet. Alioquin primus procedet ſaluis cõſtitutionibus de maioribus cauſis ad ſed. Apoſtolicam referendis. Et nota, quòd ad proſequendam app. vnus annus regulariter indulgetur, & ex iuſta cauſa bienium. vt extra de appel. c. Cum ſit Roma-

Tempus proſequẽde appellatiõis eſt annus. quod tamẽ iudex ex cauſa po

Romana. vbi dicitur. quòd ſi fruſtratoriæ dilationis cauſſa, vel etiam neceſſariò, id eſt, cùm probabiliter ante ſententiam vel poſt fuerit appellatum, huiuſmodi appellationi annus indulgetur, aut ſi neceſſaria & euidens apparuerit neceſsitas, biennium: niſi forte iudex à quo appellatum eſt, ſecundum locorum & prouinciarũ diſtantiam, & perſonarum & negotij qualitatẽ, reſciſius tempus fuerit moderatus. Intra quod, ſi is qui appellauit, cauſam appellationis non fuerit proſequutus, tenebit ſententia. vt extra de ap. c. oblatę. Suprà eſt. & hoc verum eſt generaliter ſi appelletur ante ſententiam vel poſt, niſi iudex reſciſius tempus fuerit moderatus, aſſignando terminum ad appellationem proſequendam, vt iam dictum eſt. extra c. cum ſit Romana. & [a] ille terminus vicẽ obtinet peremptorij. vt extra de app. c. ſæpè contingit. vbi dicitur. quod appellatio, ſi à iudice recepta fuerit, vel à parte ꝓbata, poſt terminum

teſt longius aut breuius ſtatuere.

a Nominatim & expreſſè terminus appellatiõi proſequendæ à iudice præfixus, vires edi cti peremptorii habet.

appellationi præfixum, peremptorij edicti vires obtinet: ita videlicet, vt ex tunc in abſentē perinde procedatur, ac ſi tunc peremptoriè vocatus ad iudicium extitiſſet. Quòd ſi forte interpoſita prouocatio malitioſè recepta vel adprobata non fuerit, cùm conſtiterit legitimè prouocatum: nihilominus eam vigorem volumus obtinere, ſaluis conſtitutionibus, de prouocantibus poſt ſentētiam promulgatis, quibus appellationes ſuas proſequi nō curantibus, poſt terminum appellationi proſequendæ præfixum, rata manet ſententia, quæ fuerat appellatione ſuſpenſa. quicquid autem contra citationē peremptoriam poſſet ab abſente citato proponi, aduerſus appellationem huiuſmodi valeat allegari. Itē nota, quòd poſt biennium poteſt appellans ſuam proſequi appellationē, nec facit ſibi præiudicium ſi ex cauſa eam omiſerit. vt extra de app. c. ex ratione. vbi dicitur. verùm ſi appellationem, poſtquàm biennium fuerit ela-

Etiam ex cauſſa poſt bienniũ tractatur appellatio.

elapſum, factam à ſententia quæ fuerat contra vos prolata, de controuerſia quam habuiſtis in Eccleſia tali, proſequuti non eſtis: dummodò proſequutioñe ipſius appellationis per impotentiã vos cõſtiterit omiſiſſe, nolum⁹ quod iuſtitiæ veſtræ debeat aliquatenus præiudicare. Executoriæ ſeu iudicatoriæ ſunt, quę danť poſt ſententiam condemnato, antequam ſententia mandetur executioni. Et hæ in perſonali actione ſunt quatuor mẽſium. vt extra de ſen. & re iud. c. Quod ad conſultationem. vbi dicitur. quòd licet generaliter quadrimeſtre tẽpus eſt ſtatutum ad ſoluendum iudicatum, tamen à ſedente in medio poteſt prorogari. Ad idem extra de off. iudic. deleg. c. quærenti. Suprà eſt. In reali actiõe, vbi iudicatum eſt, mandari debet ſentẽtia executioni ſtatim elapſo decendio, ſi præſens ſit res de qua actum eſt. Sed ſi non ſit præſens, præſtita cautione de æſtimatione ipſius rei, infra tempus à iudice ſtatuẽdum, man-

§. 3.
Dilationes ſeu inducia executoriæ quæ dicantur.
In perſonali actione dantur 4. menſes: in reali executoriæ ſtatim conceduntur.

dabitur executioni. vt Inſtit. de off. iudic. §. 2. vbi dicitur. & ſi in rem actum ſit, ſiue contra petitorem iudicauerit, abſoluere debet poſſeſſorem: ſiue contra poſſeſſorem, iubere ei debet, vt rem ipſam reſtituat cum fructibus. Sed ſi in præſenti ſe neget poſſeſſor reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbitur tempus reſtituendi cauſa petere: indulgendum eſt ei: vt tamen de litis æſtimatione caueat cum fideiuſſore, ſi intra tempus quod ei datum eſt, non reſtituerit. Cùm autem criminaliter agitur ſtatim mandari debet ſententia exequutioni elapſo decendio. vt 2. q. 1. ſicut ſine iudicio nolumus quenquam condemnari, ita quæ iuſtè definita ſunt, nulla patimur excuſatione differri. Nota tamen, quòd illud habet inſtantiam in quibuſdam caſibus, notatis 11. q. 3. c. cùm apud Theſſalonicam. Quorum vnus eſt. C. de pœnis l. ſi vindicari in aliquos ſeuerius contra noſtram conſuetudinem pro cauſę intuitu iuſſerimus: nolu-

In criminali poſt decem dies.

Caſus in quibus poſt cōdemnationem pœna differtur.

L. ſi vindicari & l. cum reis C. de pœn.

nolumus ſtatim eos aut ſubire pœnam, aut excipere ſententiam. Sed per dies 30. ſuper ſtatu eorum ſors, & fortuna ſuſpenſa ſit. Reos ſane excipiat vinciatq́; cuſtodia, & excubijs ſolertibus vigilanter obſeruet: nam regulariter nõ differtur pœna. vt C. de pœn.l. cum reis. vbi dicitur. Cum reis manifeſta probatione conuictis, ſpacium temporis ante ſententiam datur, facultas ſupplicandi, vel quibuſdam malignis artibus tam præſidum, quàm officialiũ pœnas euitandi crimino ſiſsimis patet: cùm & in homicidij crimine, & in alijs detectis grauioribus cauſis, vltio differenda non ſit. Igitur de cætero iuxta criminis qualitatẽ & legem oportet ſeruari, & in ſceleroſos & noxios proferri iuris ſententiam. Eſt etiam alius caſus quando differtur, ſcilicet in muliere prægnante donec pariat. vt ff. de pœnis l. prægnantis mulieris, conſummandæ damnatæ pœna differtur quoad pariat. Ego quidem, & ne quæſtio de ea habeatur, ſcio *In muliere prægnante.*

Titul. XIX.

De Ferijs.

Diximus de dilationib. quæ dantur ab homine. nunc videamus de ijs quæ dantur à iure ſcilicet de ferijs. Videamus igitur quot ſint genera feriarum. Qualiter diſtinguuntur. Quid in eis agi poſsit. Feriarum aliæ ſunt ſolennes, alię repentinæ, aliæ ruſticæ ſeu publicæ. Solennes feriæ ſunt omnes dies Dominici & ſolennium feſtiuitatum, quæ numerantur de conſecrat. di. 3. c. 1. vbi dicitur. quod pronunciandum eſt vt ſciant tempora feriandi per annum, id eſt, Omnem diem dominicum à veſpera in veſperam, ne à Iudaiſmo capiantur, celebrando nimirum ſabbatum. Feriandi vero per annum iſti ſunt dies. Natalis domini, Sancti Stephani, Ioannis Euangeliſtę, Innocentium, Sancti Syluestri, Octaua natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Purificatio ſanctæ Mariæ, Sanctum Paſcha cum tota hebdomada. Rogationes trium dierum, Aſcenſio Domini, dies

Diuiſio feriarum.

Feriarũ ſolẽnium enumeratio.

dies Pentecoſtes. Ioannis baptiſtæ, 12. Apoſtolorum, & maximè Petri & Pauli, qui mundum prædicatione & doctrina ſua illuminauerunt. Sancti Laurẽtij, Aſſumptio & natiuitas ſanctæ Mariæ, Dedicatio ſancti Michaelis Archangeli, dedicatio cuiuſcunque oratorij, & omnium ſanctorum, & ſancti Martini, & Sancti Nicolai. Et illæ feſtiuitates, quas ſinguli Epiſcopi ſuo Epiſcopatu cum populo collaudant, quæ in vicinijs tantùm commorantibus indicendæ ſunt, non omnibus generaliter. Reliquæ verò feſtiuitates non ſunt cogendæ ad feriandum, nec prohibendæ etiam. Indictum verò ieiuniũ quando fuerit denunciatũ, ab omnibus obſeruetur: & etiã quidam dies qui præcedunt, vel ſubſequunt quaſdam feſtiuitates ſunt obſeruandi, vt feriati. vt 15. q. 4. c. placita ſecularia dominicis dieb. & alijs præcipuis feſtis, ſiue etiã in ijs dieb. in quibus legitima ieiunia celebrantur, ſecundum canonicam inſti-

Reliqui dies feſti in medio, tum religionis cuiuſq;, tũ conſuetudinis locorum relinquũtur.

neq; per aliquem dolum, vel machinationem, vel artem, quartam productionem petit teſtium fieri: ſed propter hoc, quòd non priùs valuit vti denunciantis vel deſideratis teſtimonijs. & ſi hoc factum fuerit, neq; iuſsione pro talibus Imperiali egere (ſicut pridẽ erat) ſed ex hac lege ſufficiant eis, quę permiſſa ſunt, & vſq; ad quartam teſtium productionẽ licentiam eſſe teſtimonijs vti: non tamen per longum interuallum. vt ex hoc nõ protrahantur lites: Sed oportere omnino velocitatẽ eis imponere ſecundum quod iudex exiſtimauerit hoc fierı̃. Illud tamen indubiũ eſt, quia & ſi ſemel producens teſtes, aut bis, aut teſtificationes tractauerit, aut aduerſario hoc faciente ipſe diſputationem acceperit, & ex hoc didicerit teſtificata: non habebit omnino licentiam vllam vlteriùs vti productione teſtium, neque ſi diuina iuſsio hoc præceperit. Ad idem extra de teſti. c. penul. vbi dicitur. vltra tertiam productionem non debent

Qui teſtificatiões acceperit & dicta teſtimonia perſpexerit, ampliùs teſtes producere nõ poteſt.

debent teſtes in cauſa produci, niſi præſtito ab eo, qui hoc poſtulat iuramento, quod neq; per ſe, neq; per alium teſtificata ſubtraxerit, vel fuerit percunctatus, nec per dolum, aut per artem aliquam, quartam ꝓductionem expoſcat: Sed quod, quos deſiderat de nouo producere, priùs habere nequiuit. Quinta productio vel dilatio nullo modo dabitur. quod verum eſt, ſi quos teſtes produxerit. Si verò nullos teſtes produxerit, probatis impedimentis, quinta dilatio dabitur, & etiam centeſima ſi neceſſe fuerit. Alij verò dicunt, quòd in omnib. cauſis tam pecuniarijs, quàm ſpiritualibus, & in criminalibus, pro ſingulis cauſis tres dilationes dandæ ſunt ad teſtes producendos, & quarta cum ſolēnitate illa; ſcilicet quod iuretur, quod teſtificata non didicerit, & quòd quartam ꝓductionem malitioſè nō petat, &c. vt in Auth. de teſt. §. quia vero. Suprà iam citata eſt. & extra eod. tit. c. in cauſis, &c. ſignificauerunt, vbi facit men-

Quinta & vlteriores dilationes dantur, ſi nō ſubſit falſi machinandi ſuſpitio.

cit mentionem de Solennitate legali, quam habes in. §. quia verò. Et intelligo l. illam ff. de fer. l. fin. & l. oratione, (per quã Azo ſuam fouet intentionem iam præmiſſam) de dilationibus, quæ indulgentur à iudice, vbi aſſerĩt, quod in cauſis pecuniarijs non niſi vna dilatio datur. Decretales autem & Auten. intelligo de ijs quæ conceduntur à iure. Appellatoriarum dilationum aliæ ſunt ſtatutæ ad appellandum, aliæ ad appellationem proſequẽdam à tempore latæ ſententiæ tam interlocutoriæ, quàm diffinitiuæ. Et conceduntur ad appellandum dies 10. vt 2. q. 6. c. anteriorum. vbi etiam dicitur. quod olim intra biduum, vel triduum tantummodò erat licitum appellare, ſed hodie intra decendiũ quemlibet appellare oportet, ſiue litiget quis per ſe, ſiue per Procuratorem, ſiue defenſorem cauſa ventiletur, ſeu per tutorem, vel curatorem. Et hoc tempus eſt numerandum à tempore * prolationis ſententiæ tam interlocutoriæ,

Conciliatio circa opiniones de dilationibus.

§. 2.

Dilationes appellationibus interponendis concesſæ ſunt decem dies.

**aliàs, recitatiõis*

riæ, quàm diffinitiuæ. vt ibidem dicitur. Ad idem extra d.c.ſignificauerunt.& extra ſen.& re.iudi.c. quod ad conſultationem. vbi dicitur. quòd qui non prouocat intra decẽdium, appellandi ſibi aditum denegat, & tranſit res in auctoritatem rei iudicatæ. Et nota, quòd ſecundum canones poteſt indiſtinctè appellari: & ante ſententiam, & poſt, & in prolatione ſententiæ.vt 2.q.6.c. non ita. vbi dicitur. quòd ab eccleſiaſtico foro bene licet recedere ante peractam cauſam, ſi neceſſe fuerit, vel ſi ſenſit ſe grauari.vt extra de app. c.ſuper eo. vbi dicitur. quòd ſacri canones ante, & poſt lit. conteſt. & in prolatione ſententiæ, & poſt ſententiam, ſingulis appellandi tribuunt facultatem. Sed tamen ſecundũ noua iura aliter eſt, quæ corrigunt vetera: quia non poteſt appellari ante ſententiam, niſi iuſta cauſſa fuerit aſsignata: puta, quòd iniuſtè grauatur. vt extra de app. c. vt debitus honor deferatur iudicibus,& litigatoribus con ſula-

Secundum canões & ante, & poſt, & in ipſa ſententiã appellatur.

Ante ſententiam quomodo appelletur.

ſulatur ſuper laboribus & expenſis: ſtatuimus vt ſi quis corā idoneo iudice conuenerit aduerſarium ſuum, vt ille ante ſententiam ad ſuperiorem non ꝓuocet abſq; rationabili cauſſa, ſed coram illo iuſtitiam ſuam proſequatur, non obſtante ſi dicat quod ad ſuperiorem iudicē nuncium deſtinauerit: & literas impetrauerit priuſquàm delegato fuerint aſsignatæ. Cùm autem ex rationabili cauſſa putauerit appellādum coram eodem iudice cauſſa probabili aſsignata appellationis, quę videlicet ſi foret probata legitima reputari deberet: ſuperior de appellatione cognoſcat: & ſi minus rationabiliter eum appellaſſe conſtiterit, illum ad inferiorem remittat, & in expenſis alteri parti condemnet. Alioquin primus procedet ſaluis cōſtitutionibus de maioribus cauſis ad ſed. Apoſtolicam referendis. Et nota, quòd ad proſequendam app. vnus annus regulariter indulgetur, & ex iuſta cauſa biennium. vt extra de appel. c. Cum ſit Roma-

Tempus proſequēdæ appellatiōis eſt annus. quod tamē iudex ex cauſa po

Romana.vbi dicitur.quòd ſi fru- *teſt longius aut*
ſtratoriæ dilationis cauſſa, vel eti- *breuius ſtatuere.*
am neceſſariò, id eſt, cùm probabiliter ante ſententiam vel poſt fuerit appellatum, huiuſmodi appellationi annus indulgetur, aut ſi neceſſaria & euidens apparuerit neceſsitas, biennium: niſi forte iudex à quo appellatum eſt, ſecundum locorum & prouinciarũ diſtantiam, & perſonarum & negotij qualitatẽ, reſciſius tempus fuerit moderatus. Intra quod, ſi is qui appellauit, cauſam appellationis non fuerit proſequutus, tenebit ſententia. vt extra de ap. c. oblatę. Suprà eſt. & hoc verum eſt generaliter ſi appelletur ante ſententiam vel poſt, niſi iudex reſciſius tempus fuerit moderatus, aſſignando terminum ad appellationem proſequendam, vt iam dictum eſt. extra c. cum ſit Romana. & [a] ille terminus vicẽ obtinet peremptorij. vt extra de app. c. ſæpè contingit. vbi dicitur. quod appellatio, ſi à iudice recepta fuerit, vel à parte ꝓbata, poſt terminum

a Nominatim & expreſſè terminus appellatiõi proſequendæ à iudice præfixus, vires edicti perẽptorii habet.

Y appel-

appellationi præfixum, peremptorij edicti vires obtinet: ita videlicet, vt ex tunc in abſentē perinde procedatur, ac ſi tunc peremptoriè vocatus ad iudicium extitiſſet. Quòd ſi fortè interpoſita prouocatio malitiosè recepta vel adprobata non fuerit, cùm conſtiterit legitimè prouocatum: nihilominus eam vigorem volumus obtinere, ſaluis conſtitutionibus, de prouocantibus poſt ſentētiam promulgatis, quibus appellationes ſuas proſequi nō curantibus, poſt terminum appellationi proſequendæ præfixum, rata manet ſententia, quæ fuerat appellatione ſuſpenſa. quicquid autem contra citationē peremptoriam poſſet ab abſente citato proponi, aduerſus appellationem huiuſmodi valeat allegari. Itē nota, quòd poſt biennium poteſt appellans ſuam ꝓſequi appellationē, nec facit ſibi præiudicium ſi ex cauſa eam omiſerit. vt extra de app. c. ex ratione. vbi dicitur. verùm ſi appellationem, poſtquàm biennium fuerit ela-

Etiam ex cauſa poſt bienniū tractatur appellatio.

elapſum, factam à ſententia quæ fuerat contra vos prolata, de controuerſia quam habuiſtis in Eccleſia tali, proſequuti non eſtis: dummodò proſequutionẽ ipſius appellationis per impotentiã vos cõſtiterit omiſiſſe, nolum⁹ quod iuſtitiæ veſtræ debeat aliquatenus præiudicare. Executoriæ ſeu iudicatoriæ ſunt, quę danť poſt ſententiam condemnato, antequam ſententia mandetur executioni. Et hæ in perſonali actione ſunt quatuor mẽſium. vt extra de ſen. & re iud. c. Quod ad conſultationem. vbi dicitur. quòd licet generaliter quadrimeſtre tẽpus eſt ſtatutum ad ſoluendum iudicatum, tamen à ſedente in medio poteſt prorogari. Ad idem extra de off. iudic. deleg. c. quærenti. Suprà eſt. In reali actiõe, vbi iudicatum eſt, mandari debet ſẽtẽtia executioni ſtatim elapſo decendio, ſi præſens ſit res de qua actum eſt. Sed ſi non ſit præſens, præſtita cautione de æſtimatione ipſius rei, infra tempus à iudice ſtatuẽdum, man-

§. 3.

Dilationes ſeu inducie executorie que dicantur.

In perſonali actione dantur 4. menſes: in reali executorie ſtatim conceduntur.

dabitur executioni. vt Inſtit. de off. iudic. §. 2. vbi dicitur. & ſi in rem actum ſit, ſiue contra petitorem iudicauerit, abſoluere debet poſſeſſorem: ſiue contra poſſeſſorem, iubere ei debet, vt rem ipſam reſtituat cum fructibus. Sed ſi in præſenti ſe neget poſſeſſor reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbitur tempus reſtituendi cauſa petere: indulgendum eſt ei: vt tamen de litis æſtimatione caueat cum fideiuſſore, ſi intra tempus quod ei datum eſt, non reſtituerit. Cùm autem criminaliter agitur ſtatim mandari debet ſententia exequutioni elapſo decendio. vt 2. q. 1. ſicut ſine iudicio nolumus quenquam condemnari, ita quæ iuſtè definita ſunt, nulla patimur excuſatione differri. Nota tamen, quòd illud habet inſtantiam in quibuſdam caſibus, notatis 11. q. 3. c. cùm apud Theſſalonicam. Quorum vnus eſt. C. de pœnis l. ſi vindicari in aliquos ſeuerius contra noſtram conſuetudinem pro cauſę intuitu iuſſerimus: nolu-

In criminali poſt decem dies.

Caſus in quibus poſt cõdemnationem pœna differtur.

L. ſi vindicari & l. cum reis C. de pœn.

nolumus ſtatim eos aut ſubire pœnam, aut excipere ſententiam. Sed per dies 30. ſuper ſtatu eorum ſors, & fortuna ſuſpenſa ſit. Reos ſane excipiat vinciatq; cuſtodia, & excubijs ſolertibus vigilanter obſeruet: nam regulariter nõ differtur pœna. vt C. de pœn.l. cum reis.vbi dicitur.Cum reis manifeſta probatione conuictis,ſpacium temporis ante ſententiam datur, facultas ſupplicandi, vel quibuſdam malignis artibus tam præſidum, quàm officialiũ pœnas euitandi criminoſiſsimis patet: cùm & in homicidij crimine,& in alijs detectis grauioribus cauſis, vltio differenda non ſit.Igitur de cætero iuxta criminis qualitatẽ & legem oportet ſeruari,& in ſceleroſos & noxios proferri iuris ſententiam. Eſt etiam alius caſus quando differtur, ſcilicet in muliere prægnante donec pariat. vt ff. de pœnis l.prægnantis mulieris, con ſummandæ damnatæ pœna differtur quoad pariat.Ego quidem, & ne quæſtio de ea habeatur, ſcio

In muliere prægnante.

obſeruari, quamdiu pręgnans eſt. Item in ſeruo donec peculij rationem domino reddiderit. vt C. de bo. proſcrip. l. 1. §. ipſius quoque. vbi dicitur. ipſius quoq; præſentiæ poteſtas ei dabitur quoad rationes per eũ adminiſtratæ reddantur ac diſponantur. vt C. de bon. proſcrip. l. 2. vbi dicitur. Deportati quidē nec earum rerum, quas poſt pœnam irrogatam habuerunt, hæredes habere poſſunt, id eſt, damnati in perpetuum exilium non poſſunt hæredes inſtituere in reb. poſt deportationem acquiſitis. Item quando Dñs relegat, vel Præſes iudicat aliquem relegandum, debet expectare donec Imperator ei inſulam aſsignauerit. quod Pręſes facere non poſſet, niſi inſula eſſet in iuriſdictione ſua. vt ff. de interdic. & releg. l. relegatorum duo ſunt genera, circa principium. Et nota, quòd omnes dilationes exceptis appellatorijs, & iudicatorijs, arbitrarię ſunt, & iudicis officio moderantur. vt extra de app. c. cum ſit Romana.

In ſeruo antequã rationem domino reddiderit.

In relegato, cui nondum eſt aſsignatus locus.

Exceptis appellatoriis cateræ dilationes ſunt arbitraria.

Suprà

Suprà eſt alleg. Ad idem extra de ſent. & re iudica. c. quod ad conſult. vbi dicitur. quod à ſedente in medio nonnunquam poteſt arctari terminus, & etiam prorogari. Ad idem 3. q. 2. c. ſi Epiſcopus. & 3. q. 3. c. ſi ægrotans. vbi dicitur. Indulgentur omnes induciæ ſiue dilationes à iudice ſedente. Et dantur ſedente iudice pro tribunali, cauſſa cognita, & vtraque parte præſente. vt 3. q. 3. c. induciæ, §. ſpatium. Ad idem C. de dilat. l. à iudice. Item nota, quòd data dilatione interim debet officium iudicis quieſcere. vt C. de dilat. l. ſiue. vbi dicitur. ſiue enim pars, ſiue integra dilatio data fuerit, eouſque iudicis officium conquieſcat, donec præfixi temporis effluxerint curricula. Ad idem extra de appell. c. ſignificante Aurelio Epiſcopo. vbi dicitur. quòd iudex non poteſt præuenire diem aſsignatum partibus, ſtatuendo aliquid, niſi de conſenſu partium hoc faciat.

Durante dilatiõe interim off. iud. quieſcit.

Titul. XIX.

De Ferijs.

DIximus de dilationib. quæ dantur ab homine. nunc videamus de ijs quæ dantur à iure ſcilicet de ferijs. Videamus igitur quot ſint genera feriarum. Qualiter diſtinguuntur. Quid in eis agi poſsit. Feriarum aliæ ſunt ſolennes, aliȩ repentinæ, aliæ ruſticȩ ſeu publicæ. Solennes feriæ ſunt omnes dies Dominici & ſolennium feſtiuitatum, quæ numerantur de conſecrat. di. 3. c. 1. vbi dicitur. quod pronunciandum eſt vt ſciant tempora feriandi per annum, id eſt, Omnem diem dominicum à veſpera in veſperam, ne à Iudaiſmo capiantur, celebrando nimirum ſabbatum. Feriandi verò per annum iſti ſunt dies. Natalis domini, Sancti Stephani, Ioannis Euangeliſtȩ, Innocentium, Sancti Syluestri, Octaua natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Purificatio ſanctæ Mariæ, Sanctum Paſcha cum tota hebdomada. Rogationes trium dierum, Aſcenſio Domini, dies

Diuiſio feriarum.

Feriarũ ſolẽnium enumeratio.

dies Pentecoſtes. Ioannis baptiſtæ, 12. Apoſtolorum, & maximè Petri & Pauli, qui mundum prædicatione & doctrina ſua illuminauerunt. Sancti Laurẽtij, Aſſumptio & natiuitas ſanctæ Mariæ, Dedicatio ſancti Michaelis Archangeli, dedicatio cuiuſcunque oratorij, & omnium ſanctorum, & ſancti Martini, & Sancti Nicolai. Et illæ feſtiuitates, quas ſinguli Epiſcopi ſuo Epiſcopatu cum populo collaudant, quæ in vicinijs tantùm commorantibus indicendæ ſunt, non omnibus generaliter. Reliquæ verò feſtiuitates non ſunt cogendæ ad feriandum, nec prohibendæ etiam. Indictum verò ieiuniũ quando fuerit denunciatũ, ab omnibus obſeruetur: & etiã quidam dies qui præcedunt, vel ſubſequunt quaſdam feſtiuitates ſunt obſeruandi, vt feriati. vt 15. q. 4. c. placita ſecularia dominicis dieb. & alijs præcipuis feſtis, ſiue etiã in ijs dieb. in quibus legitima ieiunia celebrantur. ſecundum canonicam inſti-

Reliqui dies feſti in medio, tum religionis cuiuſq;, tũ conſuetudinis locorum relinquũtur.

Y 5 tutio-

tutionem, minime fieri decernimus. Inſuper autẽ ſancta ſynodus decreuit, vt nulla iudiciaria poteſtas licentiã habeat ſua auctoritate Chriſtianos ad placitum bannire, vel citare in ſuprà ſcriptis diebus, ſcilicet ſeptẽ diebus ante natiuitatem domini, vſque ad octauum Epiphaniæ, & à *quadrageſima vſque ad octauum Paſchæ, & 7. diebus ante natiuitatem Ioannis baptiſtæ: quatenus adeundi Eccleſiam, orationibusq́ue vacandi liberius habeatur facultas. Et C. de feri. l. vlti. Veruntamen licet prædicta iura omnes ſupradictos dies cenſeant eſſe ſolennes: tamẽ quod dictum eſt de obſeruatione *quadrageſimę, & de 7. diebus ante natiuitatem ſancti Ioannis Baptiſte, credo non tenere propter contrariam [a] conſuetudinem Romanæ Eccleſię, & aliarum prouinciarum, cæteris autem diebus in ſuo robore duraturis. [b] Repentinæ feriæ ſunt, quas princeps indicit propter publicam gratulationem, ob diem natalẽ imperatoris, vel eius filij,

*text. quinquageſima.

*aliàs, quinquageſimæ.

a Cõſuetudine hominũ & præſenti rerũ vſu exigẽte, nimia feſtorũ frequẽtia coërcenda eſt: ne homines ad agendum nati à ſuis munerib. auocentur, & tenuiores interea vitæ neceſſariis deſtituantur. b Feriæ repẽtinæ quæ ſint.

filij, vel propter gaudium victoriç de inimicis habitæ. Hæ à nullo iudice indici poſſunt niſi à principe. vt C. de fer. l. à nullo iudice præſumi debet, vt auctoritate ſua ferias aliquas condat: nec enim Imperiales ferias vocari oportet, quas adminiſtrator edixerit: ac per hoc, ſi nomine eximuntur, fructu carebunt. Ruſticæ ſunt, quæ dantur propter publicá vtilitatem, videlicet pro meſsibus & vindemijs colligēdis, & ſunt duorum menſium. vt C. de fer. l. omnes dies iubemus eſſe iuridicos, illos tamen manere feriarum dies fas erit, quos geminis menſibus ad requiem laboris indulgentior annus excepit: æſtiuos quidē feruoribus mitigandis, & autumnales fructibus decerpendis. Et hæ feriæ ſtatuuntur ſecundum conſuetudinem cuiuſque loci, & ſecundum varios ritus terrarum. vt ff. de ferijs. l. Præſides. vbi dicitur. Præſides ꝓuinciarum ex vniuſcuiuſque loci conſuetudine ſolent meſsis vindemiarumq́; cauſa tem- *Ruſticæ feriæ.*

pus

pus ſtatuere, id eſt, ſtatutum ſeruare. Et nota, quòd hæ feriæ publicę ſiue ruſticæ, non ſolùm ad ruſticos vel cultores extenduntur, ſed ad omnes alios: quoniam licet ꝓprijs manibus fructus non colligant, oportet tamen eos intendere ad fructus colligendos aut per ſe, aut per alios Procuratores ſuos. vt D. de feri. l. 1. vbi dicitur. ne quis meſsium vindemiarumq́ue tempore aduerſarium ſuum cogat ad iudicium venire, oratione diui Marci exprimitur, eò, quòd occupati circa rem ruſticam in forum venire compellendi nõ ſunt.

Ruſticæ feriæ extra perſonas ruſticas extenduntur.

§. 2. In omnibus autẽ ſuprà dictis ferijs ea quæ ad contentioſam iuriſdictionem pertinent, tractari non debent: puta, non ſunt aliqui ad cauſſam vocandi, nec cauſſæ tractandæ ſunt, nec ſententiæ ferendæ. vt 15. q. 4. c. 1. vbi dicitur. nullus Epiſcoporum aut presbyterorum, aut clericorum die Dominico propoſitum cuiuſcunq; cauſæ negotiũ audeat ventilare: niſi hoc tantùm, vt Deo ſtatuta ſolennia pera-

Ea quæ ad cõtentioſam iuriſdictionem pertinent nõ tractantur tẽpore feriato.

peragat. Cæteris verò diebus conuenientibus clericis, vel perſonis, illa quæ iuſta ſunt habeant licentiam iudicandi, excepto criminali. Ad idem ead. cauſ. & ead. q. nullus Epiſcopus, vel infrà poſitus die dominico cauſſas iudicare præſumat. Ad idem extra de fer. c. omnes. Et nota, quòd ſi lata fuerit ſententia feriatis diebus nõ tenet: niſi lata ſit de conſenſu partium. vt D. de fer. l. Si feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum eſt, ne his diebus iudicium ſit, niſi ex voluntate partium, & quod alter aduerſus ea iudicatũ erit, ne quis iudicatum facere, vel ſoluere debeat: neue quis, ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicatum facere cogat.[a] Iſtud corrigitur hodie per decret. no. quæ dicit, quòd lata ſententia, vel proceſſus habitus die feriato ſolenni non valet: licet partes conſentiant. vt extra de fer. c. conqueſtus. Quod autem diximus cauſas nõ ventilari feriatis diebus: verum eſt generaliter. Sed excipiuntur quædam cauſſæ, quæ

Sentẽtia lata die feriato non tenet.

a Non ſatis aptè connectit has leges. Idem enim in l. ſi feriatis, & C. cõqueſtus dicitur de ruſticis feriis: quamuis in c. hoc ampliùs aduciatur, in ſolennibus feſtis diuino numini dedicatis ſententiam etiam ex conſenſu partium latam nõ valere.

Cauſæ quæ etiam feriatis dieb. tractantur.

quæ feriatis dieb. poſſunt tractari: vt ſunt illæ, quæ pertinent ad agriculturã, & collectionẽ vindemiarum aut meſsium. vt C. de fer. l. omnes. §. ruri. & D. de fer. l. 1. vbi dicitur. Excipiuntur certæ cauſæ, ex quibus cogi poterimus, & per id tempus cùm meſſes vindemiæque ſunt, ad Prætorem venire, videlicet ſi res ſit tempore peritura, hoc eſt, ſi dilatio actionẽ ſit peremptura. Sanè quoties res vrget, cogẽdi ſumus ad Prætorẽ venire. Item ea, quæ pertinent ad pacem, & concordiam faciẽdam: vt pacta & tranſactiones. vt C. de fer. vlt. & extra de fer. c. 1. vbi dicit. quod nec mercatum fiat, neq; placitum: neque aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur, nec Sacramẽta (niſi pro pace vel alia neceſsitate) præſtentur. Item ea quæ ſunt tempore peritura, vel morte. In his eatenus proceditur in cauſa, vt fiat lit. conteſt. vt actio perpetuetur, quæ tempore erat peritura: vel vt fiat id quod cõmodè differri non poteſt. vt ff. de fer. l. 1. §. fin. & l. ſolet.

Quæ ſpectant ad pacem, & concordiã ſanciendam.

Quæ cõmodè differri non poſſunt.

ſolet. Item extra vtlit. non conteſt.c. quoniam frequenter. ibi enim præcipit ea facere, quæ dilationem non capiunt, & commode differri nõ poſſunt. [a]Item cauſę latronum, pręcipuè Iſaurorum, omni die expediri poſſunt. vt C. de fer. penult. vbi dicitur. prouinciarum iudices moneantur, vt in quæſtionibus latronum, & maximè Iſaurorũ nullum tempus quadrageſimale, neque venerabilem Paſchæ diem exiſtiment excipiendum: ne differatur ſceleratorum proditio conſiliorum, [b] quæ per latronum torméta quærenda eſt: cum facilè in hoc ſummi numinis ſperetur venia, per quod multorum ſalus & incolumitas procuratur. [c]Item publicæ & fiſcales cauſę in ferijs ruſticis tractari poſſunt. vt C. de fer. l. publicas. & l. omnes dies in fi. vbi dicitur. In 15. autem paſchalibus diebus, compulſio*& annonariæ functiones, & omnium*criminum, priuatorumq́; debitorum differatur exactio. Itẽ liberalia iudicia, & ea quæ perti-

a *Cauſæ latronũ & facinoroſorũ.*

b *Nota quærendum per torméta de conſcus.*

c *Cauſæ publicæ & fiſcales.*

**text. cõpulſio annonariæ functiõis*

**text. publicorum*

Iudicia liberæ

dabitur executioni. vt Inſtit. de off. iudic. §. 2. vbi dicitur. & ſi in rem actum ſit, ſiue contra petitorem iudicauerit, abſoluere debet poſſeſſorem: ſiue contra poſſeſſorem, iubere ei debet, vt rem ipſam reſtituat cum fructibus. Sed ſi in præſenti ſe neget poſſeſſor reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbitur tempus reſtituendi cauſa petere: indulgendum eſt ei: vt tamen de litis æſtimatione caueat cum fideiuſſore, ſi intra tempus quod ei datum eſt, non reſtituerit.

In criminali poſt decem dies.

Cùm autem criminaliter agitur ſtatim mandari debet ſententia exequutioni elapſo decendio. vt 2. q. 1. ſicut ſine iudicio nolumus quenquam condemnari, ita quæ iuſtè definita ſunt, nulla patimur excuſatione differri.

Caſus in quibus poſt cōdemnationem pœna differtur.

L. ſi vindicari & l. cum reis C. de pœn.

Nota tamen, quòd illud habet inſtantiam in quibuſdam caſibus, notatis 11. q. 3. c. cùm apud Theſſalonicam. Quorum vnus eſt. C. de pœnis l. ſi vindicari in aliquos ſeuerius contra noſtram conſuetudinem pro cauſę intuitu iuſſerimus: nolu-

nolumus ſtatim eos aut ſubire pœnam, aut excipere ſententiam. Sed per dies 30. ſuper ſtatu eorum ſors, & fortuna ſuſpenſa ſit. Reos ſuæ excipiat vinciatq́; cuſtodia, & excubijs ſolertibus vigilanter obſeruet: nam regulariter nõ differtur pœna. vt C. de pœn.l. cum reis. vbi dicitur. Cum reis manifeſta probatione conuictis, ſpacium temporis ante ſententiam datur, facultas ſupplicandi, vel quibuſdam malignis artibus tam præſidum, quàm officialiũ pœnas euitandi criminoſiſsimis patet: cùm & in homicidij crimine, & in alijs detectis grauioribus cauſis, vltio differenda non ſit. Igitur de cætero iuxta criminis qualitatẽ & legem oportet ſeruari, & in ſceleroſos & noxios proferri iuris ſententiam. Eſt etiam alius caſus quando differtur, ſcilicet in muliere prægnante donec pariat. vt ff. de pœnis l. prægnantis mulieris, conſummandæ damnatæ pœna differtur quoad pariat. Ego quidem, & ne quæſtio de ea habeatur, ſcio *In muliere prægnante.*

obſeruari, quamdiu prægnans eſt.

In ſeruo antequã rationem domino reddiderit.

Item in ſeruo donec peculij rationem domino reddiderit. vt C. de bo. proſcrip. l. 1. §. ipſius quoque. vbi dicitur. ipſius quoq; præſentiæ poteſtas ei dabitur quoad rationes per eũ adminiſtratæ reddantur ac diſponantur. vt C. de bon. proſcrip. l. 2. vbi dicitur. Deportati quidẽ nec earum rerum, quas poſt pœnam irrogatam habuerunt, hæredes habere poſſunt, id eſt, damnati in perpetuum exilium non poſſunt hæredes inſtituere in reb. poſt deportationem acquiſitis.

In relegato, cui nondum eſt aſſignatus locus.

Item quando Dñs relegat, vel Præſes iudicat aliquem relegandum, debet expectare donec Imperator ei inſulam aſsignauerit. quod Præſes facere non poſſet, niſi inſula eſſet in iuriſdictione ſua. vt ff. de interdic. & releg. l. relegatorum duo ſunt genera, circa principium.

Exceptis appellatoriis cæteræ dilationes ſunt arbitraria.

Et nota, quòd omnes dilationes exceptis appellatorijs, & iudicatorijs, arbitrariæ ſunt, & iudicis officio moderantur. vt extra de app. c. cum ſit Romana.

Suprà

Suprà eſt alleg. Ad idem extra de ſent. & re iudica. c. quod ad conſult. vbi dicitur. quod à ſedente in medio nonnunquam poteſt arctari terminus, & etiam prorogari. Ad idem 3. q. 2. c. ſi Epiſcopus & v. q. 3. c. ſi ægrotans. vbi dicitur. Indulgentur omnes induciæ ſiue dilationes à iudice ſedente. Et dantur ſedente iudice pro tribunali, cauſſa cognita, & vtraque parte præſente. vt 3. q. 3. c. induciæ, §. ſpatium. Ad idem C. de dilat. l. à iudice. Item nota, quòd data dilatione interim debet officium iudicis quieſcere. vt C. de dilat. l. ſiue. vbi dicitur. ſiue enim pars, ſiue integra dilatio data fuerit, eouſque iudicis officium conquieſcat, donec præfixi temporis effluxerint curricula. Ad idem extra de appell. c. ſignificante Aurelio Epiſcopo. vbi dicitur. quòd iudex non poteſt præuenire diem aſsignatum partibus, ſtatuendo aliquid, niſi de conſenſu partium hoc faciat.

Durante dilatiõe interim off. iud. quieſcit.

Titul. XIX.

De Ferijs.

DIximus de dilationib. quæ dantur ab homine. nunc videamus de ijs quæ dantur à iure ſcilicet de ferijs. Videamus igitur quot ſint genera feriarum. Qualiter diſtinguuntur. Quid in eis agi poſsit. Feriarum aliæ ſunt ſolennes, aliꝗ repentinæ, aliæ ruſticę ſeu publicæ. Solennes feriæ ſunt omnes dies Dominici & ſolennium feſtiuitatum, quæ numerantur de conſecrat. di. 3. c. 1. vbi dicitur. quod pronunciandum eſt vt ſciant tempora feriandi per annum, id eſt, Omnem diem dominicum à veſpera in veſperam, ne à Iudaiſmo capiantur, celebrando nimirum ſabbatum. Feriandi verò per annum iſti ſunt dies. Natalis domini, Sancti Stephani, Ioannis Euangeliſtę, Innocentium, Sancti Syluestri, Octaua natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Purificatio ſanctæ Mariæ, Sanctum Paſcha cum tota hebdomada. Rogationes trium dierum, Aſcenſio Domini, dies

Diuiſio feriarum.

Feriarũ ſolẽnium enumeratio.

dies Pentecoſtes. Ioannis baptiſtæ, 12. Apoſtolorum, & maximè Petri & Pauli, qui mundum prædicatione & doctrina ſua illuminauerunt. Sancti Laurētij, Aſſumptio & natiuitas ſanctæ Mariæ, Dedicatio ſancti Michaelis Archangeli, dedicatio cuiuſcunque oratorij, & omnium ſanctorum, & ſancti Martini, & Sancti Nicolai. Et illæ feſtiuitates, quas ſinguli Epiſcopi ſuo Epiſcopatu cum populo collaudant, quæ in vicinijs tantùm commorantibus indicendæ ſunt, non omnibus generaliter. Reliquæ verò feſtiuitates non ſunt cogendæ ad feriandum, nec prohibendæ etiam. Indictum verò ieiuniū quando fuerit denunciatū, ab omnibus obſeruetur: & etiā quidam dies qui præcedunt, vel ſubſequunt quaſdam feſtiuitates ſunt obſeruandi, vt feriati. vt 15. q. 4. c. placita ſecularia dominicis dieb. & alijs præcipuis feſtis, ſiue etiā in ijs dieb. in quibus legitima ieiunia celebrantur, ſecundum canonicam inſti-

Reliqui dies feſti in medio, tum religioni cuiuſq;, tū conſuetudini locorum relinquūtur.

tutionem, minime fieri decernimus. Inſuper autẽ ſancta ſynodus decreuit, vt nulla iudiciaria poteſtas licentiã habeat ſua auctoritate Chriſtianos ad placitum bannire, vel citare in ſuprà ſcriptis diebus, ſcilicet ſeptẽ diebus ante natiuitatem domini, vſque ad octauum Epiphaniæ, & à *quadrageſima vſque ad octauum Paſchæ, & 7. diebus ante natiuitatem Ioannis baptiſtæ: quatenus adeundi Eccleſiam, orationibusque vacandi liberius habeatur facultas. Et C. de feri. l. vlti. Veruntamen licet prædicta iura omnes ſupradictos dies cenſeant eſſe ſolennes: tamẽ quod dictum eſt de obſeruatione *quadrageſimę, & de 7. diebus ante natiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtę, credo non tenere propter contrariam [a] conſuetudinem Romanæ Eccleſię, & aliarum prouinciarum, cæteris autem diebus in ſuo robore duraturis. [b] Repentinæ feriæ ſunt, quas princeps indicit ꝓpter publicam gratulationem, ob diem natalẽ imperatoris, vel eius filii,

text. quinquageſima.

aliàs, quinquageſima.

a Cõſuetudine hominũ & præſenti rerũ vſu exigẽte, nimia feſtorũ frequẽtia coërcenda eſt: ne homines ad agendum nati à ſuis munerib. auocentur, & tenuiores interea vitæ neceſſariis deſtituuntur. b Feriæ repẽtinæ quæ ſint.

filij, vel propter gaudium victoriæ de inimicis habitæ. Hæ à nullo iudice indici poſſunt niſi à principe. vt C. de fer. l. à nullo iudice præſumi debet, vt auctoritate ſua ferias aliquas condat: nec enim Imperiales ferias vocari oportet, quas adminiſtrator edixerit: ac per hoc, ſi nomine eximuntur, fructu carebunt. Ruſticæ ſunt, quæ dantur propter publicā vtilitatem, videlicet pro meſsibus & vindemijs colligēdis, & ſunt duorum menſium. vt C. de fer. l. omnes dies iubemus eſſe iuridicos, illos tamen manere feriarum dies fas erit, quos geminis menſibus ad requiem laboris indulgentior annus excepit: æſtiuos quidē feruoribus mitigandis, & autumnales fructibus decerpendis. Et hæ feriæ ſtatuuntur ſecundum conſuetudinem cuiuſque loci, & ſecundum varios ritus terrarum. vt ff. de ferijs. l. Præſides. vbi dicitur. Præſides ꝓuinciarum ex vniuſcuiuſque loci conſuetudine ſolent meſsis vindemiarumq́; cauſa tempus

Ruſticæ feriæ.

pus ſtatuere, id eſt, ſtatutum ſeruare. Et nota, quòd hæ feriæ publicę ſiue ruſticæ, non ſolùm ad ruſticos vel cultores extenduntur, ſed ad omnes alios: quoniam licet ꝓprijs manibus fructus non colligant, oportet tamen eos intendere ad fructus colligendos aut per ſe, aut per alios Procuratores ſuos. vt D. de feri. l. 1. vbi dicitur. ne quis meſsium vindemiarumq́ue tempore aduerſarium ſuum cogat ad iudicium venire, oratione diui Marci exprimitur, eò, quòd occupati circa rem ruſticam in forum venire compellendi nõ ſunt.

Ruſticæ feriæ extra perſonas ruſticas extenduntur.

§. 2. In omnibus autẽ ſuprà dictis ferijs ea quæ ad contentioſam iuriſdictionem pertinent, tractari non debent: puta, non ſunt aliqui ad cauſſam vocandi, nec cauſſæ tractandæ ſunt, nec ſententiæ ferendæ. vt 15. q. 4. c. 1. vbi dicitur. nullus Epiſcoporum aut presbyterorum, aut clericorum die Dominico propoſitum cuiuſcunq; cauſæ negotiũ audeat ventilare: niſi hoc tantùm, vt Deo ſtatuta ſolennia pera-

Ea quæ ad cõtentioſam iuriſdictionem pertinent nõ tractantur tẽpore feriato.

peragat. Cæteris verò diebus conuenientibus clericis, vel perſonis, illa quæ iuſta ſunt habeant licentiam iudicandi, excepto criminali. Ad idem ead. cauſ. & ead. q. nullus Epiſcopus, vel infrà poſitus die dominico cauſſas iudicare præſumat. Ad idem extra de fer. c. omnes. Et nota, quòd ſi lata fuerit ſententia feriatis diebus nõ tenet: niſi lata ſit de conſenſu partium. vt D. de fer. l. Si feriatis diebus fuerit iudicatum, lege cautum eſt, ne his diebus iudicium ſit, niſi ex voluntate partium, & quod aliter aduerſus ea iudicatũ erit, ne quis iudicatum facere, vel ſoluere debeat: neúe quis, ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicatum facere cogat.[a] Iſtud corrigitur hodie per decret. no. quæ dicit, quòd lata ſententia, vel proceſſus habitus die feriato ſolenni non valet: licet partes conſentiant. vt extra de fer. c. conqueſtus. Quod autem diximus cauſas nõ ventilari feriatis diebus: verum eſt generaliter. Sed excipiuntur quædam cauſſæ, quæ

Sentẽtia lata die feriato non tenet.

[a] Non ſatis aptè connectit has leges. Idem enim in l. ſi feriatis, & C. cõqueſtus dicitur de ruſticis feriis: quamuis in c. hoc amplius adiiciatur, in ſolennibus feſtis diuino numini dedicatis ſẽtentiam etiam ex conſenſu partium latam nõ valere.

Cauſæ quæ etiam feriatis dieb. tractantur.

quæ ſeriatis dieb. poſſunt tracta-ri: vt ſunt illæ, quæ pertinent ad agriculturã, & collectionẽ vindemiarum aut meſsium. vt C. de fer. l. omnes. §. ruri. & D. de fer. l. 1. vbi dicitur. Excipiuntur certæ cauſæ, ex quibus cogi poterimus, & per id tempus cùm meſſes vindemiæque ſunt, ad Prætorem venire, videlicet ſi res ſit tempore peritura, hoc eſt, ſi dilatio actionẽ ſit peremptura. Sanè quoties res vrget, cogẽdi ſumus ad Prætorẽ venire. Item ea, quæ pertinent ad pacem, & concordiam faciẽdam: vt pacta & tranſactiones. vt C. de fer. vlt. & extra de fer. c. 1. vbi dicit. quod nec mercatum fiat, neq; placitum: neque aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur, nec Sacramẽta (niſi pro pace vel alia neceſsitate) præſtentur. Item ea quæ ſunt tempore peritura, vel morte. In his eatenus proceditur in cauſa, vt fiat lit. conteſt. vt actio perpetuetur, quæ tempore erat peritura: vel vt fiat id quod cõmodè differri non poteſt. vt ff. de fer. l. 1. §. fin. & l. ſolet.

Quæ ſpectant ad pacem, & concordiã ſanciendam.

Quæ cõmodè differri non poſſunt.

ſolet. Item extra vt lit. non conteſt.c. quoniam frequenter. ibi enim præcipit ea facere, quæ dilationem non capiunt, & commode differri nō poſſunt. [a]Item cauſę latronum, pręcipuè Iſaurorum, omni die expediri poſſunt. vt C. de fer. penult. vbi dicitur. prouinciarum iudices moneantur, vt in quæſtionibus latronum, & maximè Iſaurorū nullum tempus quadrageſimale, neque venerabilem Paſchæ diem exiſtiment excipiendum: ne differatur ſceleratorum proditio conſiliorum, [b] quæ per latronum tormēta quærenda eſt: cùm facilè in hoc ſummi numinis ſperetur venia, per quod multorum ſalus & incolumitas procuratur. [c]Item publicæ & fiſcales cauſę in ferijs ruſticis tractari poſſunt. vt C. de fer. l. publicas. & l. omnes dies in fi. vbi dicitur. In 15. autem paſchalibus diebus, compulſio*& annonariæ functiones, & omnium*criminum, priuatorumq́; debitorum differatur exactio. Itē liberalia iudicia, & ea quæ perti-

a Cauſæ latronū & facinoroſorū.

b Nota quærendum per tormēta de conſcus.

c Cauſæ publicæ & fiſcales.

**text. cōpulſio annonariæ functiōis*

**text. publicorum*

Iudicia liberæ

lia exerceri poſſunt.

pertinent ad libertatem & pietatem omnibus diebus tractari non poſſunt, ſicut probatur per multa exempla. D. de fer. l. 1. in fin. & l. 2. & l. 3. §. liberalia. & extra de fer. conqueſtus, vbi fit métio de iſtis caſibus. Item per hoc tempus* appellari poteſt etiã in qualibet cauſa. vt C. de fer. l. 1. vt dicetur inferiùs titul. de appellationibus. Illa verò quæ ad voluntariam pertinent iuriſdictionem, ſicut manumiſsio, emãcipatio, quolibet tempore poſſunt exerceri. vt C. eod. tit. l. actus. vbi dicit. omnes publici & priuati actus, etſi diebus 15. paſchalibus cõquieſcant: interim tamen emancipandi & manumittendi cuncti licétiam habeant, & ſuper ijs acta non prohibeantur.

**poteſt appellari*

Quæ ad voluntariam iuriſdictionẽ ſpectant, omni tẽpore expediuntur.

Titul. XX.

DE RECONVENTIONIBVS ET MVTVIS petitionibus.

QVia datis dilationibus, & facta deliberatione, ſæpè reus vult viciſsim cõuenire actorem,

rem, & ſic fiunt hinc inde mutuæ petitiones: ideo de reconuentionibus videamus, videlicet apud quem iudicem fieri poſsit reconuentio: & de quibus rebus fieri poteſt: quando facienda ſit, & qualiter. Item quæ ſit pœna actoris nolentis reſpondere ſuper recõuentione rei. Reconuentio poteſt fieri coram omni iudice tam ordinario quàm delegato. vt 3. q. 8. c. cuius in agẽdo, ſcilicet eſt de off. deleg. Ad idem extra de mut. pet. c. ex literis. Sed apud arbitrum nõ habet locum reconuentio: quia arbiter iudicare nõ poteſt niſi de ijs, de quibus in initio in eum fuit compromiſſum. vt D. de arbit. l. de ijs rebus & controuerſijs iudicare poteſt arbiter, quæ ab initio fuiſſent inter partes, quę compromiſerunt, non de ijs quæ poſteà ſuperuenerunt.[a] De omnibus autem cauſis poteſt fieri reconuentio, exceptis criminalib.[b] in quib. non habet locum reconuentio. vt 3. q. 11. c. 1. 2. 3. vbi dicitur. neganda eſt accuſatis licentia criminandi pri-

Diuiſio.

Coram quib. fiat reconuentio.

§. I.

a In omnib. cauſis regulariter poteſt fieri reconuentio, exceptis quibuſdam.

b Reconuẽtio neg

conceditur in criminali cauſſa. di priuſquàm ſe crimine quo premuntur exuerint, quia nõ eſt credendum contra alios eorum confeſsioni, qui criminib. implicantur, niſi ſe priùs probarint innocentes.[c] Item exceptis præiudicialibus actionibus, quæ licet viciſſim proponantur à reo, cum petitione tamen actoris tractari non poſſunt: ſed ante impletam eandem explicãtur. vt 3. q. 11. c. priùs. §. Aliquando. Ad idem extra de ord. cog. c. Intelleximus. vbi dicitur. quod quædam petebat quendam in virum. ille excepit de conſanguinitate. quæritur de quo articulo priùs debeat tractari. & dicit Papa, quòd de articulo incidenti priùs eſt cognoſcendũ, cùm ille ꝓbatus, cauſam perimat principalem. De ijs præiudicialibus actionibus plenius dicemus in titulo proximo.[d] Item excipiuntur cauſſæ ſpirituales, de quibus coram laico reconuentio non habet locum: quia nullo modo de ijs laicus poteſt iudicare: & ſi ſententiam protulerit non tenebit. vt

c Præiudiciali.

d In ſpiritalibus locus non eſt reconuentioni.

extra

extra de iur.patr.c. Relatum.§. ad hoc.Sequitur,quando debeat fieri reconuentio. Et fit generaliter ante litem conteſt. poſteà verò nunquam:niſi libellus reconuentionis antè ſit porrectus, vel proteſtatus reus fuerit de reconuentione faciēda.vt extra de mut.pet. per totum.& C. de ſen.& interlo. omni.iud. auten. & cōſequenter. Ad idem & melius in*Auten: de execu. & his qui conue. coll.7.§. Sancimus. vbi dicitur. Sancimus igitur ſi quis obnoxium arbitratur habere eum, qui contra ſe conuentionem expoſuit: non apud alium iudicē, ſed apud eum mox à principio conuenire:& eundem eſſe iudicem in vtroque negotio. Si verò forſan diſplicuerit iudex, apud quem litem ſortitus eſt:licet ei etiam hoc emendare. Viginti enim dierum inducias dantibus nobis poſt libelli trāſmiſsionem, poſtquam oportet litē conteſtari: licet intra prædictam ſuſpenſionem refutare quidē illum: alium verò mereri, apud quem iterum ſimi-

§. 2.

Quando fiat Reconuentio.

**Textus Auth. de executo. & his qui conuen.*

ſimiliter vtramque exerceri com-petit litem, & eiuſmodi artes in nullo fieri:ſed vnumquemq; proprio iure vti. Si itaque tacuerit, & poſteà voluerit cauſſam apud aliũ iudicem mouere: neceſsitatẽ eum habere, *expectare terminũ eiuſdem litis[a] illatę ſibi ab eo, qui eum in iudicium traxit: & dum finem lis acceperit, tunc eum ſuam cauſam apud alium iudicem proponere poſſe: vt ita tales eorum auferamus artes, & in alterutros calumnias. Ad idem C. de ſentent. & interloc. l. cùm Papinianus vir ſummi ingenij in quæſtionibus ſuis ritè diſpoſuerit, non ſolùm iudicem de abſolutione rei iudicatæ, ſed etiam ipſum actorem, ſi è contrario obnoxius fuerit inuentus, condemnare. huiuſmodi ſententiam non ſolùm roborandam, ſed etiam augẽdam eſſe ſancimus: vt liceat iudici cõtra actorem ferre ſentẽtiam: *vel aliquid eum daturum facturumúe pronunciare, nulla ei opponenda exceptione, quòd non competens iudex agentis eſſe

*tex. ſuſtinere terminum eius

a Nam qui prior appellat, prior agit.

*text. &

tis eſſe cognoſcatur. Cuius enim in agendo quis obſeruat arbitriũ, eum contra ſe iudicem in eodem negotio non dedignetur habere. Hoc modo fiat reconuentio. primùm fiat litis cõteſtatio ſuper petitione actoris; & cõſequenter ſuper petitione rei: poſtmodùm viciſsim interrogationes, probationes, allegationes vtriuſq; diligenter audiantur. vt extra de mut. pet. ex literis. vbi ponitur talis caſus. Quidam Clerici agebant contra quoſdã Monachos. Monachi libenter reſpõdiſſent, ſi clerici voluiſſent incontinenti reſpondere ſimiliter ſuis quæſtionibus. dicitur, quòd actione propoſita, & reſponſione facta, reſpondeãt Monachis Clerici incontinenti ſuper quæſtionibus ſuis: & ſic viciſsim poſtmodùm rationes & allegationes vtriuſque partis audiant, & vtrunq; negotium concordia vel iudicio terminent. Et nota, quod vnà vtrunq; negotium terminabitur: priùs tamen pronunciabit ſuper petitione actoris, conſequen-

§. 3.
Proceſſus in Reconuentionibus.

Conuẽtio & Reconuẽtio ſimul terminantur.

quenter ſuper petitione rei. vt extra de ord. cog. c. Cũ dilectis. vbi dicitur. qui prior appellat, prior agat. Ad idem extra de cauſa poſ. & proprie. c. cum dilectis. vbi dicitur. quòd quando de proprietate & poſ. ſimul agitur, priùs debet iudex de poſſeſsione pronunciare, quàm de proprietate. tamen in executione debet ſententia ſuper proprietate præualere. Et nota, quòd ſicut nõ poteſt appellari ſuper petitione actoris, ita nec ſuper reconuẽtione rei. vt extra de mut. pet. c. prudentiam. vbi quæritur. vtrũ reus poſsit recõuenire actorem ſub eodem iudice ſub quo actor reum cõuenit, & app. remota procedi. & dicitur quòd ſic: cùm cauſſa appellatione remota commiſſa ſit. & allegatur ab eo, hoc non facias alij, quod non vis tibi fieri. & facit ad hoc ff. quod quiſq; iuris in alterum ſtatuit, eodem iure cõtra ſe vtatur. Et extra de conſti. c. cum omnes. Pœna actoris nolentis reſpondere ad reconuẽtionem rei, hæc eſt, vt & ei non reſpon-

Impetrans Reſcriptum appella. remota, etiã in Reconuentione ei ſtabit.

Pœna actoris nolentis reſpondere Reconuẽtionis libello eſt, quòd nec

ſpondeatur. vt ext. de mut. pet.c. *ipſius libello reus* ex literis. Credo tamẽ, quòd reus *ſpondetur.* ſi voluerit præciſè actorem compelli reſpondere ſibi, audiendus ſit.vt extra de ord.cog. c. cum dilectis. quia iudicium redditur in inuitum.vt ff.de verb. oblig.l.inter ſtipulantem. §. ſi ſtichum. vbi dicitur expreſsè, quòd iudicium redditur in inuitum.

Titul. XXI.
DE INCIDENTIBVS QVAESTIONIBVS, ET *præiudicialibus, quo ordine proponendæ ſint.*

PLures in iudicijs quandoque veniunt quæſtiones, interdum ab ima parte: interdum à diuerſis inchoantur. quis igitur ordo in eis proponendis & tractandis debeat obſeruari, videamus. Et [a] quidem ſi ab vna parte plures ciuiles quæſtiones proponantur, poteſt qui eas proponit, quam maluerit præmittere, aut etiam omnes ſimul tractare: niſi in qua-

§. 1.

a Actiones cõtrariæ cumulari non poſſunt, ſed vna propoſita præiudicat alteri.

tuor caſibus. [a]Primus eſt caſus, ſi ſint contrariæ: quia contraria petens, nõ auditur. vt extra de ap. c. Solicitudinem. vbi dicitur in fin. quòd aduerſa petens, tanquam ſibi contrarius non auditur. Eliget verò quam maluerit, eamq́ue tractabit.[b]vt C. de furt. l. 1. vbi dicitur. ſi ex pecunia tua mandantibus ſeruis tuis, quædam prædia quidam comparauit: eligere[c] debes, vtrum furti actionẽ, an actionem mandati potiùs inferre velis. Non enim æquitas patitur, vt criminis cauſam perſequens, bonæ fidei contractum impleri poſtules.[d]Secundus caſus eſt, ſi illa quæſtio, quæ primò proponitur, pendeat ex altera, quæ poſteà proponi deſideratur. vt ecce. Aliquis hęres inſtitutus petit pecuniam ſibi à teſtatore debitam. poſteà vult inquiri ſi ſit hęres vel non. prępoſtera eſt talis petitio. vt C. de hær. act. l. vt debitum. vbi dicitur. vt debitũ tibi *de hæreditate ſoluatur, ac tunc, ſi ad te pertineat hæreditas quæri iubeamus; præpoſtera

b Nam quotiens in cauſa plura cõpetũt remedia inter ſe diſcrepãtia, electiõe vnius, aditus alteri⁹ præcluditur.

c Idem in depoſito, & commodato. l. ſi depoſiti. cũ l. ſequ. C. depoſ. & l. ſi ſeruus. D. commod.

d Præiudicialis quæſtio primùm abſoluenda.

**tex. ante aditam hæreditatem*

ſtera petitio eſt. Etenim cùm ſoceri tibi ſucceſsioné patuerit quæſitam: debiti petitionem pẽr confuſionem extingui non ambigitur. Vel ſi petam fundum rei vendicatione. & interim condicã fructus eius, ac ſi fundus eſſet meus, repellor à ſecunda intentione. vt D. de except. l. fundi. vbi dicitur. fundi illius, quem tu proprium tuum eſſe dicis, partem à te peto: & volo ſimul communi diuidundo agere ſub eodem iudice. Item ſi eiuſdem fundi quem tu poſsideas, & ego proprium eſſe meum dicam, fructus condicere velim: quæſitum eſt, an exceptio, quod præiudicium fundo, partiúe éius non fiat, obſtet, an deneganda ſit. Et vtrobiq; putat Prætoré interuenire debere, nec permittere petitori priuſquàm de proprietate conſtet, huiuſmodi iudicio experiri. Primò enim debet conſtare de re, & poſteà de circumſtantijs eius quęri. vt extra de eccl. ædif. c. Ad audientiã, 2. vbi dicitur. quòd quidam Epiſcopus volebat mu-

tare quoddam collegium in canonicos regulares, & petijt priuilegium à domino Papa, ita, quòd eſſent canonici regulares priuilegiati. dicitur ibi, quòd priùs debent canonici & ordo inſtitui, & poſteà priuilegiari. Tertius eſt caſus, cùm ſecunda quæſtio eſt præiudicialis primæ: puta, petebam à te fundum Ticianum, quem poſſides, & negas meum eſſe: item peto viam ad ipſum per fundũ Sempronianum, qui tuus eſt. non ſum audiendus in hac quæſtione ſecunda: quia præiudicat primæ. vt D. de except. vbi dicitur. Fundum Ticianum poſsides: de cuius proprietate inter me & te controuerſia eſt. & dico præterea viam mihi ad eum per fundum Sempronianum, quem tuum eſſe conſtat, deberi. Si à te viam petam; exceptionem, Quòd præiudicium prædio non fiat, vtilem tibi fore putaui: videlicet, quòd non aliter mihi viam deberi ꝓbaturus ſim, quàm ſi priùs probauerim fundum Ticianum meum eſſe. Vel ſi vendicem

Tertius caſ. quando ſecũda quæſtio eſt præiudicialis primæ.

cem à te aliquem fundum, & velim interim agere tecum communi diuidundo pro eodem: non ſum audiẽdus: quia per hanc præiudicaretur primæ. vt D. de exceptio.l.fundi. Quartus eſt, quando tales actiones propoſitæ ſunt, vt vna tollatur electione alterius. vt actio de peculio, & tributoria. vt D.de tribut.act. l. quod in hæredem. §. eligere. vbi dicitur. eligere autem debet quis, qua actione experiatur, vtrum de peculio, an tributoria: cùm ſciat ſibi regreſſum ad aliam non futurum. Planè ſi quis ex alia cauſa tributoria agere velit, & ex alia de peculio, audiendus erit. Si verò ex vtraque parte diuerſæ quæſtiones proponantur, & ambæ ſint ciuiles, vel ſpirituales, vel mixtæ, & directè proponantur: ambæ ſimul tractantur. Sicut dictum eſt ſuprà titul. proximo. Et tunc locum habet regula iſta. Qui prior appellat, prior agat. quæ eſt D. de iudic. l. qui prior. Ad idem extra de ord. cog.c.cum dilectis. vbi illa regula inſe-

Quartus cùm vna actio tollitur electione alterius.

§. 2.

Diuerſæ quæſtiones vtrinq; propoſitæ ſimul tractantur: niſi vna ſit præiudicialis alteri.

inſeritur. Quod quidem verum eſt, niſi altera ſit præiudicialis alterius: tunc enim præiudicialis priùs tractatur. vt extra de ord. cog. c. Intelleximus. vt 3. q. 11. c. prius eſt. verſ. ſi de hæreditate & libertate cõtrouerſia ſit, priùs agi debet cauſa libertatis. Inſti. de act. §. præiudiciales. & D. de lib. cauſa. l. ordinata cauſa, priùs debet agi cauſa libertatis. Atq; hoc obtinet vbi vterque agit petitorio. Cæterùm ſi actor agat poſſeſſorio, & reus obijciat præiudicialem exceptionem, ſcilicet parentelam: ſecùs eſt. puta, vxor petit virum ſibi reſtitui: licet maritus obijciat parentelam: priùs tamen reſtituetur, quàm de præiudiciali iſta quæſtione cognoſcatur. vt extra de reſtitut. ſpol. c. ex conqueſtione. vbi dicitur. quidam miles auctoritate ꝓpria dimiſit vxorẽ ſuam, & voluit matrimonium accuſare ob cõſanguinitatẽ. illa verò priùs petijt reſtitutionẽ mariti: & quia habere non potuit, appellauit. approbata fuit eius appellatio. & dicitur

citur ibi, quòd priùs reſtituatur ei maritus:& poſteà cognoſcatur de conſanguinitate. Ad idem extra de reſtit.ſpol.c.literas.extra de diuor.c.porrò. & de off. iud. deleg. c.cauſam quæ. Cæterùm quòd ſi reus in modum exceptionis obij-ciat aliquam quæſtionem, non vt petat actorē ſibi condemnari, ſed vt eum ab agendo repellat, ſemper priùs erit cognoſcendum de exceptione. vt C. de probat. l. exceptionem. Suprà eſt tit.de excep. ad idem extra de ord. cog. c. cum dilectus. verſus finem. Quòd ſi actor proponat ciuilem quæſtionem, reus verò proponat criminalem: priùs tractabitur criminalis, quàm ciuilis. vt C. de ord.iudicior.l.vlt.Ad idem 3.q.11.c.non eſt credendum. vbi dicitur. ciuili quæſtione intermiſſa, ſæpè fit vt priùs de crimine iudicetur: quod vtpote maius,merito minori pręfertur.Et hoc fortè verum eſt,niſi ciuilis præiudicialis ſit criminali: quia tunc priùs tractabitur ciuilis.vt 3.q.11.c.fin.§.Item ſi crimen ali-

Exceptio ante intentionem actoris excutienda.

Criminalis ante ciuilē definienda.

aliquod inferatur ei, qui ingenuus eſſe dicitur: liberalis cauſa ſuo ordine antè debet agi, cognitionem ſuam Pręſide præbente: quoniam, ſi delictum fuerit probatum, antè ſcire neceſſe eſt, vtrũ an vt in liberum, an vt in ſeruum conſtitui oporteat. vt C. de ord. cog. l. 3. Cùm verò ab vna parte tantùm, duæ vel plures criminales actiones proponuntur, poteſt actor ſimul omnes proponere, & in vno libello ſimul de omnibus agere. vt extra de ſymon. c. licet Heli. & c. per tuas, & extra de ſententia & re iudi. c. Cùm i. & a. & 2. q. fin. c. per ſcripta. §. libellorum. Suprà eſt titul. de libel. accuſation. Sed ſi primò cœperit de vno crimine agere, & in eius probatione defecerit, non admittatur ad ſequentia, aliàs ſecùs eſt. vt 3. q. 10. c. placuit. vbi dicitur. quòd quotieſcunq; clericis ab accuſatoribus multa crimina obijciuntur, ſi vnũ ex ijs, quod prius elegerint, probare non valuerint, ad cætera non admittantur. Si verò ac-

Ex vna parte plures propoſitæ criminales quæſtiones, ſimul peragi poſſunt.

rò accuſat reũ de vno pluribusúe criminibus: & reus verſa vice vult recuſare ſuum accuſatorẽ, diſtinguitur ſic. quòd ſi rei nomen receptum eſt inter nomina reorũ, vel lis erat conteſtata, de nullo crimine poteſt reus accuſatorem ſuum viciſſim accuſare. vt D. ad l. Iul. de adult. l. ſi maritus ſit in magiſtratu. §. præſcript. vbi dicitur. pręſcriptiones, quæ obijci ſolent accuſantibus adulterium, antè ſolent tractari, quàm quis inter reos recipiatur. Cæterùm poſtquam ſemel receptus quis eſt, non poteſt præſcriptionẽ obijcere. Ad idem 3. q. 11. per tot. Suprà eſt eod. titul. Poteſt tamen inſcriptionem deponere pendente accuſatione prima, & cauſſa finita illam tractare. vt ead. cauſ. & ead. q. c. 2. in fi. Si verò lis non eſt conteſt. poteſt accuſatorẽ ſuum de maiori crimine recuſare, & priùs ſuper illo audietur. vt C. qui accu. nõ poſſ. l. 1. vbi dicitur. prius eſt vt de criminibus, quę tibi vt grauiora ab aduerſario tuo obijciunt, cædis, atq; vulnerum

Reus accuſatorẽ recriminari poteſt ante litem conteſtatam de grauioribus delictis, poſteà verò ſecùs.

rum reſpondeas: & tunc ex euentu cauſæ iudex æſtimabit, an tibi permittendum ſit eundem accuſare, tamen ſi priùs inſcriptionem depoſuiſti. De crimine [a] pari vel minori non poterit reus accuſare eum: niſi ſuam vel ſuorum iniuriam perſequat̃. vt 4.q. vlt.c. omnibus. Suprà eſt in titu. de crimin. & qualiter contra cri. ag. §. ſequitur videre quis poſsit accuſa. Ad idem D. de accuſ. l. hos. §. 1. Si reus autem non vult contra accuſatorem inſcribere, ſed tantùm excipere, vt eum ab accuſatione repellat: de quolibet crimine etiam pari, vel minori contra eum poteſt agere. & probato crimine in modum exceptionis, accuſator repellitur. vt 6. q. 1. c. qui crimen. vbi dicitur. qui crimen intendit, cognoſcendus eſt, an ipſe antè non fuerit criminoſus: periculoſum enim eſt, & admitti non debet rei aduerſus quemcunque profeſsio. Teſtes autem ſine aliqua ſint infamia, vxores & filios habentes, Chriſtũ omnino prædicantes, &c.

[a] Non poteſt reus eundem accuſatorẽ de pari vel minore crimine accuſare: niſi ſuam aut ſuorum iniuriã perſequatur: aut niſi excipiendo crimẽ obiiciat. tunc enim ſemper auditur.

Ad

Ad idẽ ext. de adult. c. tua. & c. intelleximus. vbi dicitur. quòd mutua crimina pari cõpenſatione delentur. Et hoc verum eſt, niſi accuſator accuſet eũ de crimine excepto: quia tunc ratione criminis non poteſt eum à ſua accuſatione repellere, niſi ſit capitalis inimicus, vel conſpirator, ſicut plenè tractatum eſt ſuprà de hac materia in tit. de de crimi. Et hæc ideo diuerſimodè obſeruãtur in excipiente, & directè accuſante: quia in excipiendo nõ quæritur de iure accuſati, ſed accuſatoris: & qui excipit, nõ accuſat. vt C. ad l. corn. de fal. l. falſi. & D. de accuſ. l. hi tamen omnes. §. 1. extra de ord. cog. c. cum dilectis. Item probato crimine in modũ exceptionis, nulla pœna punitur actor, ſed tãtùm ab agendo repellitur: ſicut plenè ꝓbatũ eſt ſuprà tit. de cri. in prin.

Quare quis ad excipiendũ & nõ reaccuſandũ admittatur.

Titul. XXII.

DE INTERROGATIONIBVS *quæ fiunt ante litis conteſtationem.*

Actor petitorium intentaturus reum interroget.

QVia fruſtrà petitorium iudicium intẽtatur, cùm reus non

re debet, an rem poſsideat, nec ne. non poſsidet, neque dolo deſijt poſsidere: idcirco interrogandus eſt reus, vtrum poſsideat rem, quæ petitur ab eo. vt D. de rei vind.l. qui petitorio iudicio vtitur, ne fruſtrà experiatur, requirere debet, an is cum quo inſtituit actionem, poſſeſſor ſit, vel an dolo deſierit poſsidere. vt D. eod. titul. l. ſi in rem actum ſit. Ideo de interrogationibus, quæ lit. conteſt. præcedunt videamus. Et ſciẽdum eſt

§. I.

Decem ſunt caſus ſpeciales, in quib. interrogatur reus ante litem conteſtatam.

quòd in 10. caſibus ſpecialib. ſunt interrogationes ante litis conteſtat. faciendæ, & in vno generali. Primus eſt, an hęres ſit eius defuncti, cuius nomine impetitur. Secundus, quota ex parte ſit hæres. Tertius, an ſeruus, cuius nomine noxali iudicio agitur, ſit in poteſtate eius, qui conuenitur. vt ff. de interrog. act. l. qui interrogatur an hæres ſit, & ex quota parte ſit, & an habeat eum in poteſtate cuius nomine noxali iudicio agitur: ad deliberandum tempus impetrare debet: quia ſi pperàm confeſſus fuerit incommodo afficietur.

tur. Quartus caſus eſt, an quadrupes, quæ pauperiẽ fecit: vel ſeruus qui damnum dedit, ſit ipſius. vt ff. e. t. l. Si quis in iure interrogatus, an quadrupes, quæ pauperiẽ fecit, eius*ſit: reſpõdere tenetur. Quintus caſus, an hæres ſit ex teſtamento, & vtrum ſuo nomine ſit ei acquiſita hæreditas, an per eos qui eius iuri ſubiecti ſunt. vt D. eo. tit. l. ſi ſine. §. Illud quæritur, an aliquis cogatur reſpondere, vtrum ex teſtamento hæres ſit: & vtrum ſuo nomine hæreditas ei quæſita ſit, an verò per eos, quos ſuo iuri ſubiectos habet, vel per eum cui hæres extitit. Summatim igitur Prætor cognoſcere debebit, cùm quærit, an quis reſpondere debeat quo iure ſit hæres: vt ſi valde intereſſe cõpererit, plenius reſpondere iubeat. quæ obtinent nõ ſolùm in hæredib. ſed etiã in honorarijs [a]ſucceſſoribus. Sextus, an ſit ei hæreditas acquiſita vel reſtituta, per fidei cõmiſſum, ſ. vt in d. l. ſi ſine. §. ſi. Septimus, an peculiũ filij, vel ſerui, qui cõtraxiſſe dicitur, ſit

*text. eius ſit, reſpõderit: tenetur.

Iudex ſummatim cognoſcit, an petitio litigatorũ ad rem pertineat, an ſit impertinẽs vel irreleuans.

[a] *qui nimirũ a prætore cõſtituuntur §. Emancipati. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defe.*

apud eum,cum quo agitur.vt d.l. ſi ſine. §. vlt. vbi dicitur. Si de peculio agatur,non oportet reſponderi à patre vel à domino, an in poteſtate habeat filiũ vel ſeruum: quia hoc ſolùm quæritur, an peculium apud eũ ſit cum quo agitur. Octauus eſt, an ædificium vel domus,ex quibus damnum timetur, eius ſit, qui conuenitur: vel quota ex parte. vt D. eod. titul. l. non eſt alienum eum, à quo velimus ſtipulari damni infecti,interrogare in iure,an eius ædes vel locus ſit,ex quo damnum timeatur, & pro qua parte: vt ſi neget ſuum prædium eſſe, nec caueat damni infecti: aut cedere, aut ſi reſiſtendum putauerit, quaſi dolo verſatus, tradere compellatur. Nonus eſt, vt reſpondeat cuius ætatis ſit, qui conuenitur.vt ff.e.t. l. de ætate quoq; interrogatus interdum reſpondere debebit. Decimus eſt cùm compellitur reus reſpondere,vtrum poſsideat rem,quæ petitur: & pro qua parte, vel an dolo deſierit poſsidere. vt ff. de rei vin.

l.qui

l.qui petitorio. & D. de interrog. act.l.qui ſeruum.§.final. vbi dicitur. interrogatus in iure an fundum poſsideat:quæro, an reſpondere cogēdus ſit,& quota ex parte fundum poſsideat. Reſpondi. Iabolenus ſcribit, poſſeſſorem fundi cogi debere reſpondere, quota ex parte fundum poſsideat: vt ſi ex minore parte poſsidere ſe dicat,in aliam partem, quæ non defenderetur,in poſſeſsionem actor mittatur. Pœna autem nō * repromittentis hæc eſt, vt in poſſeſsionē eamus. & ideo eò pertinet ſcire,an poſsideat. Veruntamen non cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſsionis, vel vtrum res ſua ſit. vt C.de pet. hæred. l. cogi. Vbi dicitur.cogi autem poſſeſſorem ab eo qui expetit, titiulū ſuæ poſſeſsionis dicere,inciuile eſt:prętereum, qui dicere cogitur, vtrū pro poſſeſſore, an pro hærede poſsideat. Ad idem ff.de rei vind.l.in ſpeciali actione nō cogitur poſſeſſor dicere pro qua parte eius ſit: hoc enim petitoris munus eſt, non poſ-

*aliàs,reſpondentis

Nemo cogitur titulum ſuæ poßeßionis dicere.

ſeſſoris.quod & in publiciana obſeruatur. Ad idem 2.q. 5.in princ. vbi dicitur.deficientibus verò accuſatoribus, non videtur eſſe cogendus reus ad purgationem: ſicut poſſeſſor deficiente actore titulũ ſuæ poſſeſsionis ꝓbare non cogitur. Vndecimus caſus eſt generalis, ſcilicet, vbicunq; æquitas mouerit iudicem ad interrogandum.ff.de interrog. act.l.vbicunque mouerit iudicẽ ęquitas, æquè oportere fieri interrogationẽ, dubium nõ eſt. Et hic caſus generaliter locum habet ante litem conteſt.& poſt.

Deficiente accuſatore reus innocentiã ſuam adſerere non tenetur.

Caſus generalis.

§. 2.

De effectu interrogationum.

Effectus iſtarũ interrogationum eſt, vt qui reſpondet ſuum eſſe, vel ſe poſſeſsionẽ habere, vel hæredem eſſe, vel ſimile: ſic teneatur ea actione, qua aduerſus eum agitur, ac ſi ſuũ eſſet, vel poſſideret, vel haberet, vel hęres eſſet, vel cõtraxiſſet.vt ff.eod.t.l.de ætate.§.2.vbi dicitur.qui ex quadrante hæres, vel omnino cùm hæres nõ eſſet, reſpondit ſe hæredẽ eſſe ex aſſe: in aſſem inſtituta actione conuenietur. &.§. ſequenti. vbi dici-

Per mendaciũ confitens tenetur ac ſi reuera ita ſe haberet.

dicitur. Si cùm eſſet quis ex ſemiſſe hęres, dixit ſe ex quadrante; pœnam hanc mendacij feret, quod inſolidùm pro aſſe, conuenietur. non enim debuit mentiri dum ſe portionis minoris hæredem aſſerebat. Interdum tamẽ, iuſta ratione poteſt opinari ſe hæredem eſſe ex minori parte. quid enim, ſi neſciuit partem ſibi accreuiſſe? puta mortuo cohærede: vel ex incerta parte fuerit inſtitutus? cur ei reſponſum noceat? ſic D. ibid. l. fin. vbi dicitur. Procuratore Cæſaris ob debitum fiſcale interrogante, vnus ex filijs qui nec bonorum poſſ. acceperat, nec hæres erat, reſpondit, ſe hæredem eſſe, an quaſi interrogatoria actiõe cæteris creditoribus teneatur? Reſpondi, ab his, qui in iure non interrogaſſent, ex reſponſo ſuo conueniri non poſſe. Itẽ qui ſemel confeſſus eſt, nõ poteſt reuocare confeſſionẽ ſuam, niſi ex iuſta cauſa. vt ff. de inter. ac l. de ætate. §. qui interrogatus reſpondit, ſic tenetur, quaſi ex contractu eius obligatus, pro

Fallit ſi iuſto errore ducatur.

Quæ confeſſiones teneant, & quæ non.

Ius canonicũ nouiſſimum largiſſimè defert reuocationi confeſſionũ.

quo pulſabatur dum ab aduerſario interrogaretur. Si verò à Prætore fuerit interrogatus, nil facit Prætoris auctoritas; ſed ipſius reſponſum ſiue mendaciũ. Ad idem §. ſequenti. vbi dicitur. qui ductus iuſto errore negauerit ſe eſſe hæredem, venia dignus eſt. Sed & ſi quis ſine dolo malo, culpa tamen reſponderit: dicendum eſt, eum abſolui debere: niſi culpa dolo proxima ſit. Et dicit hodie decretal. noua, quòd erroneam confeſſionem aduocati, poteſt Procurator reuocare. vt ext. de ap. c. Cùm cauſam. Et alia decretal. no. quòd, qui errat in facto, poteſt reuocare confeſsionem ſuam vſq; ad ſententiam. vt extra de confeſſ. c. ex parte. vbi œconomus cuiuſdam monaſterij, quædam per errorem facti fuit confeſſus. dicit Papa, quòd error facti minimè nocet, negotio nondũ finito. & ad hoc facit D. ad Velleia. l. ſi mulier. Itẽ poteſt reuocare confeſsionem, ſi nulla captio actoris ex reuocatione fiat. vt D. eod. tit. l. de ætate. §.

vlt.

vlt. vbi dicitur. Celſus ſcribit ſic licere pœnitere reſponſi, ſi nulla captio ex eius pœnitentia ſit actoris. Quod veriſsimum mihi videtur: maximè ſi quis poſteà pleniùs inſtructus quid faciat, inſtrumentis vel epiſtolis amicorũ iuris ſui edoctus. Et nota, quòd qui offert ſe defenſioni fundi, vel alterius rei: quacunq; actione conueniatur, etſi non poſsideat, condemnabitur ad intereſſe actoris: vel quanti in litem iurauerit. vt ff. de rei vin. l. is qui. vbi dicitur. is qui ſe obtulit rei defenſioni ſine cauſa, cùm nec poſsideret, nec dolo feciſſet, quo minus poſsideret: ſi actor ignoret, non eſt abſoluendus: vt Marcellus ait. quæ ſententia vera eſt. Sed hoc poſt litẽ conteſtatam. Cæterùm ante iudicium acceptum non decipiet actorem, qui ſe negat poſsidere, cùm verè non poſsideret. Nec enim videtur liti ſe obtuliſſe, qui diſceſsit à lite. Ad idem ff. de pet. hæred. l. qui ſe liti. Quod diximus cum hac diſtinctione intellige, ſi actor igno-

ret reũ non poſsidere, nec dolo fe ciſſe quo minus poſsideret: vt tum condemnẽt reus, ſi patiatur ſecum litẽ conteſtari: niſi pœniteat eum, & dicat ſe nõ poſsidere, & diſcedat à lite, nec decipiat actorẽ, cùm nõ poſsideat rẽ. & ideo reus debet abſolui. vt in d. l. is qui. D. de rei vin. Nã ſi actor ſcit, nõ ab alio, ſed à ſeipſo decipĩt. & ideo reus debet abſolui. Et quod ſciẽtia onerat, ignorantia verò excuſat, dicĩt expreſsè D. ad Senatusconſ. Velleia. l. ſi mulier hęreditatem. §. penult. vbi dicitur. ſi mulier, ne ipſa intercederet, alij mandarit, vt id faceret: an in huiuſmodi perſona locus huic Senatusconſulto ſit, qui rogatu mulieris id faceret? totus enim ſermo Senatusconſulti ad petitionem non dandam aduerſus ipſam mulierem ſpectat. Et puto rem ita diſtinguendam: vt ſiquidẽ creditor cui me obligaui, mandante muliere, hoc in fraudẽ Senatusconſulti egiſſet, ne ipſa interueniret contra Senatusconſultum, dat autem alium: excludendum

Scientia onerat, ignorantia excuſat.

dum eum exceptione fraudis Senatuscõſulto factę. Si verò is ignoraſſet, ego autem ſciuiſſem: tunc mandati me agentem cum muliere, excludendum eſſe: me autẽ creditori teneri. Nec iuuatur mulier beneficio Senatusconſ. Velleiani, quãdo intercedit pro aliquo animo decipiendi. vt D. ad Velleia. l. ſi decipiendi. ita nec minor, cùm decipit ſciens, iuuatur beneficio reſtitutionis in integrum. vt C. ſi minor ſe maio. dix. l. 4. Itẽ nota, quòd is qui poſsidet, non cõpellitur pati actionem in rem, ſi dicat ſe non poſsidere. Sed in hoc punitur, quòd ſi actor probauerit malam fidem rei, id eſt, eum poſſidere, qui reſpondit ſe nõ poſsidere: aufertur ei poſſeſsio rei petitæ, & in actorem ipſum transfertur iudicis officio: quamuis non probet rem ſuam eſſe. vt ff. de rei vind. l. vlt. vbi dicit. in rem actionem pati non compellimur: quia licet alicui dicere ſe non poſsidere: ita tamen, vt ſi poſsit aduerſarius conuincere, rem ab aduerſario

Qui, cùm poßidet ſe poßidere negat, de poßeßione conuictus, ea priuatur.

rio poſsideri: transferat ad ſe poſſeſsionem per iudicem, licet ſuam eſſe non probauerit. Et ita prior creditor perdit prioritatem per ſuum mendacium, & poſterior fit potior. vt C. qui potio. in pig. in Auth. item poſſeſſor. Et qui primùm præcisè negauit inſtrumentum ſuum confectum ſuper debito, poſteà volens probare ſolutionem, non admittitur. vt C. de non nume. pecu. Auth. contra qui propriam. Et propter mendacium transfertur onus probationis in reum, cùm alioqui regulariter actor probet. vt D. de proba. l. cùm de indebito. in princ.

TANCREDI IVRISCONSVLTI AC GLOSSATORIS VEtuſtiſſimi de ordine iudiciario Liber tertius.

Titul. I.

De litis conteſtatione.

EXplicatis ijs, quę ante litis ingreſſum plerunque in quæſtione vertuntur, quæ præparatoria ſunt ad iudicium: [a] quia iudicium à lit. conteſt. ſumit exordium: ideo de ipſa litis conteſt. & de ijs quæ ſequuntur lit. conteſt. vſque ad definitiuam ſententiam, in hac parte tertia tractemus. Videamus quid ſit litis conteſtatio. Qualiter fiat. Per quas perſonas. Vbi, & quando. Et quis ſit eius effectus. [b] Litis conteſt. eſt principalis negotij apud ſuum iudicem, hinc [c] inde facta expoſitio. vt C. de iud. l. rem nõ nouam. §. patroni. & extra de elect. c. dudum. 2. §. licet autem. & de lit. cõteſt. c. olim inter.

a Litis conteſtatio in canonib. appellatur litis exordiũ: & nemo ante litẽ cũ aduerſario conteſtatã dicitur agere, ſed agere velle. ext. de off. & poteſt: iud. deleg. c. ſuper quæſtionũ. §. 1. & D. rem rat. habi. l. amplius.

b Litis conteſt. definitio.

c Lit. cõteſtatio nihil eſt aliud quàm cauſæ ſtatus ex iudiciali intẽtione actoris, & rei depulſiõe cõſtans.

inter. vbi dicitur expreſsè, quòd lis per narrationẽ & ſubſecutam reſponſionem eſt conteſtata. Ad idem ext.de iura.calu. c. cùm cauſam.& ext.de dolo & cõt.c.prout. vbi dicitur. litis cõteſt. fit per narrationem,& reſponſionẽ partium in iudicio factam. C.de lit. cõteſt. vbi dicitur. lis em̃ tunc* videtur cõteſtari, cùm iudex per narrationem vtriuſq; partis negotij cauſam audire cœperit. Et nota Dominum Azonem &Pilæum ſentire & dicere litis conteſt. ſolummodò valere, quãdo ea intentione fit,vt in cauſa ꝓcedatur. Et dicunt, quòd ſiue reus confiteatur, ſiue neget, ſiue excipiẽdo factum ꝓponat: non præiudicat ei, dummodo nõ intendat litem cõteſtari.vt ext. de ap.c.cum cauſam. Sed contradicit illis expreſsè Decr. de dolo & cõtu.c.prout. vbi dicitur. quòd quidam vocatus fuit in iudicium, & nolebat reſpondere ad principalẽ quæſtionem:quia non habebat aduocatũ. & dum quæreret aduocatum, & varijs exceptionibus

*text. conteſtata videtur.

§. 1.

Qualiter fiat litis conteſtatio opinio Azonis & Pilæi: nimirum quod fieri debeat ex propoſito.

nibus vteretur: quæſitum fuit ab eo, per quot annos poſſediſſet illas decimas. qui reſpondit per 40. annos. Vnde dicitur in fin. quòd tanquam lite, quæ ingeritur, conteſtata, contra illum procedi poteſt, quaſi contra contumacem, ad ſententiã diffinitiuam. tamen ille non intendebat litem conteſtari. In hoc tamẽ cum eis ſentio, quod licet quis faciat reſponſionem ſuam in principali cauſa, non ea tamen mente, ac intentione, vt in cauſa ꝓcedat, ſed iudici tanquam amico ſuo narrat factum, proteſtando id ſe facturum ſine præiudicio: vel ſi aliqua in iudicio in modum exceptionis ꝓponat, declinando iudicium: nõ dico litem cõteſtari per talem narrationem. Et ad hoc facit quod notat extra de Procur. c. petitio. vbi Papa conſiderauit intentionẽ Epiſcopi cuiuſdam conſtituentis vicarios. & dicit quod illi vicarij poſſunt agere contra detentores rerum Epiſcopi, & pro Epiſcopo reſpondere: quia hæc fuit intentio Epiſcopi. &

Succincta Tancredi doctrina, quæ compẽdio multas diſceptationes de litis cõteſt. componit.

pi. & ad hoc facit dec. extra de ap. c. Secundò requiris. vbi dicitur. aliquis impetrauit literas, in quibus contenti ſunt plures articuli, & in vno prohibetur appellatio: quæritur, an & in alijs ſit ꝓhibita. & dicitur quòd ſit: quia Papa ſic intellexit, [a] & verba intẽtioni deſeruiunt. vt extra de verb. ſignif. c. intelligẽtiam. vbi dicitur. quòd verba intentioni deſeruiunt. & ad hoc facit canon 22. q. 5. humanæ aures. Ad idem ff. de pig. act. l. ſi pignus mihi traditum, locaſſem Domino, per locationem retineo poſſeſsionẽ: quia antequam conduceret debitor, nõ fuit eius poſſeſsio: cùm & animus mihi retinendi ſit, & conducenti non ſit animus poſſeſsionem adipiſcendi. ad idem ff. ad l. Rhod. de iactu. l. qui. vbi dicitur. qui leuandæ nauis gratia res aliquas proijciunt, non* ea intentione faciunt, vt eas pro derelicto habeant: quippe ſi inuenerint eas ablaturi, & ſi ſuſpicati fuerint, in quem iactæ ſint locum, requiſituri, vt ſit perinde ac ſi quis

a Verba ad res ſignificãdas & intelligendas inuenta ſunt.

** text. non hanc mentem habere.*

ſi quis onere preſſus in viam rem abiecerit, mox cum alijs reuerſurus, vt eandem auferret. Et ideo per iſtas duas, ll. & per alia iura præallegata, animus & intentio conſideranda ſunt. Vnde notandum, quòd mens alicuius & intentio ſint potiùs cõſiderandę, quàm verba. Et eſt ad hoc argumentum validum ff.de excep.l.non vtique confiteri æſtimatur intentionem aduerſarij, qui exceptione vtitur. Ad idem extra de except. c. cum venerabilis. vbi dicitur. petebat Eccleſia ſanctæ Mariæ à monaſterio Germani, Eccleſiam S. Nicolai. excipiendo reſpondet Monaſterium, ſe habuiſſe ex permutatione ab Eccleſia ſanctę Mariæ. ex reſponſione iſta dicitur Eccleſia beatæ Marię litem eſſe conteſtata. & dicitur quòd non eſt verũ: quia qui exceptione vtitur, de intentione aduerſarij nihil cõcedit. Ad idem extra de in integrum reſtit. c. cùm veniſſent. & extra de ord. cog. cum dilectis. Fit autem litis conteſt. per principales perſonas, dum-

§. 2.
Per quos fiat litis conteſtatio.

dummodo poſsint in iudicio ſta- re per ſe: vel per eorum Procura- tores: ſeu minorum tutores, Syn- dicos, vel actores. vt C. de Procur. l. neq; tut. ff. quod cuiuſque vni- uerſitatis nom. l. 1. §. quibus. & D. de Procur. l. 1. & extra de iura. calum. c. penult. item de off. de- leg. c. cum olim. Sed ſi reus præ- ſens nulla cauſſa aſsignata noluе- rit litem conteſtari: credo, quòd debet fieri miſsio in poſſeſsio- nem cauſſa rei ſeruandæ, vel ex- communicari tanquam cõtuma- citer abſens. Licet contrarium di- cant quidam, quòd pro confeſſo debeat haberi: vt ille, qui non vult iurare de calumnia. extra de iura calum. c. vlt. ad fin. Si verò non habet perſonam ſtandi in iu- dicio is qui litem conteſtatur, pu- ta, quia minor eſt 25. annis: nõ va- let, quod cum eo actum eſt in iu- dicio. vt C. qui legit. perſon. ſtan. in iud. non hab. l. Si cùm eſſes. vbi dicitur. Si cùm eſſes pupillaris æta- tis, ſine tutoris auctoritate cũ ad- uerſario * conſiſteres, prouinciæ Præ-

*Secùs, ſi ad arbi- trum itum, aut ſi ſecundũ eum pro-

Prꝗſes aduerſus te pronunciauit: minimè auctoritate iudicati nititur, quod ſtatutum eſt. Ad idem ff. de pig.act.l.pupillo capienti pignus, propter metũ pignoraticiæ actionis neceſſaria eſt tutoris auctoritas. ad idem ff. de exerc.act. l. 1. §. exercitorem, in fi. vbi dicitur. Pupillus autẽ ſi nauem exerceat, exigemus auctoritatem tutoris. At contrà eſt D. de inſtito. act. l. ſed etſi quis. §. pũpillus autem inſtitor obligat eum, qui eum præpoſuit inſtitoria actione: quoniam ſibi imputare debet, qui eum præpoſuit. & l. verùm. vbi dicitur. verùm ſi ipſe pupillus præpoſuerit: ſiquidem tutoris auctoritate, obligabitur: ſin minus, non obligabitur. Vbi facienda ſit litis conteſtatio? Reſpondeo corã ſuo iudice, aliter non valet: quia ſententia à non ſuo iudice lata nõ tenet. Et confeſsio facta corã non ſuo iudice non nocet nec prodeſt. vt ext. de iud. c. At ſi Clerici. vbi dicitur. quòd ſi Clericus apud ſecularẽ iudicem cõuictus eſt, vel confeſſus

nunciatum ſit. vt D. de recep. l. ſi pupillus. & C. de Procur. l. non eo.

§. 3.

Vbi fiat litis conteſtatio.

fuerit, non nocet ei. Ad idem extra de conſue.c.ad audientiam. Et hodie dicit ius nouum, quòd clericus non poteſt conſentire in iudicem nõ ſuum: niſi duo concurrant, ſcilicet quòd iudex ſit eccleſiaſtica perſona, & quòd accedat voluntas diœceſani Epiſcopi. vt extra de foro compe. c. ſignificaſti. Ad idem, C. ſi à non compe. iud. l. vlt. Quandoq; tenet coram eo iudice, qui iudex eſſe non poteſt cum conſenſu litigantium: puta in Præſide, qui non poteſt eſſe iudex in cauſa ſuorum. tamẽ conteſt. lit. poteſt fieri contra ſuos in actionibus tempore perituris. vt ff. de off. Præſidis. vbi dicitur. Senatuſconſulto cauetur, vt de ijs, quæ prouinciam regentes comitesúe aut libertini eorum antequam in prouinciã venerint, contraxerunt, parciſsimè ius dicatur: ita vt actiones, quæ ob eam cauſam inſtitutę nõ eſſent, poſtquàm quis ex ea prouincia receſſerit, reſtituantur. Sed cùm quid inuito acciderit: veluti ſi iniuriam, vel fur-

Diœceſanus tamẽ laico vices ſuas delegare poteſt, maximè in tẽporalibus, & cõſentientibus clericis. ex. de iud. c. 2. ibi Tudeſcus. & Feli. in c. fin. de offi. iud. ord. Archid. in c. bene quidem 96. diſt.

furtum paſſus ſit, hactenus ius dicendum eſt, vt lis cõteſtetur, resq́; ablata exhibeatur, aut deponatur: aut ſiſti iudicio, exhiberiúe ſatiſdatio promittatur. Facienda eſt lit. conteſt. porrecto libello, & datis inducijs deliberatorijs. vt 3. q. 3. c. offeratur. & C. de lit. conteſt. Auth. offeratur. Suprà eſt titul. de dilation. Et dicunt quidam legiſtæ, quòd non valet litis conteſt. niſi priùs porrigatur libellus, vel conſenſu partiũ remittatur. quod ſatis credo, niſi loci conſuetudo ſe in contrarium habeat. In multis enim locis libellus nõ datur de more, & valet tamen quod in iudicio tractatur. & poteſt ibi lis cõteſtari in omni tempore legitimo ad agendum: ſed non indifferenter in omni tẽpore: vtputa feriarum. exceptis actionibus, quę temporis lapſu eſſent perituræ. vt ſuprà dictum eſt. titul. de ferijs. Item nota, quòd in qualibet cauſſa lis conteſtatur, etiam in cauſſa appellationis ſecundum c. Reinaldus circa medium verſ. a cuius de teſtam.

§. 4. Quando facienda ſit litis cõteſtatio

Antequã porrigatur libellus lis cõteſtata non videtur: niſi vbi de more libellus non datur.

In omnibus omnino cauſis litis cõteſtatio fit.

ſtam. Quod intelligo verum, ſi altera pars contumax fuerit. extra de appel. c. per tuas. & c. de tempo. app. l. vlt. §. illud. Quæ ita accipienda ſunt, ne contradicant c. interpoſita. ad fin. extra de ap. §. vlt. Effectus lit. conteſt. eſt maximus, quoniam poſteà iudex non recuſatur ſicut plenè notatum eſt ſuprà tit. de recuſ. iud. Eius quoq; effectus eſt, quòd omnis perſonalis actio perpetuatur, & vſq; ad 40. annos extenditur, & poſteà trãſit ad hæredes. vt C. de præſcrip. 30. vel 40. annorũ l. Sæpè. & C. ex delic. defunc. l. vnica. vbi dicit. quòd lite coteſtata cum anteceſſore, tenentur ſucceſſores inſolidùm: alioquin, quantũ ad illos peruenit. Aliter eſt hodie ſecundũ iura canonica: quia licet lis nõ fuerit cõteſtata cum defuncto, hæres tamẽ ſuus tenetur inſolidùm. vt extra de vſur. c. tua. vbi dicitur. quòd filij vſurarij, ſiue extranei hæredes, tenentur ad reſtituendum vſuras, quas defunctus cui ſucceſſerunt, percepit. Item vſuraria actio fit, quæ

Effectus lit. cõteſtationis eſt, quòd iudex poſteà non recuſatur.

Actio perpetuatur.

Etiã ante litis cõteſt. hæres ex delicto defuncti tenetur inſolidùm.

Actio abſoluta fit vſuraria, & poſ-

quæ priùs nõ erat. vt ff. de vſur. l. 1. vbi dicitur. cum iudicio bonæ fidei diſceptatᷣ, arbitrio iudicis vſurarum modus ex more regionis vbi contractum eſt, conſtituitur. Et C. de rei vind. l. certum. Saluo eo, quod dicitur in actione de dolo, quæ non perpetuatur per litis cõteſt. vt C. de dolo. l. fi. vbi dicitur. optimum duximus, nõ ex eo die, quo ſe quiſq; admiſſum dolũ didiciſſe cõmemorauerit, nec intra anni vtilis tẽpus: ſed potiùs ex eo die, ex quo aſſeritur admiſſus dolus: intra cõtinuum biennium, de dolo actionẽ moueri: ſiue abſens, ſiuæ præſto ſit is, qui dolũ ſe paſſum eſſe conqueritur. Omnes igitur ſciant neq; incipiendę poſt biennium, neq; ante completum bienniũ cœptę, poſt bienniũ verò finiendę doli actiõis cõceſſam eſſe licẽtiam. Itẽ effectus eius eſt, vt interrumpatᷣ quęlibet pręſcriptio. vt 16. q. 4. c. placuit. 2. §. præſcriptionum. & §. hæc de præſcriptionib. decennij. In vſucapione duo conſiderantur: fauor poſsidẽtis, &

ſeſſor bonæ fidei de fructib. tenetur.

Excipitur actio de dolo, & aliæ nonnullæ: cùm quòd odioſæ ſint, & odia reſtringi, fauores autẽ cõueniat ampliari: tũ quòd hac via rerũ dominia ſemper in incerto vagarentur. Vide Accurſ. in d. l. vlt. C. de præſcrpt. 30. vel 40. an.

Præſcriptio interrumpitur.

odium non petentis. In præſcriptione vnum ſaltē, videlicet odium non petentis.vt C. de edic. D. Had toll.l.vlt.in fin.Ratio autem cur fauor intelligat̄ in vſucapione,& nō in præſcriptione aſsignatur:quia rei immobilis,quam pręſcriptione conſequimur, nobilis eſt poſſeſsio. Porrò vbi poſſeſsio interrumpitur, id fit aut naturaliter,occupatione, corporali rei detentione, item ſi longo tempore omittatur poſſeſsio, alijsq́ue modis. Et hoc nocet & prodeſt omnibus. vt D. de vſucap.l. naturaliter. Aut fit ciuiliter,vt libelli oblatione in actionibus annalibus, quę interruptione tali perpetuantur. C. quan. libell. Principi obla. L. 2. Item litis conteſtatione præſcriptio interrumpitur & illa habet locum in perpetuis actionibus. vt C. de præſcrip.30. an. l. ſicut in rem. Et tantùm prodeſt ei qui facit, illiq́; obeſt tantùm contra quē fit.vt D. de diuerſ.& temp. præſcr.l. intra quatuor. Vſqueadeo, vt ei tātùm proſit, qui litem

con-

conteſtatur eo animo, quòd eam ducat ad finem, niſi impediatur per caſus fortuitos: aliàs non prodeſt arg. à contrario ſenſu C. de præſcrip.30.anno.l.vlt. Item prodeſt litis conteſtatio tantùm ei,& interrumpit præſcriptionẽ quando fit coram ſuo iudice.vt C. ne de ſtatu defunc.l.penul.Item nulla dilatoria exceptio poſteà poteſt obijci. vt extra de ſent. & re iud.c.Inter Monaſterium.& extra de excep.c. paſtoralis, niſi in quibuſdam caſibus exceptis.vt eſt ſuprà titul.de except. Et hodie dicit decre.no. quòd exceptiones dilatoriæ tantùm ante lit.conteſt. debent proponi. vt extra de app. c. cùm cauſam. Item mandatũ Procuratoris facta lit. cõteſt. cum eo, poſteà reuocari non poterit: niſi iuſtis& certis ex cauſis, quæ notantur ff.de Procur.l.poſt. lit.con teſt. & ll. ſequentibus. Item Procurator & tutor poſt litem conteſt. poſſunt conſtituere Procuratorem.vt C. de Procur:l.neque.Suprà eſt titul.de officio deleg.Item

Item lite cõteſtata dilatoria exceptio non proponitur.

Mandatũ Procuratoris non reuocatur,idemq; aliũ Procuratorem cõſtituere poteſt.

Quilibet delegatus poſt litem conteſt. poteſt ſubdelegare.

effectus eius eſt, vt delegatus ab alio quàm à Principe, cauſam ſibi delegatã alij delegare poſsit poſt lit. cõteſt. vt ext. de re iud. c. Cum Bertoldus. vbi dicit. quòd de cauſa, quæ inter duos vertebatur ſuper quadam Eccleſia coram quodam Electo, fuit ad Archiepiſcopum appellatum: ipſe remiſit partes ad eundẽ Electum & Abbates quoſdam. cùm autẽ Electus intereſſe non poſſet, cõmiſit vices ſuas cuidam Canonico: & Abbates ſimiliter cõmiſerunt vices ſuas alijs quibuſdam lite conteſtata. qui in negotio proceſſerunt. & bene valuit quod fecerunt. Item effectus eius eſt, vt mutua reconuẽtio ceſſet, ſicut ſuprà dictum eſt. t. de reconuen. Item effectus lit. conteſt. eſt vt iuramentũ calumniæ detur. vt extra de iuramẽt. calum. c. cùm cauſam. vbi dicitur de duob. Procur. qui litigabãt coram Papa: interrogationibus & reſponſionib. redactis in ſcriptis, & lite coram eo legitimè cõteſtata, fecit vtrinque iuramentum calum. à Procurato-

Mutua reconuentio ceſſat.

Iuramentũ calumniæ præſtandũ eſt.

rato-

ratoribus præſtari. Item vt teſtes recipiantur,& ad diffinitiuam ſententiam procedatur; quod ante lit. conteſt. fieri non poteſt. vt extra vt lit. non conteſt. c. Quoniam frequenter. vbi dicitur expreſsè, quod ante litem conteſt. nõ debet procedi ad diffinitiuam ſententiam: niſi in caſibus in eadem decret. quoniam frequenter, notatis:& in exceptis caſib. quos (Domino largiente) trademus infrà titul. de teſti. in. §. qualiter & quando introducendi ſunt teſtes. *Teſtes recipiũtur poſt litem conteſtatam.*

Titul. II.

De *iuramento calumniæ.*

QVoniam lite conteſtata iurandum eſt de calumnia. vt extra de iurament. calum. c. cùm cauſſam. vnde de iura. calum. eſt hic meritò tractandum. Videamus igitur, quid ſit iuramentum calumniæ. Quando præſtet̃. Quibus in caſibus. A quibus perſonis, Quæ ſit eius forma. Et quæ pœna iurare nolẽtis. Iuramentũ calumniæ eſt, *Diſtributio dicendorum.*

Definitio iuramẽ-ti calumniæ. niæ eſt,cùm quis iurat ſe bona fide,& nõ animo calumniandi agere vel reſpondere.vt D.famil.herciſ. l. inter cohæred. §. qui famil. herciſcun. vbi dicitur. qui famil. herciſ.& communi diuidundo,& finium regund. iudicio agunt, & actores ſunt, & rei. Et ideo iurare debent ſe non calumniæ cauſſa litem intendere, & non calumniæ cauſſa inficias ire. Ad idem C.de

Text.l.2.C. de iu-reiuran.prop. cal. iureiur.propter calumni. dan. l.2. vbi dicitur. Cùm iudices non aliter dirimere cauſſam conceſſerimus, niſi ſacroſanctis Euangelijs propoſitis, & patronos cauſſarum in omni orbe terrarũ, qui Romano Imperio eſt ſuppoſitus, priùs iurare, & ita proferre cauſſam diſpoſuerimus: neceſſarium duximus & præſentem legem ponere, per quam ſancimus in omnib. litibus,quæ fuerint poſt pręſentem legem inchoatæ,non aliter neque actorem,neque fugientem in primordio litis exercere certamina, niſi poſt narrationem & reſponſionem, antequam vtriuſq; partis aduo-

aduocati ſacramētum legitimum *præſtent, & ipſæ principales perſonæ ſubeant calum. iuramētum: & actor quidem iuret nō calumniandi animo litē ſe mouiſſe, ſed æſtimando ſe bonam cauſſam habere: Reus autem ſuis allegationibus non aliter vtatur, niſi priùs & ipſe iurauerit, quòd ſe bona inſtantia vti putans, peruenerit ad reluctandū:& poſteà vtriuſq; partis diſertiſsimos aduocatos (ſecundum quod iam diſpoſitum eſt à nobis)iuſiurandum præſtare, ſacroſanctis videlicet Euāgelijs ante[a]iudicem poſitis.[b]Et dicitur iuramentū propter calumniam, ſcilicet vitandam: ſicut dicitur, habeat vnuſquiſque vxorem ſuam propter fornicationem, id eſt, vitandam vel non committendam. Adhibetur enim ad veritatē muniendam,vt timore iuramenti calumnioſa contentio litigantium exterminetur.vt C. eod. tit. l. 1.& extra eod. c. cæterùm. Et nota, quòd calumnia eſt falſa petitio, vel repulſio iniuſta,ſcienter facta.

** text. præſtent, ipſæ &*

a vt litigator ſentiat ſe in eius cōſpectu acturū, cuius oculos nihil poteſt ſubterfugere. vt iudex propoſitis ſacris iuramēti ſemel à ſe præſtiti commonefactus, intelligat ſe potiùs iudicari, quàm iudicare. C. de iud. l. rem non nouam.

b Iuramētum calumniæ vnde dicatur.

vt

vt 2.q.3.c.ſi quem.§.notandum.& D.ad Senatuscon ſult. Turp.l.1.§. Calumniari. vbi dicitur. Calumniari eſt falſa crimina ſcienter intendere. Quando præſtandum ſit hoc iuramentum? Reſpondeo.generaliter poſt lit. conteſt. vt extra de iura.calumniæ,c.cum cauſſam. & C.eod.tit.l.2. quam iam ſcripſimus,&c. Quandoque tamen ante lit.conteſt. iurat̃ de calumnia: puta, quando reus eſt contumax. & debet propter contumaciam huiuſmodi,fieri miſsio in bonis eius cauſa rei ſeruandæ. vt extra vt lit. non conteſt. c. tuæ frat. &c. quoniam frequenter. & C. vbi in rem act.l.2.& ita obſeruatur de cõſuetudine Bononiæ. Et nota, quòd ad hoc fit hoc iuramentum, vt ex confeſsione partium magis veritas declaretur, vel ſplendeſcat: Et vt ꝓbationibus partes exonerentur:& vt vigor iudiciorum obſeruetur. vt C.de iureiur. propter calum.dan.l. 2. §. Quod obſeruari. &.§.Sed quia.&.§. ſin autem reus. In omnibus autẽ cauſis hoc iuramen-

§. 2. *Quãdo præſtetur.*

§. 3. *Quibus in cauſis præſtetur.*

mentum præſtatur, exceptis ſpiritualibus. quoniá cauſæ ſpirituales nó ex legum ſeueritate, ſed ex canonum æquitate tractãtur. vt extra de iuramen. cal. c. literas. vbi dicitur. quod cótrouerſia erat inter quendam Epiſcopum,& quendam Abbatem, ſuper quibuſdam decimis. quærebatur à Domino Papa: vtrum iurandum eſſet de calumnia. Reſpondit Papa, quòd in rebus ſpiritualibus nó conſueuit Romana Eccleſia dare vel ſuſcipere iuramentum de calumnia. non enim eſt ibi procedendum ſecundum diſtrictionem legum, ſed ſecundũ canonum æquitaté. Sed ſecundum quoſdam eſt derogatum huic c. per hoc quod legit ext. eo. tit. c. cũ cauſam. Et nota, quòd licet in cauſis ſpiritualib. in principio nó iuretur de calumnia: de*veritate tamen dicenda iuratur, vt procedatur in cauſſa. vt extra de deſpon. impub. c. continebatur. vbi ponitur talis caſus: Quædam tradita fuit cuidam in matrimonium ante nubiles annos, & illa vole-

In omnibus cauſis ſiue ciuilib ſiue criminalib. iuratur de calumnia: exceptis ſpiritalib. in quib. iuratur de veritate dicenda. vt ext. eod. tit. c. 1. et C. eo. l. 1.

*Huc facit ex propoſito c. cum dilecti. de accuſ. & c. dudũ. §. partibus. de elec. & c. ex literis. de iureiur.

volebat ab illo diſcedere, dicens, quòd nunquam conſenſerat in eum. vir dicebat quòd eam cognouerat. mulier negabat. dicitur, quòd ſi vir id quod dicebat, iuramento firmauerit, & illa fuerit intra vndecimum annum, vel circa duodecimum, & cum aſſenſu parentum deſponſata fuerit, & nupta: non debet ab eo ſeparari. Ad idem de deſpon. impub. c. atteſtationes. Iuramentum [a] iſtud ad omnes exceptiones, & alia quæ poſteà occurrunt, extenditur. & ideo ſemel iuratur. In exceptionibus verò ante litem conteſtatam bene iuratur. arg. extra de elec. c. cùm dilecti & de reſtit. ſpoliat. c. literas. Atque etiam lis conteſtatur. extra de appel. c. interpoſita. §. vlt. & notatum eſt ſuprà in c. prudentiam. de off. iud. deleg. Item ſi malitiosè videatur aliqua pars exceptiones proponere, ibi iuramentum calumniæ præſtabit. vt extra de except. c. paſtoralis. & extra de accuſ. c. dilectus. vbi talis ponitur caſus: Quidam accuſabat quen-

a Illud iuſiurandũ ad omnia quæ in iudicium deducuntur pertinet: etiã in exceptionib. (ſi calumnioſæ videantur) locũ ſibi vendicãs.

quendam Epiſcopum ſuper varijs exceſsibus: & quia defecit in probationibus, abſolutus fuit Epiſcopus. & dicit Papa de accuſante, quòd tam diu priuetur officio & beneficio ſuo: donec ſe purgauerit, quod calumniādi animo contra Epiſcopum nō proceſſerit. Et vt omnis ceſſet obiectio, intelligas ſupradictam illam decreta. extra de iura. calum. c. literas, in merè ſpiritualibus cauſis: puta in electionibus, & ſimilibus. Sed hodie ſatis apertum eſt, quod in cauſſa electionis iuratur de veritate dicenda. vt extra de elec. c. dudum. vbi dicitur. circa mediū, verſ. tandem Archidiac. electionē ex præmiſſa cauſſa petijt irritari, electo reſpondente, quod non erat eius electio irritanda, &c. lite verò legitimè corā nobis cōteſtata, præſtitoq; de veritate dicenda à partibus iuramēto, idem electus, &c. & ita habes, quòd iuratur de veritate dicenda in ſpiritualibus cauſis. Aliàs iuratur. vt in cauſis ciuilibus, vel annexis ſpiritualibus.

In cauſa criminali num iuretur.

Sed vtrum in cauſis criminalibus iurandum ſit de calumnia diuerſi diuerſa ſentiunt. Sed aliorum opinionibus & rationib. prætermiſſis, dico cum Dño Azone & Pilęo, iurandum eſſe de calumnia in criminalibus cauſis. vt C. de iureiur. propter ca. dan. l. 1. Nam ibi dicitur. in omni cauſſa iurandum eſſe: & decret. innuit expreſsè, in cauſis criminalibus eſſe iurandum. vt extra de iuram. cal. c. 1. vbi dicitur. nec in ciuili nec criminali clerici ſubeant iuramentum calumniæ.

§. 4.

Quis præſtet hoc iuramentum.

Quis præſtabit calumniæ iuramentum? Reſpondeo principales perſonæ: primò actor, poſteà reus. vt C. de iureiur. propter cal. dan. l. 2. §. 1. & 2. Itē [a] præſtant iuramentū de calumnia tutor & curator [b] Syndicus & actor vniuerſitatis, qui legitimam habēt adminiſtrationem. vt extra eo. tit. c. cùm cauſam. & c. in pertractādis. & C. de iureiu. prop. cal. l. 2. §. quod obſeruari. vbi dicitur quòd adminiſtratores alienarum rerum iureiurando cōuenit affici: quia ipſi cau

a Tutor & Syndicus hoc præſtāt iuſiurandum.

b quoniam abſentis perſonam repræſentant, cùm quis intelligatur præſens, qui præſens eſt per Procuratorem.

ſam

ſam ſciētes ita ad eam perueniunt. Neque enim pupillus vel adultus, neq; aliæ huiuſmodi perſonæ, ſed ipſi qui pro eis tutelam vel curam vel aliam legitimam geruntadministrationé, ſcire poſſunt cauſam. Et hodie dicit dec.no.quòd actores & Syndici debent iurare de calumnia. extra de iur.cal.c. fin.vbi dicitur. cùm in cauſſa pecuniaria quam inter te, & M. eſſe proponis, non per te, ſed per Syndicum vel actorem elegeris litigare: per illum præſtandum eſt iuramētum calumniæ. Epiſcopus quoq; præſtat hoc iuramentum propoſitis tantùm, nō tactis Euangelijs, cùm eligit in propria perſona litigare, vt in d.c. fin. Sed nunquid minor cuius nomine litigabitur, iurabit de calumnia? dicit Dominus Azo, & bene, quòd ſi eſt adultus, iurabit de veritate dicenda: ſed nō de calumnia. pupillus verò minimè. vt D. de in lit. iuran. vbi dicitur. videamus in tutelari cauſa quis iurabit, & aduerſus quem poſsit iurare. Et quidē pupillus ipſe, ſi im-

Minor nunquid iuret.

pubes eſt, nõ poteſt. hoc enim ſæpiſsimè reſcriptum eſt. Sed nec tutorem cogẽdum eſſe, vel matrem pupilli admittendam eſſe, etſi parata eſſet iurare, diui fratres reſcripſerunt. Graue enim videbatur & ignorantes & inuitos tutores, vel curatores ſub alieni compendij emolumento etiam periurium anceps ſubire. Imò cogendi ſunt, vt C. de iureiur. prop. cal. in Auth. ibi ſignata. principales, in fin. vbi dicitur. quòd tutores & curatores in cauſis quas agunt, huiuſmodi iuſiurandum præſtabunt. & hoc idem dicitur. C. de iud. l. properandum in fine. vbi dicitur. quod tutor vel curator iacturam cauſſæ ſuſtinebit, ſi per eius deſidiam cadat minor à cauſa per lapſum triennij, quia tunc perit inſtantia iudicij. Sed contradicit decre. extra de deſponſ. impub. c. atteſtatione, vbi Procurator non iurat, vt & C. eod. titul. l. 2. §. Sin autem. & D. de noxa act. l. quoties. §. Si tutor. vbi dicitur. Si tutor vel curator, extent: ipſi iurare debent. in pote-

Procurator nõ iurat de calumnia.

poteſtate domini non eſſe. ſi autem Procurator ſit, vt dominus ipſe iuret, neceſſe eſt. Decret. tamen videtur contradicere extra eod. tit. c. Cùm cauſſam. Suprà eſt propè. Sed dico quòd Syndici nõ ꝓpriè appellantur Procuratores: quia vniuerſitas non facit Procuratoré ad cauſam, ſed Syndicum, vel actorem. vt ſuprà patet in tit. de Procur. Et tamen canones tales perſonas Procuratores appellant. vt 1. q. 3. c. Saluator. vbi dicitur. quòd in hoc nomine Procurator, intelligitur quilibet adminiſtrator eccleſiaſticæ rei: ſicut præpoſitus, vice Dominus, œconomus, & ſimiles. Sed ſi dicatur Procurator in rem ꝓpriam, tunc iurabit de calumnia: quia propria eius cauſa eſt, & damnum & emolumentũ illius cauſæ ad eum ſpectat. vt C. de Procur. l. qui ſtipendia. vbi dicitur. ego volens donationem facere, militi actionem, quam habeo contra Titium, ei cedo: vt ipſe habeat, quæ ex ea conſequatur. Quæritur, an ſic poſsit

ſieri in rem ſuam Procurator. & dicitur quòd ſic. quia quamuis ex aliena perſona agat, tamen negotium ſuum gerit, & abſurdum eſſet interdicere militibus, ne propria negotia gerãt.[a]Sed pone Procuratorem agere vel reſpondere nomine abſentis: quis iurabit de calumnia? Scribit Innocentius & videtur dictum ſatis rationabiliter. quòd dabuntur Procuratori dilationes: vt denunciet vero domino, vt ad*litem veniat. extra vt lite non conteſt. c. quoniam frequenter. C. vbi in rem actio exerceri deb. l. 2. Vel dicas, quòd remittatur ei hoc iuramentum, ſi hoc fieri non poteſt: vtpote quia valde eſt remotus. & tunc dabitur Procurator bonis, qui de cauſa iurabit. vt ff. de cur. bon. dando. l. 2. [b]Forma iuramenti calumniæ eſt hæc. Iurabit actor, quòd non calumniãdi animo moueat cauſam, & quòd credit ſe bonam cauſſam habere. Reus iurabit, quòd credat ſe bona inſtantia vti, & non calum. cauſa ad inficiationem venerit, vt

a Si dominus ſit abſens, quid de Procuratore ſtatuendum.

**aliàs, litis conteſtationem*

b Forma iuramenti de calumnia, quod cõtinet quinq; capita. quorũ prius eſt, quòd non calumniando, ſed exiſtimãdo ſe bonã cauſam habere cum aduerſario diſceptet.

rit. vt D. famil. herciſ. l. inter cohæredes. §. qui famil. herciſ. [c]Item iurabit vterque, quod interrogatus non negabit, quod ſcit vel credit eſſe verum: nec[d] vtetur ſcienter falſa probatione: nec[e] petet dilationem pro fuga, vt lis protrahatur: item[f] quòd nec dederit, nec promiſerit, nec dabit, nec promittet aliquid pro hac cauſſa, vt pro eo feratur ſententia: niſi his perſonis, quibus dare permiſſum eſt iure, & ſicut dare concedunt iura. vt C. eod. titul. in auten. ibi ſignata. vbi dicitur. principales perſonæ, vel aliæ, ad quas negotium migrabit, in medio corā iudicibus iurent, quòd nihil cauſſa patrocinij iurabunt, quod nihil iudicibus, vel alijs perſonis pro hac cauſſa dederint vel promiſerint, vel dabunt vel promittent, per ſe, vel per mediam perſonam: exceptis ijs, quæ aduocatis præſtantur alijsque perſonis, quibus honeſtè leges dare diſponunt. Et comprehenditur hæc forma hiſce verſibus:

c. 2

d. 3

e. 4

f. 5

Iſtud iuretur, quod lis ſibi iuſta uidetur.
Et ſi quæratur, uerum non inficietur.
Nil ꝓmittetur, nec falſa ꝓbatio detur.
Vt lis tardetur dilatio nulla petetur.

Adijciendum eſt in iſto iureiurando, nullã in tota lite exactũ iri ꝓbationem, niſi quam pro veritate putat quis neceſſariò exhibẽdam eſſe: ne ſæpiùs iuretur. vt C. de iureiu. prop. calu. dan. Auth. in iſto. & Auth. vt litigantes iurẽt in prin. coll. 9. Nota tamẽ quòd in duplicibus iudicijs: puta familiæ hercisſ. communi diuidundo, finium regundorũ, Vti poſsidetis, Vtrubi, in quibus vterque eſt actor & reus: vterque præſtabit iuramentum hoc. vt D. famil. herciſ. l. inter cohæredes. §. famil. herciſcundæ. Idem fit in mutuis petitionibus, quia vterq; eſt reus & actor. Pœna nolentis iurare hoc iuramentum, eſt, quod actor cadat ab inſtituta actione per iudicis ſententiam. Reus verò condemnationem ſuſtineat: eò, quòd pro confeſſo habetur. vt C. eod. titul. l. 2. vbi dicitur. quòd ſi actor noluerit ſubire

In duplicibus iudiciis quomodo iuretur.

Pœna nõ iurãtis.

ſacra-

ſacramentum calumniȩ,& hoc legitimȩ fuerit comprobatum,non liceat ei ad litem penitùs redire, &c. Et quòd debeat cadere cauſſa ille, qui nõ præſtat hoc ſacramentum, dicit decret. no. extra de iura:calu. c. cùm in cauſa. Pœna verò recuſantis hoc ſacramentum cùm præſtandũ fuerit,eſt, vt actor ab inſtituta cadat actione:reus autem habeatur pro confeſſo. Item reprobatur conſuetudo,quæ iuramentum calumniæ non admitit. vt extra de fideiuſſo. c. conſtitutus. Et nota[a] iuramentum calumniæ non poſſe remitti, ſed in omni cauſa tam corã iudicibus,quàm corã arbitris, præſtari debet: quia non pro commodo[b] priuatorum, ſed pro communi vtilitate mandatur fieri.vt C. e.t.l.2.§. Sed quia veremur,ne forſitan quidam colluſione aliqua vtentes, remittere ſibi videant huiuſmodi iuramentum, & ex prædicta diſsimulatione ſanctionem noſtram eludant: ſancimus,[c] omneȩ iudicȩs, licet ex compromiſſo cognoſcant, vigo-

Cõſuetudo quæ calumniæ iuramentum remittit non ferenda eſt.

[a] *Iuſiurandũ calumniæ non poteſt remitti.*

[b] *Vnde iudex renunciare iuriſdictioni non poteſt: quãuis agẽs quis poſsit renũciare ſuo aut literis pro ſe impetratis.* D. *de off.Præſid.l.penult.*

rem ſuum exercentes (quia non pro commodo priuatorũ, ſed pro communi vtilitate præſentẽ poſuimus legem) minimè pati ſacramentum tale remitti, ſed omnino hoc ab actore & fugiẽte exigi: ne paulatim videatur huiuſmodi res defraudari, & ſacramentum vel principalium perſonarum, vel aduocatorũ ex quacunq; parte mutilari. Ad idem extra de fideiuſſ. c. conſtitus. Itaq; remitti nõ poteſt tacitè vel expreſsè ſecundũ quoſdam. Alij dicunt quòd tacitè poteſt remitti, licet nõ expreſsè. arg. D. de Procur. l. filiusfamil. §. veterani. & melius D. de iureiu. l. iuſiurandum. §. qui iuſiurandum. Sed hoc dñs Pilæus de plano duntaxat cognoſcenti concedit. & D. Azo dicit, quòd remittitur patri agenti contra filium: & patrono cõtra libertum. vt ff. qui ſatisd. cog. l. de die. §. penult. vbi dicitur. Iubetur autem iurari de calumnia: ne quis vexandi magis aduerſarij cauſſa forſitan, cùm Romæ poſsit ſatisdare, in municipium euocet. Sed qui-

Parenti & patrono hoc iuram. remittitur.

quibuſdam hoc iuſiurandum de calumnia remittitur, veluti parentibus & patronis. Sic autem iurare debet, qui in municipium remitti petit: Romæ ſe ſatisdare nõ poſſe, & ibi poſſe, quo poſtulat remitti: idemq; ſe non calumniæ cauſa facere. Sed opinio D. Pilæi magis placet mihi in hac parte. Sed pone quòd ſacramentum nõ exigatur, & procedatur in cauſſa, & feratur ſentẽtia. quid erit? & dicit Pilæus quòd tenet ſententia talis. non eſt enim præſtandum, niſi exigatur. vt ff. de no. operi. nuncia. l. de pupillo. §. qui opus. vbi dicitur. qui nouum opus nunciat, iurare debet, non calumniandi cauſſa opus nouum ſe nunciare. hoc em̃ iuſiurandũ auctore prætore defertur, & idcirco nõ exigitur, vt iuret is, antequàm iuſiurandum exigatur.

Valet quod agitur, ſi à iudice aut parte non exigatur.

Pratore auctore

Titul. III. DE INTERROGATIONIBUS *in iure faciendis.*

Vidimus ſuprà in titulo vltimo ſecundæ partis, de interro-

terrogationibus[a] ante litem conteſt. faciendis. Sed quia præſtito iuramento de calumnia, interrogandæ ſunt partes de illo negotio: Ideo de ijs interrogationibus tractemus. Videamus igitur quis debeat interrogatiões facere. quis interrogationes formare. Qualiter & vnde ſint faciendæ ſeu formandæ: & quomodo ſit iudici reſpondendum.[b] Et quidem interrogare debet iudex qui de cauſſa cognoſcit. vt ff. de interrog. ac l. voluit Prætor aſtringere eum, qui conuenitur, ex reſponſo ſuo in iudicio, vt vel confitendo vel*inficiando ſeſe oneret: ſimul etiam portionis pro qua quiſque hæres extitit, per interrogationem certioretur. Etiam quandoque aſſeſſor in interrogationibus participat. vt D. de off. aſſeſſ. l. 1. Suprà tractauimus titul. de aſſeſſoribus. Et notarius, ſeu quilibet alius, quando ijs iudex commiſerit. vt extra de off. deleg. c. ſuper quæſtionũ. vbi dicit. quòd iudex poteſt committere alicui principiũ & finem cauſæ

a Hæ interrogationes olim quidẽ erãt præparatoriæ actiões. vt et actio ad exhibendũ. Hodie nõ ita frequentãtur. Faciunt tamẽ ad inſtruendũ iudiciũ: vt habitis iis, quæ ab aduerſa parte expreſſæ fuerint, a-

§. 1.

*pud iudices, actor probationis onere liberetur: quẽadmodum & in confeſſione. D. de interrog. act. l. 1. & ibi Bart. b Quis interrogatiões faciat. *text. mentiendo.*

cauſæ ad audiendum. Veruntamen licet teneatur ad interrogationem factam aduerſarij reſpondere: ſi ab aduerſario in iure interrogatus, reſpondit: vel abſque interrogatione facta confiteatur, valet confeſsio. vt ff. de inter. act. l. ſi ſine interrogatiõe. & extra de do. & cõtu. prout. Quæritur, quis formare debeat interrogationes? & cõſuetudo (quæ eſt maxima legum interpres) habet, vt aduocati partium forment interrogatiões, ſicut & poſitiones. Hoc modo. Ponit talis, vel dicit talis in iure, quòd poſſeſsio de qua quæritur, fuit patris ſui, vel matris cui ſuccedit. vel quòd ipſe mutuauit tali tantam pecuniam. vel quòd depoſuit penes illum librũ, de quo controuerſia eſt. Et hoc fiat ab aduocatis ꝓponentibus, ne oriatur contentio inter partes. & non debent eſſe aliter ſcriptæ, quàm fuerunt propoſitæ. Item alia ratione, vt ſit certus ſuper quo interrogat̃, & ſuper quo debeat reſpondere. Facta aũt* propoſitione præ-

§. 2.
A quibus formentur interrogationes ſeu poſitiones.

**aliàs, petitione*

præſcripta, iudex per ſacramentum debet interrogare proponentem, ſi credit ita verũ eſſe vt proponit: & ſi per ſacramentũ reſponderit, ita ſe credere: conſequenter interroget aduerſarium per ſacramentum, an credat eſſe verum quod alter ꝓpoſuit: & ſiue confiteatur, ſiue neget, facta eius reſponſio redigatur in ſcriptis, nec vlterius ſuper eodẽ interrogetur. Nam & ſi ſuper eodẽ articulo iterum interrogetur: niſi nouũ quid emerſerit: puta, quia perdita ſunt ſcripta priora, vel aliquod ſimile: iniuriam facit ei, & grauat ipſum, & quaſi anceps periurium ſubire facit, vel infamiam vulgi incurrere: quia ſi aliter credebat ſe tunc ſcire, & aliter modò reſpondet: ex reſponſione ſua incurrit periurium, & infamiam. Nam qui aliter credit, quàm priùs reſpondit, id eſt, qui aliter credit nunc, & aliter credebat tunc: dicitur incurriſſe periurium. & ideo ex hoc dicto incurrit infamiam vulgi: quia de vno articulo reſpondet

duo

duo contraria, ſcilicet verum & falſum. Ad iſta omnia habes argumentum. 30. q. 5. c. iudicantē. Suprà eſt titul. de off. iudic. ord. & ff. ad l. Iul. de adult. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtionem. Et primò facit actor ſuas interrogationes: ſecundò reus, per regulā. Qui prior appellat, prior agat. vt D. de iudic. l. qui prior. vbi idem dicitur. Vel viciſsim, ſi iudex viderit expedire. vt extra de cauſſa poſſ. & propriet. c. ad vltimum. vbi dicitur. quòd de vtraq; cauſſa poſſ. & propriet. ſit coniunctim cognoſcendum, & poſſunt viciſsim audiri allegationes, & teſtes vtriuſq; partis, & poſſunt iudices ſuper vtroque pronunciare. & hoc vt parcatur laboribus & expenſis. Qualiter ſint formandæ interrogationes & reſponſiones? Reſpondeo verbis affirmatiuis, & nō negatiuis, quoniam qui negat, nihil dicit, & negantium cauſſæ nullæ ſunt, vt ait Boëtius. & C. de ꝓbat. l. actor. vbi dicitur. Actor quod ſeuerat, ꝓbare ſe nō poſſe profitendo, reū neceſsi-

Ordo in faciendis interrogatiōibus.

§. 3.

Qualiter formentur.

ceſsitate monſtrandi contrarium non adſtringit, cùm per rerũ naturam, negantis factum, nulla ſit probatio. Vnde ſi proponit negatiuis verbis, nõ eſt audiendus: niſi illa negatiua implicitam habeat affirmatiuàm: tunc enim audiendus eſſet. vt extra de renuntia. c. ſuper. hoc. vbi ponitur talis caſus: Quidam petebat quoddam beneficium, de quo (vt dicebat) fuerat ſpoliatus. ille à quo petebatur, excipiebat dicens, quòd ſpontè renũciauerat actor beneficio. Actor replicabat quòd non ſpontè, ſed inuitè. quæſitum eſt, cuius probationes priùs deberent audiri, an actoris, an rei. & reſpondet̃, quòd cauſſa renunciationis debet primò probari: & ſi probari poteſt, quod nec vi, nec metu, nec pecunia, nec prece alicuius, vel promiſsione renunciauerit, probationes rei potiùs recipiantur. Et dicitur in illo caſu, quòd licet negantis factum nulla ſit probatio: ille tamẽ, qui ſpontaneam renunciationẽ negat, implicitè & quodam-

Negatiuæ implicitæ reſpondendũ.

Naturale eſt, vt is qui oppugnat probet, & qui oppugnatur reus, fugiat.

dammodò affirmat. Vnde ſuper aſſertione ſua debent probationes admitti, habita relatione ad dignitatem & opinionem perſonæ. Eſt enim quædam negatiua prægnans, quæ negando quodam modo implicat, vt probatur per l. ſi filius. ff. de probat. ubi dicitur. ſi filius in poteſtate patris ſe negat eſſe, prętor cognoſcit, ut prior doceat filius ſe emancipatum eſſe ac poteſtate ſolutũ: quia & pro pietate quã patri debet præſtare, hoc ſtatuendum eſt, & quia liberum ſe quodãmodo eſſe contendit. Ideo enim & qui ad libertatem proclamat, priùs docere iubeť. Ad idem extra de ſucceſſ. ab inteſt. c. cum dilectis. vbi dicitur de quodã Archipresbytero, qui in vltima voluntate dixit, quòd volebat eſſe Monachus. Et cùm Abbas in cuius abbatia volebat eſſe Monachus, quæreret res ſuas: dicebat Epiſcopus, quòd Archipresbyter non erat cõpos mentis tunc temporis. dicitur, quòd ꝓbet Epiſcopus quòd non erat Archipresby-

Negatiua. Prægnans.

ter compos mẽtis tunc temporis, nec aliter habeat res defunƈti. tũc eñ talem negatiuã proponere poteſt, & ꝓbare teneť. Et nota, ꝙ aduocatus nõ debet duas* intentiones ꝓponere ſub vna interrogatione. Nã ſi altera pars ſit falſa, altera vera: is q interrogatur, vtrunq; de iure poteſt negare, per regulam quæ dicit. cùm aliqua particularis eſt falſa, & vniuerſalis ſimiliter. ꝙ ꝓbo per tale exẽplum. Pone te cõmediſſe hodie. At ego interrogo. Comediſti hodie in Eccleſia? ſecurè potes reſpõdere quod nõ, ſi hodie in ædẽ ſacrã nõ intraſti. [a]Hoc modo debet reſpõdere iudici qui interrogať, vt confiteať, vel neget, & certũ dimittat iudicem ſuper re de qua interrogať. & ſi obſcurè reſpõdeat ad interrogationẽ, perinde eſt, [b]ac ſi nõ reſpõderet. hoc totũ ꝓbať ff. de inter. aƈt. l. de ætate. §. nil intereſt vtrũ neget qs, an taceat interrogatus, an obſcurè reſpõdeat, vt incertũ dimittat interrogantem. Proinde vrgeri debet, vt certũ quid reſpõdeat, aut confitea-

a In manuſcriptis
* *Interrogationes formare & proponere ſimul.*
Interrogatio plura continens, non eſt proponenda.

§. 4.
a Quomodo ſit iudici reſpondẽdum.
b Paria ſunt interrogatum negare, tacere, aut obſcurè reſpondere. Vnde cùm pares ſint in deliƈto non reſpondens & obſcurè reſpondens. & contra non reſpondentẽ ex contumacia teſtes recipi poßint: ſequitur hic quoq; te-

teať. vt D. de confeſſ.l.certũ. ᶜVerùm ſi interrogatus nullo modo reſpondeat, dicunt quidã perinde teneri, ac ſi confiteret̃. vt D. de interro.act.l.de ætate.§.qui tacuit quoque apud Prætorẽ, in ea cauſa eſt, vt inſtituta actione inſolidùm conueniatur „ quaſi negauerit ſe hæredẽ eſſe: nam qui nõ omnino reſpondit, contumax eſt: cõtumaciæ autẽ pœnam hanc ferre debet, vt inſolidùm cõueniatur: quemadmodũ ſi negaſſet: quia Prætorem videtur cõtemnere. quòd autẽ ait Prætor. omnino nõ reſpondiſſe videtur, q ad interrogatũ nõ reſpondit: verũ quidem eſt. Item qui tacet nõ fatetur, nec negat. vt ff.de reg.iur.l. qui tacet non vtiq; fatet̃: ſed tamen verũ eſt eum non negare. Vnde dico illũ condemnandum, non tanquã confeſſum, ſed quaſi contumacẽ, arbitrio iudicis puniendũ. Item nota, quòd ſi quis interrogatus, an 10. debeat, quæ ab eo petunt̃, ſimpliciter negat ſe debere: interrogari iterũ debet, an debeat 9. vel 8. & vſq; ad vltimam

ſtium examẽ præcedere poſſe. arg. D. de re iud. l. contumacia.

ᶜ Si interrogatus non reſpondeat.

Si plus quàm re uerà ſit, interrogatione cõprehendatur.

timam quantitatem. Si autẽ præciſè negat, & dicat ſe nil debere: non debet de hoc vlterius interrogari. Præterea notandum eſt, quòd licet interrogationes de cõſilio aduocatorum ſint faciendæ, & formandę: reſponſiones tamen à partibus ſine aduocatorum conſilio fieri poſſunt: quoniã factum ipſum per principales perſonas, & non per aduocatos, debet proponi: niſi fuerint adeò indiſcretæ perſonæ, vt earum defectus de iudicis licentia ſuppleatur per alios. vt extra de iudic. c. paſtoralis. de except. Et nota, quòd ſi interrogatus dubitat ſuper quo interrogatur, quod dandæ ſunt ei dilationes ad deliberandum. vt ff. de interrog. act. l. qui interrogatus. Ad idem extra de Procur. c. dilectus. vbi dicitur. quòd ſi Procurator generaliter dubitat de facto, debet habere inducias deliberatorias, vt conſulat Dominum ſuum: & ſi ei fuerint denegatę, & appellauerit: valet appellatio. Et ſi dicat ſe præciſè neſciuiſſe veritatem

Reſponſiones ſiunt per principales perſonas.

Dubitanti dantur dilationes ad reſpond.

tem rei, de qua interrogatur, non eſt cōpellendus pręciſè reſpondere ad interrogata: quia nō tenetur dicere, niſi quod modò credat, vel quod nō credat eſſe verum quod dicitur. vt C. de iureiu. propter ca. dan. l. 2. §. 2. & in auten. in iſto. De omnib. faciendæ ſunt interrogationes, quæ facere poſſunt ad inueſtigandā veritatē rei, de qua quæritur, vſq; ad diffinitiuam ſententiam, vbicunq; æquitas mouet iudicē ad inquirendū, ſeu ꝓprio motu, ſeu ad petitionē partium ꝓcedat. vt ff. de interro. ac l. vbicunq; Suprà eſt ti. de interro. quę fi. ante lit. cont. Et etiā verſa vice cōpellend⁹ eſt actor reſpōdere ad interrogationē rei in exceptionib. ꝓpoſitis & proponendis: quoniā in excipiendo reus fit actor. vt ff. de ꝓbat. l. in excipiēdo. & ff. de exce. l. 1. Suprà eſt titu. de dilationibus.

Titul. IIII.

De confeßis in iure.

QVoniam in [a] iure interrogatus interdum confitetur,

 inter-

De quibus rebus fiant interrog.

[a] *Confeßionum quædā fiūt extra iudiciū, quædā in iudicio. de quibus hîc ex inſtituto agitur. Item fiunt aut in pecuniariis cauſis, aut in criminalib. In his ſēper ſentētia et cōdēnatio debet ſequi. vt D. de quæſtio. l 1. §. Diuus. §. ſi quis vltrò. & D. de cuſto. & exhib. reo. l. ſi cōfeſſus. & ex. de confeß. c. cùm ſuper. & 2. q. 1. nos in quenquā. Idem in ciuili et ſpirituali cauſa dicendū. vt D. eo. ti. l. Iulian⁹. & ex. de tranſac. c. præterea. Qui-*

interdum negat, & in confitentem nullæ ſunt partes iudicis. vt D. ad l. aquil. l. proinde. §. vlt. vbi dicitur. in hac actione quæ datur aduerſus confitentem: Iudex non rei iudicandæ, ſed æſtimandæ datur. Nam in confitentẽ nullæ ſunt partes iudicantis. Ideo poſt tractatum interrogationum, cõſequenter de confeſsis in iure videamus. Quærentes quid valeat confeſsio in iure. Quæ ſunt neceſſaria, vt confeſsio præiudicet. Et vtrum confeſsio facta in iure, reuocari poſsit.

§. I.

Effectus confeſſionis hic eſt, vt confitẽs habeatur pro iudicato.

Tantum valet confeſsio in iure, quòd confitens pro iudicato vel cõuicto habetur. vt C. de confeſſ. l. vnica. vbi dicitur. confeſſos in iure pro iudicatis haberi placet. quare ſine cauſſa deſideras recedi à confeſsione tua, cùm ſoluere cogeris: quia quodãmodo ſententia ſua damnatur quis. vt ff. eo. tit. l. I. vbi dicitur. confeſſus pro iudicato* habetur, & quodammodo ſententia ſua damnatur. Item dicit Dñs in Euangelio, ex ore tuo te iudicabo ſerue nequã. Contra ſe

**tex. eſt: quia*

Contra ſe culibet creditur.

tra ſe

tra ſe poteſt quilibet confiteri vt ſtetur eius confeſsioni vt cõdemnet ſe: pro ſe verò minimè creditur. vt extra de confeſſ. c. cùm ſuper electione. & 14. q. 2. c. 1. vbi dicitur. de eo autẽ, quod dicitur, an de ſuis fratrib. poſſunt teſtes producere, multis auctoritatibus inuenitur eſſe prohibitum. Leges enim tam ſanctorũ canonũ, quàm ſecularium principum, aduerſus aliquem teſtimonium de domo ſua produci prohibent. contra ſe enim quilibet teſtimonium dicere poteſt: ꝓ ſe verò minimè. Multa ſunt neceſſaria ad hoc, quòd ſua cõfeſsio præiudicet alicui, quę ijs verſibus comprehenduntur: §. 2. *Neceſſaria ad præiudicium cõfeſsionis ſuæ.*

Maior, ſponte, ſciens, contra ſe, ubi ius ſit, & hoſtis.
Certum, ni natura, fauor, lis iusúe repugnet.

Quæ qualiter intelligẽda ſint, diligẽter diſcutiamus. Maior enim dicit: quoniam ſi pupillus cõfiteatur, ei non præiudicat: quia ipſo iure tutus eſt. Pubes autẽ, & minor 25. an. tenetur ex confeſsione ſua, *Maior, non minor ſibi cõfitendo præiudicat.*

 ſed

ſed tamen reſtituitur petita reſtitutione, ſi ex ea lædatur. vt ff. de minor.l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum. vbi dicitur. Nunc vidẽdum eſt, vtrum minoribus in contractibus captis duntaxat ſubueniatur, an etiam delinquentibus: vt puta dolo aliquid minor fecit in re depoſita, vel commodata, vel aliàs in contractu; an ſubueniatur ei, ſi nihil ad eum dolo peruenit? & placet delictis minorum non ſubueniri: nec hîc itaque ſubuenietur. Nam & ſi furtum fecerit, vel damnum iniuria dederit, non ei ſubuenitur. Sed ſi cum ex damno dato confiteri poſsit, ne dupli teneatur, maluit negare: in hoc ſolùm reſtituendus ſit, vt pro con feſſo *teneatur. ergo & ſi potuit pro fure damnum decidere, magis quàm actionẽ dupli vel quadrupli pati: ei ſubueniet. ad idem ff.eod.t.l.certum.§.penult. Sponte; ideo dictum eſt, quia confeſsio per metum extorta non præiudicat. vt ff.de quæſtionib.l.1.§.1. Ad idem 15.q.6.c.1. vbi dicitur. quod con-

*tex. habeatur

Spontè confiteri debet.

confeſsio nõ ſit extorta,ſed ſpon-
tanea: neque enim coacta confeſ-
ſio facit præiudicium. Ad idem
extra vt lit.non conteſt.c.ad hoc.
Sciens] ideo dicitur, quia ſi errat *Sciens.*
dum confeſſus fuerit per errorem
facti,& probet ſe erraſſe, quando-
cunque ante ſententiam non præ-
iudicat confeſsio.vt ff.de confeſſ.
l.2.vbi dicitur.non fatetur qui er-
rat: niſi ius ignorauerit. Ad idem
ff.de interrog.act.l.de ętate.§.qui
iuſto errore ductus negauit ſe hæ-
redem,venia dignus eſt. Sed ſi ali-
quis ſine dolo malo, culpa tamen
reſpondeat, dicẽdum eſt eum ab-
ſolui debere: niſi culpa dolo pro-
xima ſit. Ad idem C.de iur. & fac.
ig.l.error.Ad hoc facit decre. no-
ua. extra de cõfeſſ. c. ex parte. vbi
dicitur. quòd œconomus Mona-
ſterij cuiuſdam quædam per erro-
rem facti fuit confeſſus.Dominus
Papa dicit,quòd ſi poſsit oſtende-
re ſe in facto erraſſe,ei non præiu-
dicat: quia error facti nemini no-
cet, negotio nondũ finito. Con-
tra ſe] ideo ait:quia facilè creditur

Contra ſe. confitenti cõtra ſe,& nõ pro ſe.vt 14.q.2.c.1.ſu.eſt.ad idẽ ff.de inter. act. de ætate. §.1. vbi dicit̃. Si quis cùm hæres non eſſet interrogatus reſpondit ex parte ſe hæredẽ eſſe: ſic conueniet̃, ac ſi ex ea parte hæres eſſet.fides nanq; ei cõtra ſe habebit̃.qui ex quadrante hæres,vel cùm omnino hæres non eſſet, reſponderit ſe hæredẽ ex aſſe: in aſſem inſtituta cõuenietur actione.

In iudicio debet fieri confeſſio. Vbi ius ſit]hoc eſt, in iudicio,& corã iudice ſuo.vt D. de confeſſ.l. certũ.§.ſi quis.& ext.de iudic.c.at ſi clerici.& ext.de conf.cùm ſuper electione. vbi dicitur. quòd quidam canonicus confeſſus fuit in iure, quòd obligationem & promiſſum 50. ſarracenorum acceperat, vt cõſentiret cuidam electioni: vnde fuit quaſi Symoniacus condemnatus, ab officio & beneficio depoſitus. quod quidem verũ eſt: niſi aliquid fieret extra ius,

Cõfeſſio extra ius vbi noceat. vt ex eo obligetur, vel præiudicium generetur cõfitenti: quia talis cõfeſsio vim pacti in ſe habet. vt C.de nõ num.pec.vbi dicit̃.fru ſtrà

ſtrà opinaris exceptione nõ num. pec.te eſſe munitũ, quando vt fateris,in eius vicẽ,qui obligatus erat,ſubſtitueris te debitorẽ.Ad idẽ C.eo.ti.l.In contractib.& in multis alijs legib. ibi poſitis. Cõfeſsio extra iudiciũ facta nocet cùm certa cauſa adijcitur in cõfeſsione.Vt fateor me debere 100. ex cauſſa emptionis,aut decẽ recepiſſe, quæ mihi debebas ex cauſſa venditionis. Tales quippe cõfeſsiones extraiudiciales, ſi poſteà in iudicio probent̃,vires habent.vt C. de nõ num.pec.l.generaliter. & 3.q.9.c. teſtes.§.ſi debitũ. Et etiam cõfeſſio extra ius nocet,vbi ſcandalum ex ea generat̃.vt ex.de exceſſ.Prælat. c. quàm ſit graue. vbi dicitur. quod quidã clericus filius ſacerdotis,cõfeſſus fuit publicè, ſe cognouiſſe vxorẽ cuiuſdã viri, & fuit ab officio & beneficio ſuſpẽſus, Coram nõ ſuo iudice confeſsio facta nõ nocet.vt ex.de iud. At ſi Clerici.vbi dicitur. quòd ſicut ſẽtẽtia à nõ ſuo iudice lata non tenet: ita nec cõfeſsio.Ad idẽ 2.q. 1.in prin. Ho-

Confeſſio corã iudice non ſuo facta nõ præiudicat confitenti.

a Confeſsio facta abſente aduerſario, aut Procuratore eius, non tenet.

[a]Hoſtis] ideo dicĩ, ſcilicet, ſi abſente aduerſario, vel eius Procuratore fiat confeſsio: nõ tenet. vt ff. de cõfeſsis, l. certum. §. ſi quis. vbi dicitur. Si quis aduerſario abſente confeſſus ſit, videndum eſt nunquid non debeat pro iudicato haberi: quia nec qui iurat de operis abſente patrono, obligaĩ: nec ſolet quis abſenti condemnari. Certè Procuratorem, tutorem, curatoremúe præſentes eſſe ſufficit. Sed an & ipſos tutores curatoresúe fateri ſufficiat videamus. Et nõ puto ſufficere. [b]Certum] diximus, quia niſi is, qui cõfitetur, certam det reſponſionem de certa re, vel quãtitate, non valet cõfeſsio. vt ff. de cõfeſsis. l. certum, in prin. ſuprà eſt. ff. de inter ac. l. de ætate. §. nihil intereſt, de hoc plenè dictum eſt ſup. tit. prox. [c]Nec natura] ideo diximus, quia profeſsiones factæ naturalib. conuenire debent: aliter enim non præiudicabunt. vt ſi dicam filiũ meum eſſe illum, qui eſt maioris ętatis, quàm ego. vt ff. de inter. act. confeſsionibus

b Reſponſio debet eſſe ſuper certa re.

c Rerum naturæ debent congruere: vt eſſe poſsint, quamuis non ſint.

nibus falſis reſpondentes ita obligantur, ſi eius nomine de quo quis interrogatus eſt, cum aliquo ſit actio: quia, quæ cùm alia actio eſſet, ſi dominus eſſet, in noſmetipſos confeſsione noſtra conferimus. Et ſi eum, qui cùm in poteſtate patris eſſet, reſpondiſſem filium meum eſſe: ita me obligari, ſi ætas eius pateretur, vt filius meus eſſe poſsit: quia falſę confeſsiones naturalibus conuenire debent. Similiter, ſi fateor in iure me interfeciſſe ſeruum illũ, qui viuit. vt ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius. §. Si quis hominem viuum falsò confitetur occidiſſe, & poſteà paratus ſit oſtendere hominẽ viuum eſſe: Iulianus ſcribit, l. Aquilia eum nõ teneri, quamuis cõfeſſus ſit ſe occidiſſe. Idem eſt ſi fateor illũ ſeruum meum eſſe, qui eſt mortuus, quique non eſt in rerum natura. vt D. de interrog. act. l. ſi ante. Fauor, ideo ſubiungitur, quoniam ſi ingenua confiteatur ſe ancillam eſſe, dummodo probet contrarium, talis confeſsio non præiudicat

Fauor facit, vt nõ ſtetur confeſsioni.

dicat

dicat propter fauorem libertatis vt C.de liberali cauſa.l.interrogatam & profeſſam apud acta, ſe eſſe ancillam: huiuſmodi factum defenſionem libertatis non excludit. Item fauor matrimonij facit, quòd nulla confeſsio contra matrimonium publicè contractum, ei præiudicare poteſt. vt extra de eo qui cog.conſang.vx.ſuæ,c. ſuper eo. Vbi ponit̃ talis caſus. Quidam cõfitebatur quòd antequam contraxiſſet matrimonium cum vxore ſua, cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. & mulier idem confitebatur. quæſitum fuit, an inter eos deberet diuortium celebrari. dicitur. quòd nec propter confeſsionẽ eorum, nec propter clamorem viciniȩ aliquatenus ſeparari debent:quia ſic ſæpè multi, ad inuicem colludendo à contracto matrimonio reſilirent. Lis ideo dicitur, quia non valet confeſsio, niſi fiat de re, vnde litigiũ vel controuerſia eſt. vt ff. de inter.ac.l. confeſsionibus, ſcilicet eſt. Adidem extra de off. iudicis deleg.

Confeſsio de re litigioſa fieri debet.

de leg. Cùm olim in fi. vbi dicitur. quòd Procurator ad illa intelligitur cõſtitutus, quæ in literis commiſsionis inueniuntur expreſſa. Iusúe repugnet) dicitur. Nam dictũ eſt, quòd confeſsiones de mero iure, ita fiant, vt id quod in confeſsioné venit, ius recipere poſsit. vt ff. de interrog. act. l. ſi is cuius §. fin. vbi dicitur. in totum autem confeſsiones ita ratæ ſunt, ſi id quod in confeſsione venit, & ius, & natura recipere poteſt. Ius enim nõ patitur vt Iudęus ſeruum Chriſtianum habeat. vt 54. diſt. c. mancipia Chriſtiana quæcunq; Iudæũ cõparaſſe patuerit, ad libertatem iuxta legum præcepta ſine ambiguitate perducere licet: ne (quod abſit) Chriſtiana religio Iudæis ſubiecta polluatur. Et l. 4. C. de Epiſc. & Cler. §. fin. Et ideo ſi Iudęus confiteatur Chriſtianum ſuum mancipium eſſe, cuius nomine noxaliter conuenitur, ei non præiudicat talis confeſsio. Item ſi Chriſtianus confiteatur ſe contraxiſſe cum Iudæa, non præiudicat

Cõfeſsio de re quæ iure ſubſiſtit facta, obligat.

dicat

cat ei, quia non poteſt contrahi matrimonium inter homines diuerſæ profeſsionis. vt 28.q.1.c. caue Chriſtiane. vbi dicitur. quòd Chriſtianus nõ debet gentili, aut Iudæo, aut hæretico filiam ſuam in matrimonium dare, aut eorum filiam in vxorem accipere. Si verò confiteatur illud vel illud iuris eſſe, nihil agit. De iure enim mentiri poteſt nemo, cùm ſtabile habeat fundamentum. vt C. de iur. & fac. ig. l. 2. Vltimò videndum eſt, vtrum poſsit reuocari confeſſio. Et ſciendum, quòd cõfeſsiones quę fiunt ante lit. cõteſt. reuocari poſſunt iuſta de cauſa, ſicut ꝓbatur ſuprà tit. de inter. quæ fiunt ante lit. conteſt. Si verò in iure, id eſt, poſt litem cõteſtatam facta ſit confeſsio à Procuratore mandatum habente: præiudicat domino. vt extra de ſen. & re iud. c. ſuborta. & D. de interrog. act. l. qui ſeruum. Si mandatum nõ habeat: non nocet. vt D. de interrog. act. l. ſi ſine. §. Celſus. & D. de confeſſ. l. certum. §. Sed an. Si ab aduocato fiat

§. 3. *Vtrum poßit confeßio facta reuocari.*

Cõfeßionem Procuratoris & aduocati litigator reuocare poteſt.

fiat præſente Clientulo ſuo, præiudicat illa confeſsio principali perſonæ: niſi ipſa principalis perſona reuocet eam. vt ext. de cenſ. c.olim. Et poteſt hoc facere vſq; ad triduum. vt C. de erro. aduo. l. 1. & 3. vbi dicitur. ea quæ aduocati præſentibus his, quorum cauſæ aguntur, allegant, perinde habenda ſunt, ac ſi ab ipſis dominis litium proferantur. Et ſubiungit l.3. Niſi in continenti, id eſt, triduo Proximo, ipſi domini contradixerunt. Et dicit decret. no. quòd Procurator poteſt reuocare confeſsionẽ erroneam aduocati. vt extra de app.c.Cùm cauſſam. Si autem principalis perſona confiteatur in iure,& talis ſit confeſsio, quæ ei præiudicare debeat, ſicut ſuprà dictum eſt: ſtatur eius confeſsioni, nec poteſt reuocare eam, niſi probet ſe erraſſe, tunc enim eam reuocare poteſt probato errore, vſq; ad ſententiam, ſed non poſteà. vt C.de iuris & fac.ig.l. error.vbi dicitur. Error facti nondum finito negotio nemini no-

cet:nam cauſſa deciſa, velamento tali non reſtauratur. Ad idem ext. de cõfeſſ. ex parte. vbi idem dicitur. De confeſsionibus verò ſuper criminibus factis, an reuocari poſsint, meritò quæritur. Et quidam dicunt, quòd cõfeſsio ſuper criminibus non præiudicat confitenti, niſi confitens perſeueret in confeſsione: quoniam reorum cõfeſsiones pro exploratis criminibus vel facinoribus nõ habentur. vt ff. de quæſtion. l. 1. §. ſi quis vltro *maleficia fateatur, nõ ſemper ei fides adhibenda eſt. non nunquam enim *ex aliqua cauſſa in ſe confitentur. Sed Dominus Azo dicit, quòd confeſsio ſemel ſpontè facta in iure ſuper criminibus, præiudicat confitenti. vt expreſsè habes ext. de confeſſ. c. cùm ſuper electione. Suprà eſt caſus, & ext. de elec. c. per inquiſitionem. Et quod dicitur ff. de quæſtio. l. 1. quòd reorum confeſsiones pro exploratis criminibus nõ habentur: locum habet in confeſsione cruciatu extorta, & quare non ſit

Confeſsio in cauſa criminali perſeuerãtior nec per vim extorta, tenet.

**tex. de maleficio*

**text. aut metu, aut qua alia de cauſa.*

ſtan-

ſtandũ talibus confeſsionib. reſponſum eſt in d.l.1.§.quæſtioni. vbi dicit. quòd quidam tãta ſunt impatiẽtia, vt quiduis potiùs mentiri, quàm pati tormenta velint.

Titul. V.

De *probationibus.*

DIximus in præcedenti titulo quid iuris ſit, quãdo interrogatus in iure confitetur, conſequenter videamus quid iuris ſit cùm reus negat quod ab actore proponitur. Et tunc onus probationis incumbit actori, quia ei qui dicit incumbit probatio, non ei qui negat. vt ff. de proba. l. 2. vbi hoc dicitur, ideo de probationibus videamus. Quærentes quid ſit probatio. Quis debeat ꝓbare. Et cui. Et quid debeat ꝓbari. Et quãdo. Et quot ſint ſpecies probationum. Probatio eſt aſſeueratio rei dubię per argumenta faciens fidẽ, cum iuramento. Et quidã dicunt quòd ꝓbatio dicit ab hoc aduerbio ꝓbè: quoniã qui probat, ꝓbè agit. Probare autẽ debet actor, & *Diuiſio.* *Probatio quid.* §. 1. *Quis probet.*

accuſator, qui aliquid intendit, ſi reus negat. vt ff. de proba. l. eum qui. & ext. de ꝓbat. c. 1. & 4. q. 3. c. ſi teſtes. verſ. itē qui intendit. vbi dicitur. qui intendit agere, probationeſ proprias debet afferre, non petere aduerſarium cogi ad exhibitiones eorum, per quæ ſibi negotium fiat. Ad idem extra vt benefi. ec. ſine di. cōfe. c. vt noſtrum. vbi dicitur. quod explorati iuris eſt, quod actore non probante, is qui conuenitur, & ſi nihil præſtiterit, obtinebit. & C. de eden. l. qui accuſare volunt probationes habere debent: cùm nec iuris, nec æquitatis ratio hoc permittat, vt *alienorum inſtrumentorum inſpiciēdorum poteſtas debeat fieri. actore enim non probante, qui conuenitur, etſi nihil ipſe præſtat, obtinebit. vt extra de cauſſa poſſ. & proprie. c. cum Eccleſia. & hoc ideo: quia negantis factū per rerum naturā nulla eſt directa ꝓbatio. vt C. de probat. l. actor. & c. accuſator. 6. q. fin. vbi eadē lex canonizata eſt. Et extra de probat.

**Secùs communium vt infrà eod. tit. l. Procurator. & D. eod. l. Prætor ait.*

bat.c. quoniam. Vnde qui negat, nihil probare tenetur. Si verò ius negat, puta dicit aduerſarium aliquo iure prohibitum, ne liceat ei aduocare, agere, vel teſtes producere: ſeu aliqua facere, quæ iure ſibi non conceduntur. id ꝓbare debet, qui dicit illum prohiberi. vt ff. de ꝓbat. l. ab ea parte. quæ dicit aduerſariũ ſuum aliquo iure prohibitum eſſe ſpecialiter lege vel conſtitutione id probari oportet. Idẽ reſpondit, ſi quis negat emancipationem rectè factam, ꝓbationẽ ipſum præſtare debere. Et nota, licet ſit verũ generaliter, quòd reus probare non tenetur: tamen quædam faciunt, vt onus in reum transferatur, ſcilicet, hæc exceptio implicita, pro actore præſumptio, ſpontanea ꝓbationis aſſumptio, iuramenti delatio, actoris priuilegium, rei delictum, & ſi rei negatio habeat affirmatiuam implicitam. Exceptio transfert onus probationis in reum, puta peto à te 10. tu excipis quòd ſoluiſti. vel peto à te fundum, tu excipis quod

Ius negans probare tenetur.

Caſus vbi re' probat.

præſcripſiſti : tu has exceptiones probare teneris,quoniam in excipiendo reus fit actor.vt D.de proba.l.in exceptionibus.& D.de exceptio.l.1. Suprà eſt titul.de exceptio. arg.ext.de probat. c. ex literis. vbi dicit. qui obiecerit long. tem. præſcrip. & eam probauerit, reportabit cõmodum poſſeſsionis.hoc quidem verum eſt, ſi reus excipiendo aliquid aſſerit. cæterùm ſi excipiẽdo negat, ſecùs eſt, vt patet in exceptione nõ numeratæ pecu. quoniam ea propoſita actor tenetur probare numerationem pecuniæ, & non reus probat exceptionem.vt C.de non numerata pecũ.l.ſi ex cautione tua,licet hypotheca *a* data, cœperis conueniri : exceptione oppoſita ſeu doli mali, ſeu non numeratæ pecuniæ compellitur petitor probare pecuniã tibi eſſe numeratam:quo non impleto abſolutio ſequetur.

a quia pignoris datio vel hypotheca nõ inducit præſumptionem: ſolet enim præcedere numerationem.

Præſumptio pro actore.

Præſumptio pro actore transfert onus probationis in reum: quia ſi frater petit à fratre partem prædij, quod fuit patris cõmunis : quamuis ne-

uis neget illam ad actorẽ pertinere, tamen probare debet qualiter ad ſe tantùm pertineat: aliter ſuccumbet in cauſa. vt C. de proba.l. ſiue poſsidetis. Caſus iſtius legis talis eſt. Si aliqui poſsideant prædia, & eorũ fratres emancipati dicant, ea ſibi à parte cõmuni data, ꝓbare debẽt. Si verò fratres emancipati poſsideant prædia, & hæredes ea petant: ipſi verò ad eos non pertinere dicant: eis qui poſsident incumbit probatio. & hoc propter præſumptionem, quæ contra eos eſt. Item ſi aliquid relictum eſt in teſtamento Epiſcopo ab extranea perſona, præſumitur quod intuitu Eccleſiæ ſit relictum. vnde licet Epiſcopus ſit in poſſeſsione, & negat ad Eccleſiam pertinere, probare debet ſibi ſoli eſſe relictum. vt extra de Teſtamen. c. requiſiſti: vbi ſit quædam diſtinctio bona: & dicitur in primo membro diſtinctionis: quòd ſi aliquid relinquitur Epiſcopo ab extranea perſona, præſumitur eſſe relictum intuitu Eccleſiæ, nõ intuitu

perſonæ. Item ſi Epiſcopus petat ab Eccleſia in ſua diœceſi conſtituta procurationem, vel obedientiam: qui negat ſe exhibere debere obedientiam, probare debet ſe eſſe exemptum. vt extra de præſcr. c. cùm non liceat. Vbi reprehenduntur quidam Priores, qui nolebant ſuo Epiſcopo obedire, cùm eorum Eccleſiæ eſſent in ſua diœceſi, nec prætendebant aliquod priuilegium, quare eſſent immunes. Vnde dicitur ibi, quòd non obſtante aliqua præſcriptione, ei exhibeant debitam reuerentiam & honorem. Item ſi Epiſcopus petat Eccleſiam, quam alter detinet: ex quo fundata eſt in eius diœceſi: qui dicit illam nõ eſſe ſubiectam Epiſcopo, probare debet, quãuis neget. vt extra de reli. do. c. cõſtitutus. Similem translationem ꝓbationis in reum inuenies 100. diſt. c. contra morem, circa medium. vbi dicit. aut enim metrapolitanorum omnium mos à tua fraternitate ſeruandus eſt, aut ſi tuæ Eccleſię quid ſpecialiter dicis

cis eſſe conceſſum, præceptumúe à prioribus Romanæ vrbis pontificibus: quòd hæc Rauennati Eccleſiæ ſint conceſſa, à vobis oportet oſtendi. quòd ſi non oſtendatur, reſtat poſtquam talia agere, neque conſuetudine generali, neque priuilegio vendicas, vſurpare te comprobes quod feciſti, non poſſe. Ita extra de reſtit. ſpo. ſolicitè. vbi talis ponitur caſus. Quidam renũciauit Eccleſię poſt ſpoliationem. poſteà repetit eam. aduerſarius obiecit, quòd ſpontè renunciauit: & hoc intendit probare. dicitur, quòd ſi conſtet renunciationem poſt ſpoliationem factam: non recipiantur aduerſarij probationes: quia non eſt veriſimile quòd ſpontè renunciauerit, qui renũciauit ſpoliatus. Ad idem extra de renun. c. ſuper hoc. Spontanea ꝓbationis aſſumptio, quia ſi reus vult onus probationis aſſumere, vel ſubire, mos ei gerendus eſt, vt probet. Extra de priuileg. c. Cùm olim. vbi dicitur. quòd cùm quidam Abbas peteret priuilegia

Spontanea probationis aſſumptio.

ſua apud ſe.app.innouari: quidam Epiſcopus cõtradixit priuilegio: quia vt dicebat præiudicium ſibi faciebant. poſteà fuerũt priuilegia perdita. cùm Abbas volebat probare tenorem literarum priuilegiorum, coram quodam Cardinali, produxit teſtes: & depoſitiones eorum fuerunt in ſcriptis redactę, & publicatæ. altera pars petijt inducias, vt poſſet teſtes repellere: quæ fuerunt ei conceſſę ſub eo tenore, vt probaret quæ vellet probare, niſi onus probationis altera pars ſubiret. Iuramenti delatio facit vt probet reus. vt ff. de iureiur. volunta. vel neceſſ. vbi dicitur. manifeſtę[a] turpitudinis eſt, & confeſsiõis, nolle iurare, nec iuramentum referre. Ad idem extra de ꝓba. c. ſicut conſuetudo. vbi dicitur in fin. quòd tunc demum recurrendum eſt[b] ad delationem ſacramenti (quod idem appellatur ſuffragium) cùm alia non ſuppetunt adminicula. Actoris priuilegium transfert onus probationis in reum, vtpote quando quis repetit

Delatio iuramenti.

a In manuſcriptis adiicitur, Hoc tantùm locũ habet in his caſibus, qui certi sũt, vel eſſe debent.

b Quando ad iuriſiurãdi ſubſidiũ recurrendum ſit.

Actoris priuilegium.

tit tanquam indebitũ, quod prius ſoluit, regulariter debet indebitum probare. Sed ſi perſona priuilegiata ſit is, qui repetit indebitum: puta, pupillus, vel minor mulier, vel miles, vel agricola: reus debet ꝓbare ſe debitum recepiſſe. vt ff. de proba. l. cùm de indebito, circa prin. Item rei delictum. quia ſi reus à quo indebitum repetitur, ſolutam negat pecuniã ab actore, & actor probet eam ei tradidiſſe: reus debet probare, eum debitum ſoluiſſe. Hos duos caſus inuenies D. de probat. vbi dicitur. Cùm de indebito quęritur, quis ꝓbare debeat, non fuiſſe debitum, res ita temperãda eſt, vt ſiquidem is qui accepiſſe dicit rem vel pecuniam indebitam, hoc negauerit: & ipſe qui dedit, legitimis probationib. ſolutioné approbauerit: ſine vlla diſtinctione, ipſum qui negauit ſeſe pecuniã accepiſſe, ſi vult audiri, cõpellendum *a* eſſe ad ꝓbationes præſtãdas quod pecuniã debitam acceperit: Etenim abſurdum eſt eũ qui ab initio negauit pecuniam

Rei delictum.

Textus l. cûm de indebito ff. de probat.

a idq́; propter callidã & abſurdam reſponſionẽ. Actor enim duo intẽdit, ipsũ videlicet reũ accepiſſe pecuniã, & indebitã accepiſſe. Hîc verò reſpondit, quòd minus eſt in intẽtio-

ne actoris, ſe videlicet non accepiſſe. quod perquàm ſuſpitioſam aduerſus eum præſumptionē infert.

a Nota præſumptionē ex eo eſſe, quod plerunq; accidit. vt hîc.

b Si tamen alius proponat actorem ſcientē ſoluiſſe, is ſcientiam probare debebit.

niam accepiſſe, poſtquam fuerit conuictus eam accepiſſe, probationem non debiti ab aduerſario exigere. Sin verò ab initio quidem confiteatur ſuſcepiſſe pecunias, dicat autem non indebitas ei fuiſſe ſolutas: præſumptionē [a] videlicet pro eo eſſe, qui accepit, nemo dubitat. Qui eñ ſoluit nunquam ita reſupinus eſt, vt facilè ſuas pecunias iactet, & indebitas effundat: & maximè ſi is, qui indebitas dediſſe ſe dicit, homo diligens eſt, & ſtudioſus paterfamilias, cuius perſonā incredibile eſt in aliquo facilè erraſſe. Et ideo eũ, [b] qui dicit indebitas ſoluiſſe, compelli ad probationes ſancimus, quòd per dolum accipientis, vel aliquam iuſtam ignorantiæ cauſam indebitum ab eo ſolutum ſit: & niſi hoc oſtēderit, nullam eum repetitionem habere. Sin autem is, qui indebitũ queritur, vel pupillus vel minor ſit, vel mulier, vel forte vir quidem perfectæ ætatis, ſed miles, vel agricultor, & forenſium rerum expers, vel alia ſimplicitate

citate gaudens,& deſidiæ deditus: tunc eum qui accepit pecunias, oſtendere bene eas accepiſſe,& debitas ei fuiſſe ſolutas:& ſi nõ oſtẽderit, eas redhibere: ſed hæc ita, ſi totam ſummam indebitam fuiſſe ſolutam is, qui dedit, contendat. Sin autẽ pro parte queritur, quòd pars pecuniæ ſolutæ debita nõ eſt, vel quòd ab initio quidem debitum fuit,ſed vel diſſoluto debito, poſteà ignarus iterum ſoluit: vel exceptione tutus, errore eas pecunias dependit: ipſum omnimodò hoc[c] oſtendere, quòd vel plus debito perſoluit, vel iam ſolutã pecuniam per errorẽ repetita ſolutione depẽdit: vel tutus exceptione, ſuam neſciens proiecit pecuniam: ſecundum generalem regulam,quę eos,qui opponendas eſſe exceptiones affirmant, vel ſoluiſſe indebita cõtendunt,hæc oſtendere exigit. In omnibus autem iuſsionibus,quas prępoſuimus,licentia concedenda eſt ei cui onus probationis incumbit,aduerſario ſuo de rei veritate iuſiurandũ deferre,

c Nam eadem ratio eſt totius,quæ partis.

ferre, priùs ipſo pro calumnia iurante: vt iudex iuramẽti fidem ſecutus, ita ſuam ſententiam poſsit formare, iure referendæ religionis ei ſeruando. Sed hæc, vbi de ſolutione indebiti quęſtio eſt. Sin autẽ cautio indebiti expoſita eſſe dicatur, & indiſcretè loquat̃: tunc eum in quem cautio expoſita eſt, compelli debitum eſſe oſtendere, quod in cautionem deduxit: niſi ipſe ſpecialiter qui cautionem expoſuit, cauſas explanauit, pro quibus eandem conſcripſit. Tunc enim ſtare eum oportet ſuæ cõfeſſioni: niſi euidentiſsimis probationibus inſcriptis habitis oſtendere paratus ſit ſeſe hoc indebitè promiſiſſe. Ad idem facit decret. no. extra de fide inſtru. c. ſi cautio quam à te indebitè ꝓponis expoſitã indeterminatè loquatur, aduerſarius tenetur oſtendere debitum eſſe quod cõtinetur in ea. Sed ſi cauſam propter quam ſcriptura proceſſerit, expreſſeris in eadem, confeſsioni tuæ ſtatur: niſi probaueris id indebitè te ꝓmiſiſſe. Item

nega-

negatiua implicita quæ habet in ſe affirmatiuam implicitam probari debet ab eo qui profert, quoniam quodammodo inficiatur aſſerendo, vel negando aſſerit. vt extra de renunc. ſuper hoc. Suprà eſt. puta: ſi filiusfamilias in poteſtate patris neget ſe eſſe, vel emancipationē neget rectè eſſe factam: probare tamē debet, quamuis negat. vt D. de proba. l. ab ea parte. §. Si quis negat emancipationem rectè factā, probationē ipſum pręſtare debere. In primo caſu dicitur l. ſi filius in poteſtate patris ſe eſſe neget, Prætor cognoſcit, vt prior doceat filius: quia ꝓ pietate, quā debet patri pręſtare, hoc ſtatutum eſt: & quia ſe liberū quodammodo contendit. Itē ſi negat teſtatorem fuiſſe ſanæ mētis, quia negando cum affirmat eſſe alienatum. vt ext. de ſucceſſ. ab inteſt. cum dilectis, ſcilicet, eſt. Aliàs generaliter verū eſt, quod qui negat ſimpliciter, nihil ꝓbare debet: ſicut ſuprà dictū eſt: quia negatiua directè ꝓbari nō poteſt. Indirectè aūt ſic. tu petis

Negatiua implicita probari debet.

Indirectæ negationis probatio.

petis à me 10. quæ dicis à me tibi eſſe promiſſa. ego nego me promiſiſſe. tu probas promiſsionem per inſtrumentum, tali die, & tali loco confectum. Si probauero me tali die extra prouinciã fuiſſe, ꝓbatur negatiua mea indirectè, & non credetur inſtrumento tuo, vt C. de contrahen. vel committ. Stipul. l. optima. in fine. Similem caſum habes extra de teſti. c. ex tenore, vbi ponitur talis caſus. Mulier petebat militẽ in virum: quia iurauerat ei, quòd eam duceret in vxorem, & poſteà cognouit eam carnaliter. miles hoc negabat, adijciẽs. quòd licet hoc eſſet verum, tamen de iure nõ potuit, eò, quòd aliam duxerat, quæ tunc viuebat, cùm iſtud præſtaretur iuramentum. miles probauiſſe videbatur, quòd ante feſtum purificationis duxerat vxorem. & teſtes mulieris dicebant, quòd poſt Paſcha de ea ducẽda dederat fidem. & cùm miles peteret abſolui, mulier replicabat. quòd eo tempore, quo teſtes militis dicebant eum cũ alia contra-

traxiſſe(quę erat in aliena prouincia) is ſemper in Eboracenſi prouincia fuerit. & hoc voluit probare. dicitur, quòd licet eſſent atteſtationes publicatæ, tamē ſuper illo articulo bene poſsint teſtes admitti. Cui autē probari debeat, quæritur. Res probari debet iudici tantùm, & non aduerſario; licet præſens debeat eſſe aduerſarius. vt 30.q.5.c. Iudicantem. & de reſcriptis c. inter cæteras. vbi dicitur. quòd quando duo articuli committuntur ſub diſtinctione, ſufficit ſi iudex tantùm cognoſcat de vno. Ad idem 4.q.3.c. ſi teſtes. vbi dicitur. eos teſtes ad veritatem adiuuandam adhiberi oportet, qui omni gratię, potentatui, fidem religioni iudicariæ debitā, poſſunt præponere. Sequitur quid probari debeat. Reſpondeo. quòd in iudicium deductum eſt: quia ſi inducantur ad vnum articulum tan tùm probandum, & dicant ſuper alio, non valet dictum eorum in illo articulo. vt extra de teſtibus. c. de teſtibus. vbi dicitur. quòd ſi

§. 2. Cui probatio ſit facienda.

§. 3. Quid probari debeat.

f teſtes

teſtes inducti ſunt ſolummodo ad exceptionem probandam,cùm ſuper ea tantùm iurauerint dicere veritatẽ: ſuper principali nec debent audiri, nec cogi teſtimoniũ perhibere,vtpote,ſuper quo depo nerent non iurati.

§. 4. *Quando fiat probatio.*

Quando debet probatio fieri? reſpondeo. generaliter poſt lit.cõteſt.ſuper illo articulo, qui deductus eſt in iudicium, & negatur. & primò ꝓbanda eſt actoris intẽtio, ſecundò rei exceptio. vt C. de probat.l. exceptionẽ. Suprà eſt.Et D. de excep. l.1.

§. 5. *Species probationum ſunt ſex.*

Species autem probationum ſunt ſex,per euidentiam facti, per aſpectum corporis, per iuramenti delationem,per teſtes, per inſtrumenta, per præſumptionem.

Per euidentiã facti.

Per euidentiam facti probatio fit,vt ſi habeat quis filium paruulum, ꝓbatur in continens. vt 28. diſ. c. priuſquàm ad nos ſcripta veſtra diſcurrerẽt, Ioannem diaconum, qui ab altera parte electus eſt, paruulam habere filiam quorundam relatione cognouimus. vnde ſi rationem voluiſſent attẽdere, nec

alij

alij eum eligere, nec ipſe debuerat conſentire. Nam qua præſumptione ad Epiſcopatum audet accedere, qui adhuc longã corporis ſui continentiã, filia teſtante, conuincitur nõ habere. Item ſi habeat publicam fornicariam mulierẽ in domo. vt extra de cohab. cleri. & mu.c. ſicut ad extirpãdam. vbi dicitur. quòd ſi crimen ſacerdotum habentiũ concubinas publicũ ſit, eas dimittant. Sin autem obedire recuſant, officio & beneficio ſpolientur. ad idem ext. de coha. cler. & mul. c. tua nos. vbi dicit. quòd ſi crimẽ ſacerdotum eſt ita publicũ, vt meritò debeat appellari notorium, in eo caſu accuſator non eſt neceſſarius, nec teſtis, cùm nõ poſſit aliqua tergiuerſatiõe celari. Et nota, quòd in quolibet notorio facti, nõ eſt neceſſaria probatio. vt extra de accuſ. c. Euidentia patrati ſceleris nõ indiget clamore accuſantis. & 2. q. 1. manifeſta accuſatione non indigent. Item aſpectu probatur atrox iniuria. vt ff. de iniur. l. 1. Item per aſpectũ probatur

Quid de noſtris qui tãtum nõ Colonias mittere poſſent?

Probatio ex aſpectu.

tur ætas ad petendam reſtitutionem. vt ff. de minorib. l. minor aſpectu. Item per aſpectum corporis probatur pubertas. vt extra de deſpõ. impu. c. puberes. vbi dicitur. certum eum puberem eſſe, qui ex habitu corporis pubertatem oſtendit. Item probantur per aſpectum ſumptus facti in adminiſtratione. vt l. lex quæ. §. Sed etſi parens. C. de adminiſt. tut. Item integritas corporis probatur aſpectu. vt extra de probat. c. propoſuiſti. vbi dicitur. quòd quædam mulier probauit integritatem ſuam contra quendam virum, per aſpectum clauſtri ſui, cũ teſtimonio ſeptẽ mulierum, quæ eam inſpexerunt, & credebatur eis. Item per famam probatur. vt 4. q. 3. c. ſi teſtes. verſ. ſæpè. Ad idem extra de præſump. c. illud. vbi dicit. quòd quædam mulier libera, cùm per 10. annos ſcienter cuidam ſeruo cohabitauerat, nunc vult illum dimittere: eò, quòd teſtes deſponſationis non cõparent. vir per inſtrumentum quoddam ſuam eſſe eam

Per famã fit probatio.

eam vxorem probat. dicit Papa, quòd ſi fama viciniæ habet, quòd vir ipſam tanquam vxoré habuit, (cùm matrimonium ſit coniunctio maris & fœminę) cogenda eſt mulier, vt ei uiro affectióe ſeruiat coniugali. Ad idem extra de teſti. c. præterea. Item per præſumptionem fit ꝓbatio, ſcilicet cùm quis corrumpit teſtes aduerſarij, pręſumitur iniquam cauſſam fouere. vt extra de teſti. cog. peruenit. vbi ponitur talis caſus. Quidam accuſabatur de crimine Symoniæ & adulterij. & illum qui contra eum debebat produci in teſtem, fecit iurare, ne contra eum teſtificaretur. dicitur quod ſi ita eſt, procedatur contra eum, quaſi teſtis eſſet productus, & cogatur teſtis ſcelus detegere: quia tam ille qui ſurripit inſtruméta & teſtes, quàm ille qui*partem aduocationis, ſeu defenſionis copiá ſubtrahit aduerſario præſumitur iniquam litem fouere. vt extra de teſtibus. c. Intimauit. & 3. q. 7. c. infames. §. ſi quis autem. Vel quia frequenter inuenitũr

Per præſumptionem.

**tex. parem*

nitur ſolus cum ſola, nudus cum nuda, loco ſuſpecto & perſonis exiſtentibus ſuſpectis, pręſumitur) quòd fornicati ſint. vt extra de præſump. c. literis. vbi ponitur talis caſus. quidam volens ab vxore ſeparari, accuſabat eam de adulterio. teſtes quos produxit proponebant dicentes. quòd poſtquàm mulier cum prędicto viro contraxit, conſanguineũ viri ſolum cum ſola, nudum cum nuda, in eodẽ lecto iacentẽ viderunt: ea intentione, vt credebãt, vt eam cognoſceret: & in multis locis ſecretis, & latebris ad hoc commodis, & horis electis ſæpè ipſis præſentibus hoc contigiſſe dixerunt. & publica fama cõſentiebat, quòd poſtquàm contraxerunt carnaliter ſe cõmiſcuerunt, & hoc idem ore proprio ſunt confeſſi. dicit in decret. quòd propter confeſſionem, & manifeſtam ſuſpitionẽ, poterit inter eos diuortiũ, fama dictante, celebrari. Ad idem ext. de præſump. per totum. & 32. q. 1. c. dixit Dominus in Euangelio. vbi dicitur in fin. vbicunq;

Addit nõnulla ad textũ, qui extat.

cunq; igitur fornicatio eſt, vel fornicationis ſuſpitio, ibi liberè vxor dimittatur. & quia poterat accidere, vt aliquis calumniam faceret innocenti vxori, & ob ſecundam copulam nuptialẽ, veteri copulæ crimen imponeret: ſic priorẽ dimittere iubetur vxorem, vt prima viuente ſecundam non habeat. Item per iuramenti delationẽ factam apertè parti fit probatio. vt ff. de iureiuran. l. 2. Iuſiurandum ſpeciem tranſactionis continet, & maiorẽ habet auctoritatem, quàm res iudicata. & l. manifeſtæ. eo. tit. Et fit ꝓbatio quando defertur iuramentum ab ipſo iudice *alteri litigantium: puta, quando ſemiplene probauit. tunc delatũ parti iuramentum cedit loco probationis. vt C. de rebus cred. & iureiur. l. In bonæ fidei contractibus, nec non & in cæteris alijs cauſis, inopia probationũ emergẽte, iureiurando per iudicẽ, cauſa cognita, res decidi oportet. Ad idẽ ext. de ꝓba. c. ſicut cõſuetudo. Ad hoc facit decret. no. extra de iureiur.

Nota, & reuerà Paulino dogmati hæc conueniunt.

Probatio per delationem iuramẽti.

**aliàs, alterutri*

iuramētum à te parti delatum, niſi iuſta de cauſa non potuit recuſari, quamuis quod in iudicio à parte parti defertur recuſari poſsit licitè, ac referri. Ad idem extra de Procur. ex inſinuatione. vbi dicitur. quòd creditur cuidam Archidiacono iuranti, & vni teſti, quod inhibuit cuidam Clerico, ne vteretur literis procurationis ſibi datis. Per teſtes & inſtrumenta probatur. vt extra de teſtibus, per totum. & C. de fid. inſtr. per totum. & hoc pleniùs dicemus in proximis ſequētibus tit. Et nota, quòd hæ duæ ſpecies ꝓbationum [a] magis dicuntur probationes, quàm cæterę pręcedentes. In ſumma notandum eſt, quòd vera probatio elidit præſumptionē. vt extra de renun. c. Super hoc. Suprà eſt. & D. quod me. cauſſa. l. non eſt veriſimile compulſum in vrbe iniquè indebitum ſoluiſſe eum, qui præclaram dignitatem ſe habere prætendebat: cùm potuerit auxilium publicum inuocare, & adire aliquem poteſtāte præditū, qui vtiq; vim

Probatio per teſtes & inſtrumenta.

[a] Verùm Ariſtoteles, & eū ſecuti Cicero & Quintilianus argumēta appellāt ἄτεχνα; id eſt, expertia artis, quod ex ſe & ſua natura minimum habeant fidei & probatiōis. Quod de præſumptionibus & circūſtantiis dici nō poteſt. Vnde quod hic ait, de vulgari iudiciorum vſu intelliges.

vim eum pati prohibuiſſet. ſed huiuſmodi præſumptioni debet apertiſsimas violentiæ probationes opponere. Hæc de probatione facti locum habent. probatio autem iuris per leges & canones fieri debet. Interdum etiã per argumenta. ſicut in t. de alle. Deo dante, dicemus.

Titul. VI.

DE TESTIBVS ET PRIMO QVI POSSINT ESSE *teſtes, & qui non.*

TRactauimus ſuprà de probationibus in genere. Nunc per ſpecies videamus, & primò de teſtibus: quia validior eſt vox viua, quàm mortua. vt in auth. de fide inſtr. §. Si verò. Coll. 6. ꝓpe princip. vbi dicitur. Si verò aliquid tale cõtigerit, quale in Armenia factum eſt: ad aliud quidem faciebat collatio literarũ, ad aliud verò teſtimonia: tunc nos quidem æſtimauimus ea, quæ à voce viua dicuntur, & cum iureiurando: hęc digniora fide, quàm ſcripturam

Validior eſt vox viua quàm mortua.

ipſam ſecundum ſe ſubſiſtere. Veruntamen ſit hoc iudicantis prudentię ſimulatq; religionis, vt veracibus potiùs pro talibus credat. Ad idem ext. de teſti. c. cùm à nobis. vbi dicitur. ciuilia iura & canonica ſequẽtes, diſtrictiùs inhibemus, ne vnius iudicis quantæcunque fuerit auctoritatis, verbo credatur in cauſis: ſiue ſuper teſtamẽtis, ſiue ſuper quibuslibet alijs articulis, vel contractibus quæſtio agitetur. Nec ſcripturæ eorum, niſi teſtium adminiculo fulciantur, eam obtineant firmitatem, quin eis poſsint, & debeant, duorum vel trium teſtium bonorum teſtimonia præualere: ſalua in omnibus apoſtolicæ ſedis auctoritate. Sed quoniã plures cauſæ tam per teſtes, quàm per alias probationes terminãtur, & maior altercatio ſuper dictis teſtiũ, quàm ſuper cæteris ꝓbationibus ſæpiſſimè oritur: ideo pleniſsimè de teſtibus ſubijciamus, per plures titulos tractatum teſtium diuidentes, propter eius prolixitatem.
Vnde

Vnde videndum primò qui poſ- ſint eſſe teſtes, & qui non. Teſtes poſſunt eſſe omnes, qui non prohibentur: quia edictum de teſtibus prohibitorium eſt, ſicut edictum de Procuratoribus. omnes enim qui non prohibentur, admitti poſſunt. vt ff. de teſti. l. 1. vbi dicitur. adhiberi poſſunt teſtes non ſolùm in criminalibus cauſis, ſed & in pecuniarijs litibus ij, quibus non interdicitur teſtimonium, nec vlla lege prohibentur à teſtimonio. Prohibentur ſerui. vt 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. liberi. ad fin. vbi dicitur. liberi teſtes ad cauſas poſtulentur alienas, ſi ſocij & participes criminis non dicantur. Sed fides ab his notitiæ poſtuletur. Venturis autem ad iudicium, aut per accuſatores, aut ab hīs p quos fuerint poſtulati ſumptus competenter miniſtrentur, etiamſi in pecuniaria cauſſa teſtes ab alterutra parte ſunt producendi. Quandoque tamen creditur eis, id eſt ſeruis, ſecundum canones, cum alijs præſumptionib. & in quibuſdam caſi-

Partitio totius huius materiæ.

Edictū de teſtibus eſt prohibitoriū.

Qui prohibeātur.

caſibus. vt 4. q. 3. c. ſi teſtes. verſ. Serui reſponſo tunc credendum eſt, cùm alia ꝓbatio ad eruendam veritatem non eſt, & tunc verberibus ſubijci debet. vt ibi dicitur. §. ſi res exigit, &c. verſ. Si autem ea conditio rei ſit, vt arenarium teſtem, vel ſimilẽ perſonam admittere cogantur, ſine tormẽtis teſtimonio eius non creditur. Tamen contra Dominũ ſuum recipi non debet, nec pro Domino. vt eo. c. ſi teſtes. §. Serui nec pro Domino, nec aduerſus Dominum, ſed pro facto ſuo interrogari poſſunt. Si autem obijciatur ſeruilis cõditio teſtibus cùm inducuntur ad teſtimonium, & ipſe ſe dicit liberum à natiuitate, recipi debet eius teſtimonium, & in ſcriptis redigi, ſeruata quæſtione ſtatus in tẽpus diſputatiõis. & tunc ſi probatũ ſit quòd ſit ſeruus, reprobeť eius teſtimonium. Si verò dicit quòd aliquando fuit ſeruus, ſed nunc dicit ſe liberũ, non debet recipi eius teſtimonium, niſi priùs monſtretur inſtrumentum libertatis. Si dicat

cat ſe non habere copiam inſtru-
mēti, recipitur eius teſtimonium,
& in ſcriptis redigitur, ſed nō vte-
tur eo, qui eum induxit, niſi pro-
bet eius libertatem. vt C. de teſti-
bus. in Auth. ibi ſignata. ſi teſtis ꝓ-
ductus. vbi dicitur. Si teſtis dica-
tur ſeruilis conditionis eſſe, & ip-
ſe liberum eſſe affirmet: ſiquidem
ex natiuitate, eius teſtimoniū im-
pleatur: vt ſi habita diſputatione
ſeruum eſſe apparuerit, reſpuatur
eius teſtimonium: Si verò liber-
tinum ſe dixerit, priùs per inſtru-
menta conſtet, quàm teſtetur, niſi
iurauerit ſe alibi probationes ha-
bere: quo facto, teſtimonium qui-
dem notetur, ſed ſi inſtrumētum
nō attulerit, reſpuatur. Si verò di-
cat̄ odioſus eſſe teſtis ex lite mo-
ta, quæ iam incœpta eſt: ſcilicet cri
minis inter eos, & hoc aduerſarius
probauerit: nō audiatur teſtis an-
tequā de crimine iudicetur. Si ve-
rò ex lite pecuniaria dicat̄ odio-
ſus: procedat quidē teſtimonium,
tempore autē diſputationis fiant
huiuſmodi quæſtiones iudice co-
gnitu-

gnituro, vtrum huiuſmodi teſtimonio credēdum ſit. Prohibetur autem mulier in cauſis criminalibus, & in teſtamēto. vt 33. q. 5. mulierem conſtat dominio viri eſſe ſubiectam, & nullam auctoritatem habere: nec docere poteſt, nec fidem *facere, nec teſtis eſſe, nec iudicare. contrarium habes extra de teſtibus, c. quoniam. & c. tam literis. & 15. q. 3. c. ex eo. ff. de teſta. l. qui teſtamento. §. mulier. In alijs autem cauſis ſiue pecuniarijs, ſeu ſpiritualibus, ſiue matrimonialibus, ſiue alijs quibuſcunque mulieres poſſunt ferre teſtimonium, vt in proximis allegationibus continetur. Item prohibetur

Minor. minor 14. annis in omni cauſa generaliter. vt 4. q. 3. c. 1. teſtes quoq; ad teſtimonia non eſſe admittendos cenſemus, qui nec ad accuſationem admitti iuſsi ſunt: vel etiam quos ipſe accuſator de domo ſua produxit. Ad teſtimonium autem infra 14. annum ætatis ſuæ conſtituti non admittantur. Item ꝓhibetur minor 20. annis in cau-

ſa cri-

ſa criminali. vt 4. q. 3. c. ſi teſtes. verſ. in teſtimoniũ accuſator excitare non debet eum, qui publico iudicio reus. aut qui minor 20. annis erit. Attamen factus pubes poteſt ferre teſtimonium de eo, quod vidit in pupillari ætate. Idẽ dicendum eſt de ſeruo facto liberto: quoniam poteſt ferre teſtimonium de ijs, quæ vidit in tempore ſeruitutis. vt ff. de verb. ſig. l. notionem. §. inſtrumẽtorum appellatione, quę cõprehendantur, perquàm difficilè erit ſeparare. quæ eñ propriè ſint inſtrumenta, propter quę dilatio danda ſit, inde dignoſcimus, ſi in præſentiã perſonæ, quę inſtruere poſsit, dilatio petat̃: puta eius, qui actũ geſsit, licet in ſeruitute: vel qui actor fuit conſtitutus: putem videri inſtrumentorũ nomine vel cauſa peti dilationẽ. Ad idẽ 37. diſt. c. relatũ. vbi dicit̃. in fi. cùm eñ ex diuinis ſcripturis integrã quis & firmã veritatis ſciẽtiam acceperit, abſurdum non erit, ſi aliquid ex eruditione communi, aut liberalibus ſtudijs,

quæ

quæ fortè in pueritia attigit, ad aſſertionem veri dogmatis conferat: ita tamen, vt vbi varia didicit, falſa & ſimulata declinet. Prohibetur ferre teſtimonium indiſcretus, id eſt mēte captus, ſicut repellitur ab officio iudicandi ſiue poſtulandi. vt 3. q. 7. §. tria. D. de Poſtul. l. 1. Suprà eſt tit. de off. iud. ord. Prohibētur infames, & repelluntur à teſtimonio. vt extra de teſti. c. ex parte. vbi talis ponitur caſus. Quidam laicus impetrauit literas contra quendam Capellanum: vt ſi cōſtaret eum eſſe filium ſacerdotis, vel fornicatorem, auferretur ei Eccleſia. laicus eo abſente produxit teſtes infames, per quos ꝓbauit intentionem ſuam. ſententia fuit lata contra presbyterum. conqueſtus fuit Presbyter domino Papæ. dicit Papa, quòd ſi teſtes nō fuerant idonei, reſtituatur ei Eccleſia, & caſſetur ſententia contra eum lata. In exceptis tamen criminib. vel caſibus poſſunt admitti infames ad teſtimonium: vt in Symonia, & ſimilibus: ſed non

Indiſcretus.

Infamis.

Infames admittũtur in crim. exceptis.

non ſine tormentis. vt 4. q. 3. c. ſi teſtes. verſ. ſi autem. & extra de ſymonia. c. licet Heli. Et pauperes prohibentur à teſtimonio tam iure poli, quàm jure fori. vt 2. q. 1. c. in primis. vbi dicitur. quòd quæri debet de teſtibus & accuſatoribus, cuius cõditionis ſint, & cuius opinionis, & an ſint inopes, & c. prohibentur. vbi dicitur. prohibentur illi à teſtimonio, qui habent minus quàm quinquaginta aureos, niſi ſuam perſequantur iniuriam, vel mortem propinquorum defendant, vt in auten. de teſti. §. 1. coll. 7. Et nota, quòd quidam dicunt obtinere hoc in criminalibus cauſis tantùm: quidam generaliter de quibuslibet pauperibus, qui minus quàm 50. aureos habent. Mihi videtur hoc dictum eſſe de ijs pauperibus tantùm, qui obtentu pecuniæ præſumunt ſupprimere veritatem: quoniam ſi teſtis ſit honeſtus, ita, quòd nulla præſumptio ſit contra eum, vt pro pecunia mẽtiatur, licet pauper ſit, non eſt repellendus à teſtimonio.

Inopes & viles perſonæ reiiciuntur à teſtimonio, vt etiã à dignitatib. l. 2. C. digni. vitæ enim vilitas eas legũ nexib. detineri non ſinit. l. quæ adulteriũ C. ad l. Iul. de adul.

Huc vide l. ſcire oportet. in fin. de tu o. & cura. dat. ab his.

vt extra de teſti.c. Si quis teſtium. vbi apertè ꝓbatur, quòd paupertate depreſsi in teſtimonium admittantur. Alioquin oportet dici, multos ſanctos viros, religioſos, & etiam Apoſtolos, à teſtimonio repellendos, qui pauperes ſunt nihil habentes. Prohibentur laici cõtra clericos ferre teſtimonium. vt extra de teſtib. quod verum eſt in cauſſa criminali. vt extra de teſti. de cætero. & 2.q.7.c. Laici. & c. laicos. vbi dicitur. quòd clerici op pidò infeſti ſunt[a] laicis. & e.q. per totum. Sed vbi ciuiliter agitur audiuntur, ſicut dictũ eſt ſuprà tit. de crimin. §. Si autem in modum exceptionis. Si autem cauſſa ciuilis agitur contra clericum, bene etiam admittũtur laici ad teſtimonium. vt extra de teſti. c. tam ex literis. Similiter clerici contra laicos in accuſatione ferre teſtimonium non poſſunt. vt 2. q.7. ſicut ſacerdotes. Prohibentur etiam infideles cõtra fideles teſtimonium ferre. vt extra de teſti. c. licet vniuerſis. vbi dicitur. quòd infideles

Laici aduerſus clericos.

a Hæc inuerſa leguntur in textu edito.

Infideles cõtra fideles.

non

non admittuntur contra Chriſtianos in teſtimonium. Prædicta octo genera prohibitionum comprehendere potes his verſibus:

Conditio, ſexus, ætas, diſcretio, fama,
Et fortuna, fides, in teſtib. iſta requires.
Et conſanguinei, pariterq; domeſtica turba,
Et clerus laicos ſubterfugit & uice uerſa.

Item phibentur omnes criminoſi, ſiue conuicti fuerint de aliquo crimine, ſiue nõ, dummodo inde conuincant̃, in modũ exceptionis oppoſito crimine, & probato. vt ext. de teſti. c. ſuper eo. & c. Teſtimoniũ. vbi dicit̃. Super eo quod quæſiuiſtis à nobis, vtrũ teſtes illi ſint reprobandi à nobis in cauſſa criminali vel ciuili, quibus ab aduerſa parte crimina opponuntur, Reſpondemus quòd etſi antè nõ fuerint conuicti, vel cõfeſsi ſuper criminibus illis, dummodo inde conuincantur, ad teſtimoniũ non debent admitti. In c. Teſtimoniũ, dicitur, quod ille qui crimẽ obijcit teſti, audiẽdus eſt, & crimẽ po- *Omnes criminoſi.*

g 2 terit

terit ciuiliter probare: quo probato, non eſt audiendus, ſed propter hoc non debet puniri. arg. extra de except. c. denique. & extra de ord. cog. c. cùm dilectus. in fi. & ff. de his qui no. infa. l. Lucius. & hoc locũ habet in omni cauſſa ſecundum canones, præterquàm in criminibus exceptis. extra de Symonia. c. licet Heli. & c. per tuas. verſ. fin. vbi dicitur. quòd in criminibus exceptis omnes criminoſi admittuntur in teſtimonium, præterquàm conſpiratores, & capitales inimici, & præter illos, qui nõ Zelo iuſtitiæ, ſed ex malignitatę procedunt. Et quòd criminoſi & de crimine accuſati nõ debent admitti ad teſtificandum, niſi in exceptis criminibus, dicit decretal. noua. extra de teſti. c. fin. vbi dicitur, nõ debet quis in criminibus, niſi forſan in exceptis, ad teſtificandum admitti, pendente accuſatione de crimine contra ipſum, cùm etiã accuſati niſi priùs ſe probauerint innocentes, ab accuſatione ac ſuſceptione ordinum repel-

pellantur. Quæ autem ſint crimina excepta, & quid iuris ſit cùm de ijs agitur, plenè notauimus ſuprà tit. de criminibus. Ratio verò cur omnes criminoſi repelluntur à teſtimonio eſt, quia ſunt infames infamia canonica. vt 6. q. 1. c. illi qui ea perpetrant peccata, de quibus ait Apoſtolus (quoniã qui talia agunt regnum Dei nõ conſequentur) valde ſunt cauendi: & ad emendationem ſui, ſi voluntariè noluerint, cõpellendi: quia infamiæ canonicæ maculis ſunt aſperſi, & in baratrum dilabuntur, niſi eis auctoritate ſacerdotali ſubuentum fuerit. Similiter illi, de quibus Apoſtolus ait cum huiuſmodi, id eſt, anathematizatis, nec cibũ ſumite: quia infamia ſunt notati, antequàm ſacerdotali auctoritate ſanentur, & in gremio ſanctæ matris Eccleſiæ reintegrentur: quia qui extra nos ſunt, nobiſcum non poſſunt communicare. Item prohibetur quis ferre teſtimonium in propria cauſa. vt 4. q. 3. c. ſi teſtes. verſ. nullus. vbi

In propria cauſſa quis teſtimonium ferre prohibetur.

dicitur. Nullus in re ſua idoneus teſtis intelligitur. In cauſſa tamen ſuæ vniuerſitatis bene admittitur quilibet. vt 14.q.2. ſuper prudentia. & ext. de teſti. c. cùm nuncius. vbi dicitur. Preterea nõ lateat prudentiam tuam, quòd prædicti canonici non ſunt à teſtimonio ſuper negotio ſuę Eccleſię repellendi: niſi alia rationabilis cauſſa impediat. Ad idem extra eod. titul. c. inſuper etiã auctoritate noſtra ſtatuimus, vt liceat vobis in cauſſa Eccleſiæ veſtræ teſtimonium ferre, dummodo vnus vel duo ex vobis ad agendum & reſpondẽdum iuſtituantur: quorum teſtimonia in quibus actores vel reſponſales ſunt inſtituti, non debent admitti. Ad idem ext. de teſti. c. veniens, ſecundò loco. & c. tuis. Prohibentur iudices, & aduocati, & executores ferre teſtimonium, in cauſſa quam tractant. vt 2.q.6.c. Statuendum eſt, vt qui in Eccleſia quamlibet cauſſam, iure apoſtolico Eccleſijs impoſito, agere voluerit, & forſan deciſio clericorũ vni parti diſpli-

In cauſa ſuæ vniuerſitatis cuique permittitur.

Item iudex, aduocatus, &c.

diſplicuerit: non liceat clericum in iudicium ad teſtimonium vocari eum, qui Præſes aut cognitor fuerit, & nulla ad teſtimonium dicendũ pulſetur eccleſiaſtica perſona. Ad idem 4.q.3.c. ſi teſtes. verſ.teſtes.quos quis de domo ſua produxit, interrogari nõ placuit. patroni quoq; in cauſa cui patrocinium præſtant teſtimoniũ non dicant:quod & in executorib.obſeruandũ eſt.Item prohibent liberi ferre teſtimoniũ pro parẽtibus, & contrà.vt 4.q.3. vbi dicitur. teſtis idoneus pater filio, aut filius patri non eſt.Ad idem e. q. & ead. cauſſa,c. parentes. vbi dicitur. parentes & liberi ad inuicem aduerſus ſe nec volentes, ad teſtimonium admittendi ſunt.Nota tamen, quòd in trib. caſibus pater poteſt eſſe teſtis filio.Primus eſt, quia pater poteſt eſſe teſtis in teſtamento filij ſui teſtãtis de caſtrẽſi peculio. vt ff.de teſta.l. qui teſtamẽto. §. 1. Secundus caſus eſt ad probandum genus vel ætatẽ.vt ext.qui fi. ſunt leg.c.trãſmiſiſſe. vbi dicitur. qui-

Liberi pro parentibus, & contrà.

In tribus caſibus parentes in liberorũ cauſſis admittuntur.

dam nutriebat quēdam puerum, quem dicebat eſſe ſpurium ſuum, non legitimum. proceſſu temporis duxit quandam mulierem in matrimonium, quam dum nutrierat puerū, tenuerat in domo ſua, & ex ea ſuſcepit liberos: quibus volentibus adire hæreditatem, ille puer dixit ſe hæredem eſſe, & cum eis debere partiri. quæritur, quomodo poſsit probari illud. Reſponſum eſt, quòd credendum eſſet verbo viri & mulieris: quia mulier idem dicebat, quod vir. Ad idem ff. de prob. l. etiam matris ꝓfeſsio in cauſſa filiorum recipitur: ſed & aui recipiēdum eſt teſtimonium: ſcilicet. vt iudex meliùs inueſtiget veritatem: quia non recipitur, vt teſtis. Tertius caſus eſt in cauſis matrimonialibus. vt 35. q. 6. c. conſanguineos extraneorū nullus accuſet, vel conſanguinitatem in ſynodo computet: niſi propinqui ad quorum notitiam pertinet, id eſt, pater & mater, frater & ſoror, patruus & auunculus, amita & matertera & eorum procreatio,

&c.

&c. Si autem progenies tota defe-cerit, ab antiquioribus, quibus ea-dem ꝓpinquitas nota ſit, Epiſco-pus canonicè perquirat, & ſi in-uenta fuerit ꝓpinquitas, ſeparen-tur. Ad idem extra qui mat. accu-ſa. poſ. c. videtur nobis. vbi dici-tur. parentes, & fratres, & cognati vtriuſq; ſexus, in teſtificationem filij, vel filiæ ad matrimoniū con-iungendum, vel dirimēdum, ſunt admittēdi: quia meliùs ſciunt ge-nealogiam ſuam, quàm alij. Ad idem extra de teſtibus. inſuper 2. loco. Item prohibéturà teſtimo-nio familiares & a domeſtici, & quibus imperari poteſt ratiōe do-minicæ, vel patriæ poteſtatis. vt 4. q. 3. c. 1. Ad idē ead. cauſ. q. ead. c. ſi teſtes. §. idonei nō videntur te-ſtes, quibus imperari poteſt vt te-ſtes fiant. Ad idē ead cauſ. q. ead. & eod. c. §. ſerui neque. vbi dici-tur. nec ꝓ domino, nec aduerſus dominū, ſed pro facto ſuo inter-rogari poſſunt. Prohibentur ſu-ſpecti & inimici contra inimicum ſuum teſtimoniū dicere. vt 3. q. 5.

Familiares & domeſtici.

a Ea tamen quæ fiūt in domo probātur per domeſticos. l. conſenſu. §. ſuper. C. de repud. Lanfrā. in c. quoniā cōtra. §. teſtiū depoſitiones.

Suſpecti & inimici.

c.accuſatores. 1. loco. vbi dicitur. accuſatores & teſtes eſſe non poſſunt, qui ante heſternũ diem vel nudiuſtertius inimici fuerunt: ne irati nocere cupiant, aut læſi ſe vlciſci velint. inoffenſus igitur accuſatorum & teſtiũ affectus quærendus eſt, & non ſuſpectus. Sed hoc fiat cum diſtinctiõe. quia capitales inimici, & cõſpiratores in nullo caſu ſunt audiẽdi. vt ext. de ſymo. c. licet. & c. per tuas. ſuprà

Qui cum alio litigat, eius dicitur inimicus.

ſunt. Hoc tamẽ nota, quòd inimici propter litem criminalem ante finẽ cauſæ inter eos agitandę, non ſunt recipiẽdi: ſed in lite pecuniaria inimici poſſunt admitti ad teſtimonium. ſed hoc vſq; ad tempus diſputationis reſeruatũ, quanta ſit eis fides adhibenda. C. de teſti.

Prohibitus à lege.

in auten. ſi dicatur. Prohibetur aliquis à teſtimonio quandoque per legem, ſcilicet, ſi ſit ſeruus, vel excommunicatus per iudicẽ, vel ſuſpectus. Item quandoq; iudex repellit effrenatam multitudinẽ te-

Effrenata teſtiũ multitudo coercẽda.

ſtium ſtatuendo certũ numerum vſq; ad quem producantur. vt extr. de te-

de teſti. c. cauſſam 3. vbi dicitur. quòd iudex non debet permittere, vt quadragenarius numerus teſtium excedatur. Ad idem ext. de proba. c. licet. & extra de reſcrip. c. ſedes. & ff. de teſti. l. 1. in fin.

Titul. VII.
DE NVMERO TEſtium in qualibet cauſſa.

VIdimus qui ſint admittendi, & qui nō. ſubſequenter videamus, quot teſtes in qualibet cauſa ſufficiāt. Regulare eſt quòd in qualibet cauſſa duo ſufficiant. hoc expreſsè legitur in lege & canone, licet plures in aliqua cauſſa ſint neceſſarij. vt 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. vbi numerus. & extra de teſti. c. licet. vbi dicit̃. quòd in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbū. ext. de teſti. c. in omni negotio. Ad idem ff. de teſtibus. vbi dicitur. quòd vbi numerus teſtiū non adijcitur, ibi duo ſufficiunt: pluralis enim locutio duorū numero eſt contenta. In quibuſdam verò caſib. plures teſtes exigūtur. pri-

Regulariter duo teſtes ſufficiunt.

In quibus caſibus plures teſtes exigantur.

primus eſt vbicunq; clericus Romanæ Eccleſiæ accuſatur. vt 2. q. 5. c. Præſul non damnetur, niſi cum 72. teſtibus: Presbyter autem Cardinalis niſi cum 64. teſtibus non deponatur. Diaconus verò Cardinalis vrbis Romæ nõ niſi cum 27. teſtibus condemnabitur. ſubdiaconus, acolytus, exorciſta, lector, & hoſtiarius non niſi cum 7. teſtibus cõdemnabitur. Teſtes autem & accuſatores ſine aliqua ſint infamia. Ad idem in ead. cauſ. & ead. q. c. nullam cõdemnationem. vbi idem dicitur. Item in codicillis & vltimis voluntatibus 7. teſtes ſunt neceſſarij. vt C. de codicill. l. fin. Item qui vult ꝓbare ſolutionem debiti iń ſcripto contenti, 5. teſtes neceſſarij ſunt. vt C. de teſti. l. teſtium facilitatem, per quos multa veritati cõtraria perpetrãtur, ꝓut poſsibile eſt reſecantes, omnibus præcipimus: qui in ſcriptis à ſe debita retulerint, quod nõ facilè audiantur, ſi dicant omnis debiti, vel partis ſolutionem ſine ſcriptis feciſſe, velintque viles & fortè redem-

Si Pontifex aut Cardinalis accuſetur.

In codicillis.

In probatiõe ſolutiõis debiti, quod ſcriptis cõprehenſum eſt.

demptos teſtes ſuper huiuſmodi ſolutione producere: niſi 5. teſtes idonei, & ſummæ & integræ opinionis præſtò fuerint ſolutioni celebratæ, hi quoque cum ſacramenti religione depoſuerint, ſub præſentia ſua eſſe debitum ſolutum: vt ſcientes omnes ita eſſe ſtatutum, nō aliter debitum vel eius partem ſoluant, niſi vel ſecuritatem in ſcriptis capiant, vel obſeruent præfatam teſtium probationem: his ſcilicet qui iam ſine ſcriptis debitum vel partem eius [a] ſoluerunt, à præſenti ſanctione meritò excipiendis. Si verò facta per ſcripturam ſecuritas, ſit fortuito caſu, vel incendij, vel naufragij, vel alterius infortunij, perempta: tunc liceat ijs, qui hoc perpeſsi ſunt, cauſſam peremptionis [b] probantibus, etiā debiti ſolutionem per teſtes duos ꝓbare, damnumq́; ex amiſsione inſtrumenti effugere. Item in donatione cauſſa mortis facta 5. exiguntur teſtes. vt C. de donat. cauſſa mor. l. finali. vbi dicitur. Sancimus omnes mortis

[a] quia leges non præteritis, ſed futuris & præſentibus tãtùm formã dare dignoſcũtur.

[b] Nota, qui caſum allegat, probare debet: ſicut qui dolum. l. quotiens. de proba.

In donatione cauſa mortis.

cauſa

cauſa donationes, ſeu iuxta mortem faciẽtis fuerint celebratæ, ſeu longiore mortis cogitatione ſubſecutæ ſint, actis minimè indigere: nec expectare publicarũ perſonarum præſentiam, & ea quæ ſuper huiuſmodi munimẽtis ſolent adhiberi: Sed ita res procedat, vt ſi 5. teſtibus præſentibus, vel in ſcriptis, vel ſine literarũ præſcriptione aliquis voluerit cauſſa mortis donationem facere: & ſine inſtrumentorũ acceſsione res geſta maneat firmitate vallata, & nullã accipiat calumniam, neque propter hoc quod ei geſta nõ acceſſerunt, inefficax atque inutilis iudicetur: & omnes effectus ſortiatur, quos vltimæ habent liberalitates: neq; ex quacunq; parte abſimilis eis videatur. Itẽ in teſtamentis ordinandis 7. teſtes ſunt neceſſarij, nec aliter valent. vt C. de teſta. l. hac conſultiſsima. C. de codi. l. vlt. Sed credo quòd hoc nõ habet locum ſecundum canones, & ſecundum euangelicum verbum, dicens: in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne

Tancredus ſolennitatẽ teſtium 7. in Teſtamẽtis, putat ſublatam.

omne verbum.ext.de teſta.c. cùm eſſes. & c. relatum. vbi ſit mentio de legibus. Et dicitur ibi, quòd quando teſtamentũ eſt factum coram Presbytero, vel alijs duob.viris idoneis, ratum eſt & firmum:& excõmunicat̃ in illo c. cùm eſſes, qui venit cõtra tale teſtamentum. Nota, quòd dictũ vnius teſtis cum alijs adminiculis facit fidẽ. vt ext. de ſuc. ab inteſt. cũ dilectus. Item nota famam plus valere quàm teſtimonium vnius. vt extra de con ſang. & aff. c. ſuper eo. ibi enim prohibetur matrimonium contrahi propter famam, nõ propter teſtimonium vnius. & extra de ſpon.c.præterea. Item nota, quòd licet plures teſtes quàm duo in aliquibus cauſis exigantur, vt ſuprà dictum eſt in c.Præſul: nulla tamẽ cauſſa eſt, quæ vnius teſtimonio quãuis legitimo valeat terminari. vt ext.de teſti.c.licet, in fi.vbi dicit̃.licet plures ſint cauſę, quæ plures quàm duo exigũt teſtes, nulla tamẽ cauſa eſt, quæ vnius teſtimonio valeat terminari, quamuis legitimo.

Notabilia quedã

Duo caſus, in quibus vnius teſtimonio creditur.

gitimo. Excipiuntur duo caſus, in quib. creditur teſtimonio vnius. Primus eſt in baptiſmo. vt de cõſecra. diſt. 4. c. placuit. & c. ſequenti. Secundus in conſecratione Eccleſię. Et nota, quòd hęc vera ſunt cùm quæſtio mouetur in forma iudicij. Similiter extra iudicium vnius tantùm teſtimonio creditur. vt 86. di. c. tanta. vbi dicitur. Quòd quidam Epiſcopus antequam miſſam celebraret deſtruxit meſſem cuiuſdam & exarauit. poſteà celebrauit miſſam. poſt miſſam eradicauit eius poſſeſsionis terminos. cùm ille qui paſſus fuit damnùm, ad Papam deferret clamorem, Dominus Papa ſcripſit ſuper ijs omnibus cuidam Abbati, vt grauiter corriperet Epiſcopũ, qui ſignificauit Papæ ita eſſe. Vnde grauiter puniuiſſet, ſed ſimplicitati & ſenectuti eius pepercit. Ad idem 8. q. 3. c. talia. Et nota, quòd in omni cauſſa, etſi non rogetur teſtis, eius valet teſtimonium. vt 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. ad fidem. vbi dicitur. ad fidem rei geſtæ faciẽdam,

Teſtimoniũ teſtis non rogati valet exceptis duob. caſibus.

etiam

etiam non rogatus teſtis intelligitur. niſi in teſtamentis: quoniam in illis non valent teſtes, niſi rogati. vt ff. de teſta. l. hæredes palam. §. in teſtamentis. vbi dicitur, In teſtamentis, in quibus rogati teſtes* eſſe debent, vt teſtamentum fiat: alterius rei cauſa forte rogatos, ad *teſtimonium idoneos eſſe non placet. quod ſic accipiendũ eſt, vt licet ad aliã rem ſint rogati vel collecti: ſi tamen ante* teſtamẽtum certiorentur ad* teſtimonium ſe eſſe adhibitos, poſſe rectè ſuum teſtimonium eos perhibere. Ad idem C. de teſtamentis l. hac conſultiſſ. §. 1. & Auth. rogati. C. de teſtibus. In confeſsione ſoluti debiti, in ſcriptis redacti, non valet teſtis, niſi vocetur ad hoc. vt 3. q. 9. c. teſtes. §. ſi debitum ſit ſcriptum, & probatio ſolutionis à litigatoribus per teſtes ſine ſcriptura proferatur: tunc ſuſceptibilem apud iudicem probationem eam eſſe volumus, dum ad hoc ipſum teſtes aſſumantur, vt perhibeant teſtimonium pro facienda ſolu-

*tex. adeſſe

*tex. teſtandum

*text. teſtimoniũ

*tex. teſtamentũ

tione, aut pro memoria facta ali- cui iam factæ ſolutionis, & pro confeſsione eius, qui accepit pecuniam. Hæc autem teſtimonia inania ex tranſitu perhibita, aut ab eo, qui propter aliquod aliud opus veniens, audiuit aliquo dicente, ſe accepiſſe ab aliquo aurum, aut debere alicui: nulla ratione cenſemus valere. Item alij addunt vnum caſum, ſcilicet, in diuortio, per legē illam ff. de diuor. nullam. ſed mihi non placet, vnde non ſubſcribo legem.

Titul. VIII.

QVANDO ET QVOMODO INTRODVcendi ſint teſtes.

Regulariter poſt litem cōteſtatam producuntur.

QVando & quomodo introducendi ſint teſtes videamus. Et generaliter quidem obtinet tam de iure communi, quàm de cōſuetudine approbata, vt poſt lit. conteſt. ꝓducantur duntaxat: & ſi antequam lis conteſtetur recepti fuerint, non valent. vt extra

vt

vt lit. non conteſt. c. Ad hoc deus, & c. accedens, & c. quoniam frequenter. vbi dicitur. quod regulariter eſt verum quod lit. non conteſt. non proceditur ad diffinitiuam ſentētiam, vel ad teſtium receptionem. Excipiuntur tamen quidam caſus, in quibus recipiuntur lit. nō conteſt. & valent. alios etiam inuenies notatos à Domino Azone infrà tit. de defini. ſententia. Primus caſus eſt, quādo timetur de morte ipſorum teſtium, quia ſunt infirmi, vel ſenes. Secundus, ſi timetur de abſentia diuturna eorū, quia fortè debēt peregrinari. Tertius eſt, ſi de electione alicuius cognoſcatū confirmanda vel caſſanda. Quartus eſt, ſi agatur de matrimonio carnali, & is qui conueniēdus eſt, malitioſè ſe abſentet, quia cōtumax eſt. Hos quatuor caſus inuenies ext. vt lit. nō cont. c. Quoniam frequēter. Quintus caſus eſt in eadē decret. contentus. ſi agatur in modū inquiſitionis de crimine alicuius. Sextus eſt, cùm publicantū teſtes ad memoriā præterito-

In quibus caſibus ante litis conteſt. teſtes recipiātur.

Ad perpetuam rei memoriam.

teritorum conſeruandam. vt extra de teſtib.c.ſignificauit.vbi ponitur talis caſus. Quidam Presbyter quæſiuit à Papa, vtrum audiri poſſent teſtes,qui audierũt, quòd quidam fundauerant quãdã Eccleſiam, & nihil iuris in ea ſibi reſeruauerunt: & hoc antequàm lis moueretur de Eccleſia: quia forte timebat de ſucceſſoribus. & reſpondetur quòd ſic. Similem caſum habes extra de teſta.c.Albericus. Septimus caſus eſt coram iudice appellationis, quia ibi poſſunt induci teſtes coram eo lite non conteſt.vt C.de præſcrip.30.an.l.cùm notiſsimi.§. vlt. C. de temporibus app.l.vlt.§. illud etiam.& extra de Procũr.c.in noſtra, verſus finem.Et etiam altera parte abſente proceditur in cauſa appellationis. vt extra de in integr.reſtitut.c.ex literis,vltra medium.& 2.q.6.c.ei quæ appellat.§. appellatore.& C. de temporib. app.l. vlt. §.pen.Et iſtud hodie dicit expreſsè decret.no.extra de app.c. interpoſita.§. Sanè quòd ſi aliquis fuerit

Coram iud. appel lationis producuntur teſtes lite nõ conteſtata.

rit paratus ꝓbare grauamen, propter quod appellauit, & aduerſarius contumaciter ſe abſentet: lit. non conteſt. poteſt procedi. Ratio decret. eſt: quia cùm principaliter iniquitas prioris iudicis arguatur: non eſt rigor iuris, ex quo poſſet ſequi cauſæ perplexitas, requirendus. Item octauus caſus eſt, quando reus actore abſente per contumaciam petit producere teſtes, lit. non conteſt. vt C. quomodo & quan. iud. auten. qui ſemel. Suprà eſt titul. de citat. & extra de dolo & contu. c. cauſſam. vbi dicitur. Cæterùm ſi aduerſarius tuus legitimè citatus non comparuerit, vel iudici obedire noluerit, aut ſi malitioſè à patria ſe abſentauerit: Procurator eius ſi quem habet, ad iudicium vocetur. Si autem nõ habet Procuratorem, ad domum eius mittantur denunciationes, & cauſa, auditis teſtibus alterius partis, terminetur. Ad idem facit C: de anna. excep. l. vt perfectius. & 16. q. 4. c. placuit. 2. §. hæc de præſcript. decennij: verſic. fin. vbi dicitur.

Si abſens ſit per contumaciam.

citur. Is autem cuius res præſcribitur, ſi litem non poteſt conteſtari, vel propter aduerſarij abſentiam, vel infantiam, vel furoris laborem, cùm neminem tutorem, vel curatorem habeat, vel quia in magna poteſtate cõſtitutus eſt: intra conſtituta tempora Præſidem adeat, libellum ei porrigat, & hoc in quærimoniã deducat: & ſic temporis interruptioné faciat. Si autem Præſidem adire non poterit, ſaltem ad Epiſcopum loci, vel defenſoré ciuitatis eat, & ſuam manifeſtare in ſcriptis voluntatem deproperet. Quòd ſi Præſes, vel Epiſcopus, vel defenſor abfuerit, liceat ei publicè ꝓponere vbi domicilium habeat poſſeſſor: ſeu cum tabulariorum ſubſcriptione, vel ſi ciuitas tabularios non habeat cum trium teſtium ſubſcriptione. Et hoc ſufficiat ad omné temporalem interruptionem ſiue triennij ſiue longi temporis, ſiue 30. annorum, ſiue 40. Et ad hoc hodie facit decretal. no. &. de appell. c. Si iuſtus metus. vbi dicitur.

quòd

quòd ſi aliquis propter metũ iuſtum appellare nõ poteſt, appellaſſe reputatͤ : dummodo hoc fuerit ꝓteſtatus coram iudice, à quo appellauerit: vel ſi ipſius copiam habere nequiuit, *corã publicis perſonis cauſam appellationis duxerit exprimẽdam. [a]Itẽ nonus caſus eſt, cùm actor nõ poteſt agere ꝓpter iuramentũ interpoſitum prędens, quod eum impedit. vt extra de iureiurando. c. ad noſtram, vbi dicitur. duo acceperunt pecuniam à quodã ſub vſuris, iurantes vſurario, quòd nec per ſe, nec per alios vſuras repeterẽt, nec apud ſecularem iudicem, vel eccleſiaſticum querimoniam deferrẽt. moriente vſurario, dum teſtamentum cõderet, præcepit hæredibus ſuis: vt omnib. qui poſſent ꝓbare ſe dediſſe ei vſuras, eis omnino reſtituerentur. Et cùm prædicti duo viri eas propter iuramentum non auderent repetere, nec hæredes eis in aliquo vellẽt ſatisfacere de vſuris: Conſultus fuit Papa ſuper hoc, & dicit, quòd pœna excommuni-

*Edit. vulg. habet, In præſentia bonorum virorum

a Cũ actor nõ poteſt agere ob præcedens iuramentum interpoſitũ.

cationis publicè proponatur, vt qui ſuper hoc nouerint veritatē, procedant ad teſtimonium proferendum, & ſi per teſtes, vel per alia documenta ita eſſe conſtiterit, hæredes vſuras reddere compellantur. Decimus caſus eſt. vbicunque quid officio iudicis expeditur. vt C. ſi minor ſe ab hæred. ſe abſti. Autent. ibi poſita C. fin. regun. l. 3. vbi dicitur. ſi quis ſuper iuris ſui locis prior de finibus detulerit quærimoniam, quæ cum proprietatis controuerſia cohæreat: priùs ſuper poſſeſsione quæſtio finiatur, & tunc agrimenſor ire præcipiatur ad loca: vt patefacta veritate, huiuſmodi litigium terminetur. quòd ſi altera pars, ne huiuſmodi quæſtio terminetur, ſe ſubtraxerit: nihilominus agrimenſor in ipſis locis iuſsione rectoris prouinciæ, vnà cum obſeruante parte, hoc ipſum faciēs perueniet. & extra de ſpon. & matri. c. Præterea, 2. loco. vbi dicitur. de muliere quæ à viro petitur, cuius conſanguineus cū ea ſe deliquiſſe pro-

Vbi officio iudicis expeditur.

proponit, ſed hoc publicè confiteri recuſat, propter potentiam & metum parentũ mulieris: reſpondet Papa, vt matrimonium ipſum fieri (niſi iuramentum interueniſſet) diſtrictè prohibeas, ne deteriùs inde contingat. Item vndecimus caſus eſt, ſcilicet, cùm cauſſa ſpiritualis tractatur poſt mortem alicuius. vt 24. q. 2. c. ſanè profertur. vbi dicitur. multi Epiſcopi cõgregati quędã de diuerſis cauſis ad eccleſiaſticum forum pertinentibus diſpoſuerunt, ſtatuentes de ipſis defunctis, qui facultates ſuas hæreticis relinquunt: vt ſic etiam poſt mortem vinculo excommunicatiõis ſubijciantur. Item duodecimus caſus eſt, vbicunq; oſtenditur publicum commodum, vt in malo officiali. vt 3. q. 2. c. quia ea. vbi dicitur. quia ea quę de fraudibus Maximiliani flebiliter ad aures noſtras ſupplici relatiõe venerunt, non facilè agnoſci ſecundum veritatem potuerunt: niſi facultates Eccleſię, quas in vſus ſuos male conuertendo diſperſit, ab

Cũ poſt mortẽ alicuius cauſa ſpiritualis excutitur.

Vbicunq; oſtenditur publicum commodum.

eius poteſtate donec de cauſa co-gnoſcatur, ſeponantur: Idcirco nos eum ſupradictæ Eccleſiæ patrocinio volumus interim ſubmouere, & in ipſius diſcuſsionis tempora, veſtro moderamine detineri. Et eſt argumentum quòd quādo aliquis excommunicatur, ſtatim debet auferri ei res eccleſiaſtica. Sed contra 16. q. 4. c. Volumus. vbi dicitur. quod pendente cauſa poſſeſſor non debet amoueri à poſſeſsione. Ad idem 11. q. 1. c. vltimo. vbi ponit̄ talis caſus. Reus poſsidebat rem litigioſam. quæſitum eſt à Gelaſio, vtrum actor poſſit exigere penſiones lite pēdente. Reſpondit Gelaſius, quòd nō ante legitimę cognitionis euētum, ſed res apud reum debeat permanere, donec appareat, cui res potiùs per ſentētiam debeatur. Contra 2. q. 6. c. quoties. vbi ponit̄ talis caſus. Poſſeſſor rei immobilis ad reſtitutionē condemnatus, appellauit. pręcipit̄ vt cauſa durante, illius rei immobilis fructus ſequeſtrentur. Idem erit de penſione do-

Quæſtio.

domus,& mancipiorum mercede, vel naulo nauis. Si verò petitor appellet, hoc locum non habet. Solutio. hoc tenet, vbi agitur de fructibus, & de ſuſpecto tutore. Et hoc idem dicunt iura noua de Prælato Eccleſiæ,qui ſuſpectus eſt de dilapidatione: quia pendente quæſtione, debet ei interdici poteſtas vendendi,donandi, alienandi, vel quolibet alio modo, donec plenariè de cauſa cognoſcatur.vt ext.de accuſ.c.Prælatorum. Ad idem extra de off. iud. deleg. c. venerabili. Tertiusdecimus caſus eſt ſecundũ quoſdam. vbi agitur de ſtatu & libertate Eccleſiæ.vt extra de teſti. Cùm olim.vbi dicit de quodam Archiepiſcopo,qui litigabat cum quodam Archidiacono ſuper ſtatu Eccleſiæ ſuæ. quòd ſi Archiepiſcopus legitimè citatus ad locum tutum cõparere noluerit,per ſe vel per alium Procuratorem idoneũ:nihilominus ſenes & valetudinarij teſtes,quos archidiaconus pro ſe induxerit, audiantur,& eorũ depoſitiones ad ſedem Apoſt.

Et ita contrarietas in prædictis apparet.

Vbi de libertate Eccleſiæ agitur.

Apoſt. deferantur, præfixo termino partibus peremptorio competenti, intra quem per ſe, vel per reſponſales idoneos apoſtolicæ ſedis cõſpectui ſe repræſentẽt, *ſententiam recepturæ. Aut ſi Archiepiſcopus comparuerit, recipiãtur eius teſtes in Anglia, & teſtes archidiaconi in Vualia. Et ita lite non conteſt. proceditur ad ſententiã diffinitiuam. Attamen poſterius hoc poterit intelligi de ſententia interlocutoria. Producendi ſunt teſtes de prouincia in Italiam, & è contra: & de ciuitate in ciuitatem, ſi iudex viderit expedire. poteſt tamen ſi velit & expediat, vocare ad ſe teſtes: vel deſtinare literas ſuas ad iudices illius loci, ſub quibus degunt: vt recipiant illos ſecundum formam iuris, & dicta eorum in ſcriptis redacta, & nulli partium prodita ſub ſigillo ſuo mittant incluſa ei, qui iudicaturus eſt. Et hæc locum habẽt in cauſis pecuniarijs. Et quòd iudices debent remittere atteſtationes ſub ſigillis ſuis fideliter ad iudi-

*aliàs, iuſtitiam

Modus in producendis teſtibus.

Commiſſarii iudices.

iudicem, dicit decret. noua extra de teſti. c. cùm clamor. Sed in criminalibus cauſis cogendi ſunt teſtes præciſè venire ad iudicem, qui de cauſa cognoſcere debet. vt 16.q.7.c.de ijs verò.in fine. vbi dicitur. quòd cõfitentes debent eſſe præſentes coram Presbytero: vt Presbyter gemitus eorum audiat, & cæteras circumſtantias. Similiter poteſt dici de teſtibus, vt iudex meliùs ſcire poſsit, quanta fides teſtibus adhibenda ſit. vt ff. de teſtibus l.3.§. idem diuus Had. & in auth. de teſti. §. quoniam verò. & meliùs C. de fide inſtru. l. iudices ſiue in hac inclyta vrbe, ſiue in prouincijs, ſecundum ea quæ diſpoſuimus, poſſunt (ſi hoc proſpexerint) occaſione teſtium in alijs locit degentium, litigantes vel procuratores eorum qui litigant, deſtinare, vt ibi depoſitionibus ſub vtriuſque partis præſentia factis, res ad eos referatur. Etiam hoc in illis ſeruare volumus, qui prolatis inſtrumentis fidem adhibere exiguntur, vt ſi popoſcerint, in alijs locis

In criminalib. teſtes ab ipſo iudice & non alio examinandi.

Inſtrumentorũ editio alteri poteſt delegari.

locis idem facere permittãtur. Et ſi hoc iuſtè iudex peti inuenerit, ſimilis ꝓferatur ſententia vt poſtquàm in locis opportunis fides inſtrumento data, vel minus data fuerit, referatur negotium ad priorem iudicẽ. Vel iudex poteſt mittere ad teſtes notarium ſuum, vt eos recipiat, ſi viderit expedire. puta: quia teſtis eſt infirmus, vel pauper, ita quod venire nõ poteſt. vt ext. de teſti. c. Si qui teſtium valetudinarij ſunt, & ſeniores, vel debilitate affecti, vel paupertate oppreſsi, vt eos nõ poſsit ad tuam præſentiam adducere: ad ipſos recipiẽdos, perſonas idoneas & diſcretas mittas. Itẽ ad egregias perſonas poteſt mitti nuncius. vt ff. de iureiu. l. ad perſonas egregias, & eos qui valetudine impediunt domũ mitti oportet iuſiurandũ. Item ad eũ qui in honeſta militia eſt. vt C. de off. diuerſ. iud. l. nemo iudex. vel q̃a eſt Epiſcopus, vel in alia dignitate cõſtitutus. vt 11. q. 1. c. teſtimonium. §. nec honore, nec legibus Epiſcopus ad teſtimonium

Notarius mitti poteſt.

Ad egregias perſonas nuntii mittuntur.

nium flagitetur. Item cùm teſtes repræſentantur iudici, etiam ſumptibus illius introducēdi ſunt, qui eos inducit. vt 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. venturis ad iudicium, aut per accuſatorem, aut ab ijs à quibus fuerant poſtulati, ſumptus competentes miniſtrentur, etiamſi in pecuniaria cauſſa ab alterutra parte teſtes ſunt producendi. Item recipiendi ſunt vtraque parte præſente: non vt audiant teſtimonia, ſed potiùs teſtium iuramenta. vt C. de teſtib. l. Si quando. nam aliter non poſſunt introduci, niſi perſona contra quam producuntur ſit abſens per contumaciam: quia tunc valet. vt ext. de teſti. c. in nomine domini. vbi dicitur. quidam Epiſcopus accuſatus fuit. contra eum fuerunt teſtes eo abſente recepti. Epiſcopus conquerebatur domino Papæ. dicitur ibi. quòd vocari debet vtraque pars, & moneri à iudice, vt veniat ad iudicem audire teſtes. Aliter non valent, niſi pars contra quā introducuntur, ſit abſens per cōtumaciam:

Teſtes ſumptibus producentis inducuntur.

Vtraq; parte præſente recipiūtur.

ciam:& tunc audiantur, niſi cauſſa ineuitabilis eum excuſet:& perinde eſt, ac ſi præſens eſſet. Ad idem 2.q.1. c. inprimis. Et nota, quòd ſecundum leges etiam inuiti coguntuur ferre teſtimonium. & de hoc facit decret. mentionem extra de teſti. cogen. c. ſuper eo. in fin. Tamen excipiuntur quidam ratione ſenectutis, valetudinis, & inimicitiæ: abſentes cauſſa Reipub. & qui fungunť publicis officijs. Quidam autem ratione conſanguinitatis, & affinitatis: alij ratione affectionis. vt liberti contra patronum, & è contra. de quibus habes 4.q.3.c. ſi teſtes.§.leg.Iulia, & hoc ſecundum leges. Sed ſecundum canones regulare eſt, quòd monendi ſunt ab initio, non cogendi. vt extra de teſti.cogen. c.1. cauſſam. Et hoc quidem verum eſt tantùm, quando per illos poteſt de veritate liquere, tunc enim cogendi ſunt. vt extra de teſti. c. ſuper eo. & c. peruenit. vbi dicitur. quòd ſi opus fuerit per cenſuram eccleſ. compellantur; Coguntur

Et inuiti producuntur iure ciuili: ſed ſecundũ Canones primùm monendi ſunt.

tur etiam, ſi iudici conſtet, quod amore, vel odio, vel gratia, vel timore ſe ſubtrahant. vt extra de teſti. c. cauſam. & c. ſuper eo. Tacere enim veritatē in præiudicium alterius mortale peccatum eſt. vt extra de crimi. falſi c. I. & II. q. 3. c. quiſquis metu cuiuslibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat: quia magis timet hominem, quàm Deum. Et poſt pauca. Vterq; reus eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia ille prodeſſe non vult, & ille nocere deſiderat. vnde ratione peccati poteſt compelli ab Eccleſia. vt extra de iudicijs c. nouit. Et dicit hodie decret. noua. de teſtib. cogen. c. dilectorum. quòd compellendi ſint teſtes in ciuili cauſa ferre teſtimonium, non in criminali. Item nota, quòd tribus ꝓductionibus omnes teſtes ſunt producendi, & quælibet productio habebit vnū vel plures dies, ad arbitrium iudicis. Item quarta non conceditur, niſi is qui petit quartam productionē iuret, quod

Tacere veritatem in alterius præiudicium peccatum mortale eſt.

Tres productiones regul. conceduntur.

Quarta productio nō admittitur, niſi iuretur.

nec perſcrutati ſint ea, neque ſubtraxerint: nec per aliquem dolum vel aliquam malitiam, quartam productionem petat. vt in auten. de teſti. §. quia verò. Suprà eſt tit. de dilat. & extra de teſti. c. in cauſis, extra eo. tit. c. Significauerunt. Et hoc melius facit decretal. no. de teſti. c. vltra tertiam.

Titul. IX.

DE IVRAMENTO ET EXAMINAtione teſtium.

Forma iuramẽti. TAle iuramentum debent pręſtare teſtes generaliter, quod ipſi dicent iudici veritatem: vel alij cui commiſerit inquirẽdum, de quæſtione, ſuper qua inducuntur, vſque ad finem litis, quoties interrogabuntur: & nullam falſitatem interponent, ſed pro vtraq; parte veritatem dicent. Et quòd nec pretio, nec amicitia, nec pro priuato cõmodo, ſeu odio quod inde habuerint, vel habẽt, vel habituri ſint, ad teſtimonium dandum

dum accedant. Et hæc forma per hæc iura probatur. extra de teſtib. c. quoties, circa medium. vbi dicitur. quòd teſtes iurare debent ſe nõ priuato odio, vel amicitia, nec pro aliquo commodo, quod inde habuerunt, vel habent, vel habituri ſint ad iurandum inductos. Ad idem 3. q. 9. c. hortamur. & 2. q. 5. c. in illo. & c. nullam, ibidem. & 14. q. 5. c. non ſanè. Ad idem decret. no. de teſtibus c. nuper. vbi dicitur. nuper nobis à Presbytero ſupplicante innotuit, vt cùm nec ipſe ordinem fratrum minorum, niſi cauſſa probationis intraſſet: cuſtos ad probandum quod idem Presbyter profeſsionem feciſſet, quoſdã ordinis ſui teſtes induxit, qui depoſuerunt ſuper hoc cõtradicente Presbytero, non iurati. & infrà: Reſpondemus, ꝙ nullius teſtimonio quantumcunq; religioſus exiſtat (niſi iuratus depoſuerit) in alterius præiudicium debet credi. Quidam etiã dicunt, quod teſtes qui inducunt ad ꝓbandam conſanguinitatẽ, hoc addere de-

bent iuramento, quòd hoc audierunt à ſuis maioribus ſicut teſtificantur, & ita eſſe credunt. vt in illa decret. quoties, in fin. Et hoc expreſsè dicit decret. extra de teſti. c. licet. vbi dicitur. quod de cætero non audiantur teſtes de auditu in matrimonio ſuper gradibus conſanguinitatis, niſi graues perſonæ, & quę ante litem motam teſtificata didicerint ab antiquioribus ſuis, non ab vno, ſed à pluribus (cùm vni nō crederetur) nec à ſuſpectis vel infamibus, ſed à fide dignis, & omni exceptione maioribus: cùm illi non debeant admitti, quorum repellerentur auctores. Moderni autem iudices hoc addunt ad cautelam. quod ita dicant veritatē, ſicut ſciunt, & quod ſciunt per viſum, dicant de viſu: & quod per auditum, de auditu. nec dicant de credulitate, ſed quod ſciunt pro certo, vel è contra. & quòd non manifeſtabunt dicta ſua, donec publicentur. Et licet per iura non probetur, tamen videtur ſatis bona cautela eſſe, vt extra

Cautela modernorum iudicum.

tra

tra de teſti.c.cùm cauſam.Item recepto prædicto iuramento à teſtibus,corã partibus:iudex cum vno ſolo teſte ab alijs ſeparato recedat in aliquem locum, quod nullus eos audiat, & ſingula dicta teſtis redigat in ſcriptis per ordinẽ, vel redigi faciat per manum tabularij publici, vel alterius ſapientis ad hoc ſpecialiter deputati. vt C. de teſti.l.nullum.vbi dicitur.nullum penitùs, cùm*ſemel ad iudicem quemlibet licet nõ ſuum, dicendi gratia teſtimoniũ fuerit ingreſſus: armatam fortè militiam, vel quamlibet aliam fori except. ad euadendum iudicis motum, quem vel teſtimonij verborũ improbitas, vel rei qualitas flagitauerit, poſſe prætendere præcipimus: ſed omnes qui in ciuili cauſa ſuum præbent teſtimoniũ, ſeparato & interim tanquam ante iudicem depoſito exceptionis fori priuilegio, huiuſmodi præſidio denudatos, ita iudicantis intrare ſecretum(tribunal)vt in quocunque aures eius offenderint, non

Practica examinationis, vt ſeparatim interrogentur.

**quia cum iudice quaſi contraxiſſe intelligitur qui ſemel eius ſe auctoritati permiſit. D. de pecul. l.2. & de nouat.l.aliam.*

dubitent ſibimet formidandum: danda cunctis iudicibus abſque præſcriptionis obſtaculo (ſicut ſuprà dictum eſt) in teſtes quorum falſitate vel fraude voces non carere perſpexerint, pro qualitate delicti animaduertendi licentia. Idē approbatur in epiſtola Suſannę de duobus ſenibus, quos Daniel audiuit & examinauit ſucceſsiuè, & vnum ab altero ſeparatū, ita quòd vnus nō audiuit dictum alterius. Item interrogare debet iudex teſtem diligenter de omnibus quæ faciunt ad cauſam, per quæ poſsit melius elicere veritatem, & de ſingulis circumſtantijs prudenter inquirere, ſcilicet, de perſonis, de loco, de tempore, viſu, & auditu, ſcientia & credulitate, fama, & certitudine. Et hæc omnia in ſcriptis redigi faciat. vt extra de teſti. cùm cauſam. vbi eadem verba ponuntur. & hoc ideo facit iudex, vt ſciatur quanta fides ſit teſtibus adhibenda, quoniam quandoque ſunt diuerſitates teſtium fidei derogantes complures, quæ in ſubiectis

Probat exēplo Danielis Prophetæ.

Omnia ad cauſam pertinentia, omneſq; circunſtantiæ diligenter exquirendæ,

ctis verſibus comprehenduntur:

Res eadem, tempusq́ᵹ, locus, perſona, gradusq́ᵹ,
Hæc ſibi debebunt concordes reddere teſtes.

Diuerſitas rerum eſt, cùm vna perſona dicit de vna re, vel cõtractu, & alia perſona de alia re, vel alio contractu. tunc nihil ꝓbatur: eò, quòd non conuenerint in re vel in contractu. Et quòd hæc & ſimilia ſint exprimenda, probatur 2. q. vlti. c. libellorum. extra de libel. obla. c. ſignificantibus. ff. de rei vend. ſi in rem. Suprà eſt titul. de formatiõe libelli. Diuerſitas perſonæ eſt, cùm vnus dicit computando conſanguinitatem. Martinus genuit Titium: & alius teſtis dicit, Seius genuit Titium, tunc non valent teſtes. vt extra de teſti. c. Series. vbi dicitur. quòd quidam teſtes computabant quoſdam in vno gradu eſſe conſanguineos, & alij in alio, & quia diuerſimodè computabant principium originis, ideo non valent. Item diuerſitas graduum, cùm vnus dicit in ſeptimo

Quinq; ſunt diuerſitates in dictis teſtium obſeruãdæ.

Diuerſitas graduum.

ptimo gradu, & alius dicit in quinto. vt 23. q. 6. c. de parẽtela. vbi dicitur. de parentela illa, vnde nos conſulere voluiſti, pro qua etiam ad noſtram audientiam eſt appellatum, aliorũ fratrum ſcripta ſuſcepimus, qui vtique cauſam ipſam diuerſimodè narrabant. Et primò quidem tam in gradibus, quàm in nominibus perſonarum *diuerſimodè, poſtmodùm verò in alterum eorum cõputatores eius parentelæ dicùntur conueniſſe. Cæterùm in huiuſmodi caſibus ſummoperè conſideranda eſt qualitas perſonarum, quæ aliquid contra quoslibet aſtruere velint: quia etiam tunc iuſiurandum præſtare debent, quòd nec gratia, nec pretio, vel amore, vel odio alicuius hoc dicunt contra eos, de quibus agitur: ſed potiùs credunt eſſe verum, & ita à ſuis maioribus audiuiſſe. In quibus omnibus non debet aliqua varietas, vel contrarietas inueniri. vt 35. q. 6. c. de parentela. vbi dicitur. de parentela illa, quã dicunt eſſe inter. R. & V. coniugem

*editus textus habet, diſcordaſſe.

iugem eius, iurabis quòd quæcunque ſcis, & audiuiſti à tuis vicinis, aut ꝓpinquis, aut antiquioribus, per nullum ingenium, nec propter timorem, amorem, aut odium, aut præmium, aut conſanguinitatẽ celabis Epiſcopo tuo, vel eius miſſo, aut illi cui Epiſcopus hoc inquirere iuſsit, quandocunque te hoc interrogauerit. ſic te Deus adiuuet, & iſtorum ſanctorum reliquiæ. Locorum diuerſitas derogat teſtibus. vt in Daniele. & 3. q. 9. c. nihilominus. vbi dicitur. puniẽdi ſunt, qui ad calumniam aliquid teſtificãtur, nec eorum voces tanquam plurium admittuntur, quos *locorum diuerſitas ſimul eſſe prohibuit. Temporum quoque diuerſitas derogat teſtibus. vt in dicta decret. & extra de teſtibus ex tenore. Suprà eſt tit. de proba. §. 1. ad fin. Et hæc eſt potiſsima ratio in ſupradictis quinque caſibus, quia ex quo diuerſi reperiuntur in ſuo dicto, nõ eſt eis credendũ, quia ſinguli ſunt in ſuis teſtimonijs ſingulares: vn-

Locorum diuerſitas.

**aliàs, temporum*

Temporum.

de dictis eorum fides non adhibetur. vt extra de elec. c. bonæ memoriæ. verſ. fin. vbi dicitur. quòd vbi exceſſus notorius ſit, non indiget examinatione: & pro eis quæ à iudice ſunt acta præſumitur, quòd omnia ritè ſint celebrata. Et vbi quilibet de ſe aſſerit ſolummodo, licet plures ſint, non eis credendum eſt, cùm quilibet in ſuo teſtimonio ſit ſingularis. vt ext. de probat. c. licet cauſa. Veruntamen dicit Azo in ſumma ſua. quòd teſtis non eſt interrogandus de tempore, niſi iudici ſit ſuſpectus: quia tunc iudex ſtudere debet, vt eum in verbis capere poſsit: quærendo ſi tempus erat clarum, vel nebuloſum. Qualiter fuit indutus is, de quo loquitur. Quid habebat in capite. Quis conſul erat tunc temporis, in quo anno, vel menſe, vel die, aut tempore. Argumentum contra, quòd non debet interrogari de tempore, eſt 2. q. vlti. c. libellorum ſuprà eſt de libel. accuſa. Ad idem ff. ad Senatusconſult. Silania.

Quòd circumſtantiæ non ſint nimis curioſè inquirendæ.

nia. l. Prius. Ego credo interrogandum eſſe teſtem de anno, de menſe, & de die celebrati contractus. Sed non, vtrum tempus erat ſerenum, vel nebuloſum. Sed ſi teſtis ſe non recordari de tempore dicit, propter hoc non minus credo ei. Sed ſi vnus teſtis dicit hoc factum eſſe tali tempore, alius verò dicat contrarium, tunc eis non credo. vt ſuprà dictum eſt. Teſtis autem debet dicere de ijs quæ nouit, & vidit, & in eius præſentia facta ſunt. vt 3. q. 9. c. teſtes per quamcunque ſcripturam teſtimonium nō proferant, ſed præſentes de ijs quæ nouerunt, & viderunt teſtimonium perferant: nec dicant de alijs cauſsis, vel negotijs teſtimonium, niſi de his, quæ ſub eorum præſentia acta eſſe noſcuntur: quoniam ſi dicant de ijs, quæ* ab alio auditu pceperint, non valēt eorū dictum. Excipiuntur quidam caſus, in quibus valet teſtimoniū de auditu. Primus eſt in computatione parentelæ. 35. q. 6. c. de parētela. ſup. eſt. Secundus caſus

Sentētia auctoris

De quibus dicat teſtis.

**id eſt, tertio alio referēte id cōmiſſum eſſe. Nā ſi audiuiſſe ſe dicat per interiectū parietē, aut mediocre quoddā interualiū, iurgiū, cla-*

morem, eiulatus, ſtrepitus, ictus, et fugã, quæ in rixa vel poſt accideꝛ rint: ratum erit eius teſtimoniũ.

caſus eſt in memoria facti operis: vt D. de probat. l. ſi arbiter, ff. de aqua plu. arc. l. in ſumma. §. antepenult. vbi dicitur. Itẽ Labeo ait, cùm quæritur an memoria extet ex facto opere, non diem & conſulem ad liquidùm requirẽdum: ſed ſufficere ſi quis ſciat factum eſſe, hoc eſt, ſi factum eſſe nõ ambigatur. nec enim neceſſe eſt ſupereſſe qui meminerint: verùm etiam ſi*qui audierint eos, qui memoria retinuerunt. Si verò a teſtes de auditu perceperint veritatem rei ſuper qua teſtificãtur: puta audierunt cõtra aliquem verba contumelioſa, etiam de ijs rectè teſtificantur. vel quia audierunt aliquem confitentẽ talem pecuniam ſibi eſſe ſolutam: vel debitorẽ aliquem confitentem ſe talem pecuniam adhuc debere. de tali auditu rectè teſtimonium ferent. vt 3. q. 9. c. teſtes. §. ſi debitũ. Ad idem C. de teſtib. Auth. Rogati in ſolutione debiti adſint teſtes (vt in teſtamentis) nec fortuitò tranſeuntes. Idem eſt ſi poſt ſolutionẽ rogati

**aliàs, verũ eſſe, qui audierint*

a Quæ immediatè auditu perceperunt.

gati interſint confeſsioni creditoris dicentis ſibi pecuniam eſſe ſolutam. Et talia teſtimonia licet de auditu ſint percepta, dicuntur de viſu: quoniam nomine viſus omnes ſenſus corporales intelligimus: vt dicit Auguſtinus, ſuper locum Ioannis. palpate & videte. & in Exodo dicitur. & videbit, id eſt, audiet voces. Et nota, quòd ſi teſtis interrogatus nō reddit cauſam ſuæ ſcientiæ, hoc eſt qualiter ſciat id quod dicit, eius teſtimonium non valet. vt 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. ſolam atteſtationem prolatā nec alijs adminiculis approbatam, nullius eſſe momenti certum eſt.

Nomine viſus omnes ſenſus intelligimus.

Teſtis debet dicti ſui rationem reddere.

Titul. X.

DE PVBLICATIONIBUS *teſtium.*

PVblicationes teſtium debent fieri vtraque parte præſente, vel altera per cōtumaciam abſente: quoniam cōtumacia loco præſentis facit haberi contumacem. vt extra de teſti. c. In nomine Domini.

mini.& de off. deleg. c.conſuluit.

Ante public. renunciandum eſt teſt.

Sed antequam dicta teſtium publicentur, partes debent renunciare productioni teſtiũ,& petere inductos publicari. eis verò publicatis, fiat copia vtriq; parti, vt ſuper dictis eorũ diſputetur & allegetur. Poſtquàm verò publicatis teſtimonijs contenta eorum partes didicerunt, nulli partium licet ſuper illis articulis teſtes de nouo inducere.vt extra de teſtib.c. intimauit.vbi dicitur de quodã Clerico, qui fecit quoſdam Presbyteros & plures alios iurare, ne aduerſario ſuo ferrent patrocinium,nec in teſtificando, nec conſilio dando,nec alio modo.dicit̃ ibi.quòd ſi teſtimonium eorũ non eſt publicatum, ſeu renunciatũ teſtibus, prædicto iuramento non obſtante, bene poſsint ferre teſtimoniũ, qui iurauerunt nõ ferre: & alij idonei teſtes, ſi neceſſe fuerit, admittantur. Ad idem eo.ti.& eo.c. cauſam. Inducuntur tamẽ aliquando noui vel ijdem teſtes ſuper eodem articulo: vt ſi aliquid probaui in modum

Teſtes ſummariè ſuper exceptione auditi, denuò directè recipi poſſunt.

modum exceptionis pèr teſtes, poſteà poſſum idem quoque directè probare. Ad hoc ext. de teſti. c. Veniens. vbi dicitur. Archidiaconus Claremontenſis ſupplicauit dño Papæ, vt ſentẽtiam pro ipſo latam & in parte executioni mandatam, ſuper Decanatu eiuſdem Eccleſię, in totum faceret executioni mandari. Cùm autẽ duo Abbates Claremontenſis Capituli procuratores, cõtra eum excipiebant, quòd illa ſententia contra iuſtitiam, & poſt legitimam appellationem eſſet lata: ipſe Archidiaconus noluit eos tanquã Procuratores admittere, aſſerens eos excommunicatos, vt patet in originali. Verùm quidam ſubdiaconus, Parẽtimus nomine, contra dictum archidiaconum, in modum exceptionis obiecit, quòd in ſua petitione non erat aliquatenus audiendus: aſſerens ſe ad eundem decanatum canonicè fuiſſe electũ, & quòd ille decanatus ad ſe, & nõ ad Archidiaconũ ptineret. Cùm ſuper ijs eſſet aliquandiu diſputatũ, videlicet, vtrum

Originale decretalium.

vtrum intereſſet ſua, ſe opponere executioni ſententiæ: Interlocutus fuit Dominus Papa. vt Parentinus fundaret intentionem ſuam incontinenti, ſi poſſet: ad quam fundandam teſtes & inſtrumenta produxit: publicatis atteſtationibus, cùm vtrinq; aliquandiu eſſet diſputatum, interlocutus eſt Papa: quòd ſua, Parẽtini ſcilicet intererat ſe opponere Archidiacono memorato. lite ergo inter eos conteſt. tam ſuper electione, quàm ſuper ſententia (quia de hoc agebatur an ſententia præiudicaſſet Parentino qui ſciebat rem tractari) quæſitũ fuit ab Archidiacono, an atteſtationes prius exhibitas, per quas Parentinus probauit ſua intereſſe, vellet in hoc iudicio admittere. Reſpondit quòd vellet: dummodo obijcere poſſet tam in dicta eorũ, quàm in perſonas. quo audito reſpondit Parẽtinus, quòd illis atteſtationibus vti nolebat in hoc iudicio, ſed ſuper eodem negotio alios teſtes vel illos iterum producere volebat. Reſpondit

Archi-

Archidiaconus hoc nõ licere. Interlocutus eſt Dñs Papa, quòd teſtes producendi eſſent ſuper toto negotio quos vellet ꝓducere pars vtraque. Et ita patet quòd ſuper eodem articulo in modum exceptiõis obiecto, & poſteà principaliter intento, publicatis atteſtationibus, poſſunt ijdem vel alij teſtes induci. & ita videtur, quòd ſi defecerit in exceptiõis probatione, adhuc poteſt directè agi & teſtificari in principali, & ideo mandat Papa duobus Abbatibus, vt remota appellatione tam ſuper principali, quàm ſuper incidenti, eandem cauſſam canonicè decidant. Mandat etiam vt canonicos eiuſdem Eccleſiæ ad cautelam abſoluant, vt vocati ad teſtimonium poſsint pro vtraque parte teſtificari. Item inducuntur teſtes ſuper veteri articulo, ſi velint probare de alio tempore, vel loco. extra de teſti. c. ex tenore. Item ſi contra alias perſonas agatur de eodẽ negotio. ext. de teſti. c. Conſtitutus. vbi dicitur. Quòd quidam pete-

Noui teſtes quando poſt publicationem recipiantur.

bat ad fidem plenioré faciendam, quaſdam atteſtatiões aperiri. pars aduerſa reſpondebat, hoc fieri nõ debere, cùm in eadem cauſſa non fuiſſent inducti, ſed in alia. Dominus Papa voluit eos admitti. Item inducuntur teſtes ſuper veteri articulo ſi velint probare per eos de

Si agatur de falſo. falſo. vt extra de probat. c. licet. vbi dicitur. Syndicus Fauentinorum admiſſus eſt ad probandum, quòd teſtes aduerſæ partis falſa dixiſſent. Item inducuntur ſuper veteri articulo in cauſſa matrimo-

In cauſa matrimoniali. niali. vt extra de teſti. c. ſeries. vbi dicitur. quòd quidam Epiſcopus commiſit quãdam cauſſam matrimonialé quibuſdam viris prudentibus. coram quibus pars accuſans matrimoniũ teſtes produxit, aſſerens conſanguinitaté in proximo gradu eſſe inter eos. pars aduerſa dicebat, quòd Berta nõ erat ſoror Ioannis, ſicut teſtes dixerãt. quod ꝓbare volebat tã per teſtes, quàm inſtrumenta. pars aduerſa teſtes nõ recipiendos clamauit. quæſiuit Epiſcopus vtrum recipi deberét,

cùm

cùm non eſſet conſuetudo Eccleſiæ ſuæ, vt poſt receptos teſtes, ſecundum formam canonũ conſanguinitatem cõputantes, alij ex oppoſito admittanť. reſpondit Papa, quòd niſi aliud canonicum obſiſtat, nõ obſtante cõſuetudine tali, vtpote iuri cõtraria admittanť. & ideo admittuntur teſtes, vt ageretur de falſo. Item in cauſa appellationis admittunť teſtes. vt ext. de teſti. c. fraternitatis. & ext. de fide inſtr. c. cùm Ioãnes hæremita. vbi admiſſus fuit Petrus * Viterbienſis ciuis, coram iudice appellationis, ſuper venditione domus, ad ꝓbandum, quòd cõditionalis fuit venditio. & licet hoc capitulũ nouum eſſet, pendebat tamen ex veteri, vt ibi dicitur. Et hoc idem dicit lex, quòd ſuper nouis articulis iudex appellationis cognoſcere non poteſt, niſi dependeant à veteribus. vt C. de tempori. ap. l. per hanc. Idem videtur in crimine, quod ijdem teſtes denuò poſſint interrogari ſuper eodẽ articulo. vt ff. de cuſto. reo. Diuus Adrianus.

In cauſa appellationis.

**aliàs, Beneuentanus*

In crimine.

nus. ff. de quæſti. l. 1. §. vlti. ſi quis vltrò. Item ſi teſtes aliquid obſcurè dixerunt denuò poſſunt à iudice interrogari. vt ff. de Teſtamēt. l. hæres palam. §. Si quid. Non tamē poſt tres menſes. vt extra de teſti. c. per tuas. Item, ſi diminutè & non diſtinctè dixerunt. vt extra de teſti. c. cùm cauſam. Ad idem & meliùs facit decret. noua extra de teſti. c. cùm clamor validus cōtra talem Archiepiſcopum ſuper ſymonia, & alijs criminibus aſcendiſſet Melfiteum & Rubinenſi Epiſcopis dedimus in mandatis, vt ſuper ijs inquirerent diligenter, & infrà. Verùm quia apertis atteſtationibus. I. & G. ſuper ſymonia ita depoſuêre cōfusè, quòd ex dictis eorum non poteſt veritas declarari. Mandamus quatenus examinetis eos iterum, & tam eorum, quàm aliorum, quos receperitis, teſtificata ſub ſigillis veſtris nobis fideliter referatis. Poſſunt tamen ſuper nouis articulis teſtes produci, poſt publicationem teſtium factam ſuper veteribus articulis. vt extra

Si teſtes obſcurè locuti ſint.

Poſt public. producuntur teſtes ſuper nouis articulis.

extra de teſti. c. fraternitatis. vbi quærebatur à Papa, vtrum quando renunciatum eſt productioni teſtium coram priore iudice, & à ſententia lata ab ipſis, appellatum fuerit, in eadem cauſſa poſsint ꝓduci teſtes coram iudice ad quem appellatum eſt, vel per inductos aliquid comprobari? Reſpondit, quòd ſuper nouis articulis poſſunt alij teſtes ꝓduci, & iam producti teſtes poſſunt audiri, receptis ſuper illis articulis more debito iuramentis. Ad idem extra c. cauſam. & extra e. t. ex tenore. Sed hoc locũ habet ſuper nouis duntaxat articulis: vbi teſtes poſt publicationem poſſunt induci tam in priori iudicio, quàm ſecundo per appellationem reuocato, & poſt ſententiam. vt in decret. fraternitatis. & C. de tempo. ap. l. per hanc diuinam aſſertionẽ ſancimus, vt licẽtia quidem pateat in exercendis appellationibus tam appellatori, quàm aduerſæ parti: nouis etiam aſſertionibus vtendi, vel exceptionibus. quæ non ad nouum *L. per hanc. C. de appell.*

capitulum pertinent, ſed ex illis oriuntur, & illis coniunctæ ſunt, quæ apud anteriorem iudicē noſcuntur propoſitæ. Sed & ſi qua dicta quidem allegatio monſtrabitur, vel inſtrumentū aliquod prolatum fuerit: probationes tamen in illo quidem defuerint tempore, verùm apud ſacros cognitores ſine procraſtinatione præberi poterunt: id quoque eos admittere ſancimus, quo exercitatis iam negotijs pleniore ſubueniatur veritatis lumine. Et hoc verum eſt generaliter, niſi renunciatum fuerit teſtibus in tota cauſſa, tam ſuper nouis, quàm ſuper veteribus. quoniam ex tunc nulli poſſunt in cauſa ꝓduci. vt ext. de teſti. c. cauſam. & c. intimauit. & c. cùm veniſſet.

Titul. XI.

DE REPROBATIONE & *fide teſtium.*

TRactauimus ſuprà qui teſtes ſint recipiendi, & qui non. ſed quia interdum non legitimi teſtes

teſtes recipiuntur: videamus qualiter recepti reprobentur. Et ſcien dum eſt quòd ante publicationem teſtium, & póſt, tam in dicta teſtium, quàm in perſonas eorum poteſt obijci: & tam dicta, quàm perſonæ eorũ per legitimos modos reprobari poſſunt, dummodo ante ſententiam fiat. Niſi priùs præfixus fuerit terminus à iudice ad teſtes ab vtraq; parte ꝓducendos, & ad excipiendum tam ſuper principali negotio, quàm ſuper perſonis: vltra quẽ terminum non auditur, qui perſonis obijcere voluerit, vel teſtes etiã producere. vt extra de probat.c.licet. & extra de except.c.denique.vbi dicitur. denique quod in dicta teſtiũ quibus ante iuramentũ, vel depoſitiones teſtium nihil obiectũ fuit poſt atteſtationes publicatas poſsit opponi hoc in Romana curia de longa conſuetudine obtinuiſſe cognoſcas: vt ante iuramentũ, & ante depoſitiones teſtiũ, & poſt in dicta & in pſonas teſtiũ legitima exceptio poſsit opponi. Et ſi crimina

Ante & poſt publicationem teſtimoniorũ in perſonas & dicta teſtiũ excipi poteſt.

Si præfigatur terminus ad producendum omnia.

Si crimen per exceptionem obiicia tur ante ſententiam, probandum erit.

teſtibus opponuntur, de quibus non fuerint hactenus accuſati,ſed tantùm per ſolam exceptionem à quolibet opponuntur: probatio vtique criminum eorum exhibenda eſt,antequam cauſa per ſententiam terminetur,cùm (ſicut canonica inſtituta declarãt)teſtes abſq; vlla infamia,& ſuſpitione, vel manifeſta macula in ferẽdo teſtimonio requirantur. Quòd ſi ſola crimina,de quibus alio tempore con uicti vel cofeſsi fuerint, teſtibus obijciuntur, à teſtimonio repelli poſſunt: ſicut Stephanus Papa & alij Romani Pontifices teſtantur. quia non eſt credendum contra alios eorum confeſsioni,niſi probauerint ſe innocentes. Cæterùm

Conuicti de crimine in modũ except. obiecto, non puniuntur ordinariè.

ſi de criminibus ad ſolã exceptionem obiectis conuicti fuerint vel confeſsi, pœna ordinaria non debent mulctari: cùm accuſatio in ipſos ſecundum iuris ordinẽ non procedat.Sufficit ergo vt à perhibendo teſtimonio repellãtur. Ad idem & melius facit dec.no. extra de teſti.c. teſtimonium eius cui ab

aduer-

aduerſa parte crimen opponitur, meritò reprobatũ in criminali cauſa, ſiue ciuili, ſi in ipſo crimine perſeuerat. Si verò ſit emendatus de crimine, & eum nõ comitetur infamia, non eſt in cauſa ciuili, vel etiam cùm de crimine ciuiliter agitur (præterquam pro reatu periurij) repellẽdus. In criminali autem, ſi in aliquo iudicio inſtituta accuſatione contra ipſum de crimine cõuictus extiterit, vel nunc per exceptionem exinde conuincatur: aut grauata ſit eius opinio, pro eo, quod quandoque fuit tali modo repulſus: quamuis in hoc caſu non excluderetur in cauſſa ciuili, poteſt tamen à teſtimonio (licet pœnitentiã egerit) remoueri. Et quod dicitur in illa decreta. denique, hoc fiat illa diſtinctione ſeruata: vt qui poſt publicationẽ teſtium voluerit perſonas eorum reprobare, ſi ante publicationem fuerit proteſtatus, ſine diſtinctione debet audiri. Aliter non auditur: niſi iuret, quòd ad hoc ex malitia non procedat: vel quòd poſt

Poſt public. teſtiũ obiiciens quæ diſtinctione admittendus.

publicationem teſtium didicerit id, quod eis obijcit. & hoc totum expreſsè legitur ext. de teſt. c. præſentium. vbi dicit. præſentium auctoritate ſtatuimus, vt ſi quis poſt depoſitiones teſtiũ publicatas obijcere voluerit in perſonas teſtiũ, ei tunc demum id liceat, ſi iuramento firmauerit, quòd ad hoc ex malitia nõ procedat: niſi forte ante publicationẽ teſtium hoc fuerit ꝓteſtatus, vel oſtendere poſsit, quod poſt publicationẽ didicerit, quod obiecit. Cæterùm cùm quis perſonas teſtiũ ſe velle poſt publicationẽ atteſtationum repellere, fuerit ꝓteſtatus. Siquidẽ pro ipſo dixerint, de facili nõ creditur, niſi iuramẽto ſuo poſsit ꝓbare ignorantiam ſuam. vt 34. q. 2. c. in lectum mariti. & ex. de ſent. excom. c. Si verò aliquis. Ibi creditur percutienti clericum iuranti ſe ignoraſſe clericum fuiſſe percuſſum. Si autẽ ante publicationẽ didicerit quod vult obijcere, & tacuit, quia non habuit ꝓbationes: in hoc nõ præiudicat ei ſua taciturnitas. vt 2. q. 7.

Proteſtans de excep. contra perſonas teſtium, ſi dicant pro ipſo quid iuris.

q.7.c. & plerique. Et ſic admiſſos poteris reprobare teſtes. ſcilicet ſeruos, infames, criminoſos, falſarios, pecunia corruptos, vel alio modo non legitimos, ſicut narratum eſt ſuprà titul. de teſtib. & qui teſtes eſſe poſſunt, &c. Et quales omnino pro non receptis habentur: & quorum dictis fides eſt adhibenda, habẽs extra de teſti. c. ſuper eo. & c. porrò. & extra de ord. cog. c. cùm dilectus. ext. de teſti. c. ex parte. Reprobantur dicta teſtium, per alios teſtes ante publicationem, & poſt. ſi hoc modo dixerint teſtes: Titium cum Berta contraxiſſe matrimonium in ciuitate Bononienſi Calendis Ianuarij proximis. Si probatum fuerit per teſtes omni exceptione maiores, ipſum illa die fuiſſe in Francia: dictis priorum teſtium fides nõ adhibetur. vt ext. de teſt. c. ex tenore. Suprà eſt tit. de proba. §. 1. in fi; & ext. eo. tit. c. ſeries. & C. de contrah. vel committ. Stipul. l. optimam. & continet̃ in concordantia illa quidam modus ꝓbandi negatiuam

Teſtimonia cõtra teſtimonia elidun tur.

tiuam indirectè. quod eſt notabi-

§. 2. le. Quoniam teſtes qui in iudicijs inducuntur, alij contrarij, alij diuerſi reperiuntur. Et interdum teſtis ſibi ipſi, interdum vnus vni, vel plures pluribus contradicunt, ſeu ab vna parte inducantur, ſeu

Teſtis inconſtans repellitur. ab vtraque. Videamus quibus teſtibus ſit fides adhibẽda, & quanta. Si teſtis ſibi dicit contraria, vel aduerſa, vel varia, verum in alio, falſum in alio: repellitur, & dictũ eius non valet. vt 4.q.3.c. Item in criminali verſ. qui falsò, vel variè teſtimonia dixerint, vel vtrique parti ꝓdiderint, à iudicibus competenter puniantur. Ad idem 3.q. 9.c. pura & ſimplex teſtimonij ſeries intimanda eſt, plerunq; enim teſtis dum ad ſeriem geſtorum aliquid ex ſuo addit, totam teſtimonij fidem partis mendacio decolorat, nil enim quod bonum videtur addendum eſt. Ad idem extra de probat. c. licet cauſam. extra

Si oẽs teſtes cõcordãt, audiũtur omnium teſtimonia. de cauſſa poſſ. & propr. c. cum Eccleſia. Si verò plures teſtes ab vna parte producantur, ſi concordant, & ne-

& negotij qualitas & motus animi iudicis cum ijs concurrunt: ſequenda ſunt omnium dicta, & ſecundum eorum dicta ſententiandum eſt. vt 4.q.3.c. Item in criminali, verſ. ſi teſtes omnes eiuſdem honeſtatis & exiſtimationis ſint, & negotij qualitas, ac iudicis motus cum ijs concurrerint: ſequenda ſunt omnium teſtimonia. Si verò quidá eorum ex ijs aliud dixerint, licet impari numero: credendum eſt, quòd magis naturæ negotij conuenit, quodq́ue inimicitiæ, vel gratiæ ſuſpitione caret, confirmabitq́; iudex motum animi ſui ex argumentis & teſtimo. quæ rei aptiora & veritati proximiora eſſe compererit. Non enim ad multitudinem reſpici oportet, ſed ad ſinceram teſtimoniorum fidem, & ad teſtimonia, quib. potiùs lux veritatis aſsiſtit. Ad idem ff. de teſt. l. ob carmen. §. vlti. Si autem ſibi inuicem contradicant, licet impari numero: credēdum eſt dictis eorum, qui naturæ negotij magis conuenerint, & qui carent ſuſpi-

Quod magis conuenit naturæ negotii ſequendũ eſt.

Pulchra de teſtib. ſententia.

ſuſpitione : confirmabitq́; iudex motum animi ſui ex argumentis & teſtimonijs, quæ cauſæ compererit aptiora,& veritati proximiora. Non enim ad multitudinem teſtium reſpici oportet,ſed ad ſinceram fidem eorum. vt in decret. præcedenti.& extra e.tit.de teſt.c. in noſtra. Quid ſi duo fuerint teſtes ab vna parte producti,& inuicem ſibi contradicant? Reſpondeo,neutri ſtabitur: quia quilibet eſt ſolus in ſuo dicto, & ſinguli ſunt in ſuo teſtimonio ſingulares. vt extra de elect. c. bonæ memoriæ. & c. cum dilectus. circa finem.& extra de teſt. c. licet. extra de probat. c. licet. Et quia dicto vnius non creditur, quantacunq; præfulgeat dignitate. vt C. de teſti. l. iuriſiurandi religione teſtes priuſquàm perhibeant teſtimonium iamdudum arctari [a]præcipimus, & vt [b]honeſtioribus fides potiùs adhibeatͭ teſtibus. Simili modo ſancimus, vt vnius teſtimonium nemo iudicum in quacunque cauſſa facilè patiatur admitti, & nunc

Si duo tãtùm ſint teſtes,& contrarii.

a quia iureiurando magis fides eorum aſtringitur.

b ſiue ex vtraq; parte,ſiue alterutra tantùm producti ſint.

& nunc manifeſtè ſancimus, [c] vt vnius omnino teſtis reſponſio nõ audiatur, etiamſi præclaræ curiæ honore præfulgeat. Cùm ergo ab vtraque parte teſtes producuntur, & concordant: ſequenda ſunt dicta teſtium omnium, vt ſuprà dictum eſt. [d] Si verò contrarij inueniuntur, iudex debet eos concordare, ſi poteſt, vt valeat eorum teſtimonium. vt extra de teſt. c. cùm tu fili. vbi dicitur. quidam Decanus, & canonici Eccleſiæ ſuæ, & Epiſcopus eorũ litigabant. Epiſcopus excommunicauit eos ante appellationem, vt dicebat. Canonici verò dicebant, quòd poſt appellationẽ excommunicauit eos, & teſtes ab vtraq; parte produxerunt, quorum quilibet probauit intentionem dicti ſui, quæſitum fuit quid iuris? Dominus Papa concordat eos, & dicit, ꝙ vtrumq; bene potuit eſſe, ſcilicet, quòd ante appellationem & poſt potuerint excommunicari. vnde iudicat ſententiam non tenere. Et ſi non poteſt eos concordare, quia pror-

c Tabellionis tamen ſolius iuſiurandũ aliis teſtibus iuſta de cauſa non præſentib. ad probãdum inſtrumentum à ſe confectũ admittitur. Idem dicendũ de iudice, ſi is ſolus ſuperſit. Auth. de fid. inſtr.

d Contrarios teſtes iudex debet concordare.

Quòd ſi non poſſit eos cõciliare, iudi-

cium animi ſui ſecutus, videat cui potiùs credat. prorſus contraria dicunt: iudex ex animi ſui motu ſcire poterit, quibus potiùs ſit fides adhibenda. ita tamẽ, quòd potiùs credatur ingenuo, quàm liberto, maiori quàm minori, honorato, quàm inferiori, nobili quàm ignobili, maſculo, quàm fœminæ. vt ff. de fide in- *Suſpitionem inducentia.* ſtru.l.vlt. vbi dicitur. Si de tabulis teſtamẽti inter hęredes deponendis agatur, & dubitetur, cui eas deponi oporteat: ſemper ſeniorem iuniori, & amplioris honoris inferiori, marem fœminæ, & ingenuũ liberto præferemus. Ad idem extra de teſt.c.in noſtra. Item credendũ eſt potiùs veridico, quàm mendaci, frugali quàm luxurioſo, diuiti quàm pauperi, & magis alieno, quàm amico eius, pro quo teſtificatur. vt 3. q. 5. c. 1. vbi dicitur. conſanguinei accuſatoris aduerſus extràneos teſtimoniũ non dicant, nec familiares, vel de domo prodeuntes: ſed ſi voluerint, & ad inuicem conſenſerint inter ſe parentes teſtificent, ſcilicet cùm agitur de parentela. Ad idem ff. de

dolo

dolo l. non debet. & C. ad municip. l. ſi ex cauſa. Sed non intelligas, quòd ijs qui ſuperantur, omnino fides ſubtrahatur : ſed quia in dubijs magis eſt credẽdum potiori & digniori. Quid ſi omnes teſtes ſint eiuſdem conditionis & honeſtatis & honoris ? Reſpondeo. tunc ſtabitur pluralitati, & pluribus creditur. vt extra de teſt. c. in noſtra. vbi dicit de quibuſdam Monachis. & de quodam Archidiacono, qui litigabant ad inuicem ſuper quadam Eccleſia. & dicitur ibi. quoniã verò ad multitudinem reſpici non oportet, ſed ad teſtium qualitatem. Et ſi teſtes vtrinque producti eiuſdem conditionis & honeſtatis extiterint, cùm conſtet teſtes Monachorum teſtib. archidiaconi numero pauciores, pro ipſo Archidiacono ſententia proferatur. Ad idem ff. de recep. arbi. l. diem. §. Si plures, & litem ſi vnus. §. item. & §. principaliter. & D. de vent. inſpiciendo l. 1. & ff. quemadmodum teſt. aperi. l. ſed etſi maior. 65. diſt. c. 1. 2. & 3.

Si eadem per omnia teſtiũ ſit conditio, ſtabitur pluralitati.

Sed ſi tot ſunt ex vna parte, quot ex altera, & æquè boni: vel ex vna parte plures, & ex altera digniores, ita ꝙ dignitas poſsit numero adæquari, quid tunc debet facere iudex? Reum debet abſoluere. vt ext.de ꝓba.c.ex literis.ext.de fide inſtru. inter dilectos. vbi dicitur in fine. cùm obſcura ſint iura partium conſueuit cõtra eum, qui petitor eſt, iudicari. Et eſt ratio, quia promptiores ſumus ad abſoluendũ, q̃ ad condemnandum: & quia ſequendi ſunt teſtes, qui ad humaniorem inclinant ſententiam. Et hoc eſt verum generaliter in iudicijs, quòd pro reo ſtandum eſt, & ſententiandum, cùm æqualitas eſt in teſtibus: niſi fauorabilior ſit pars actoris, quàm rei. puta, quia ſtat pro libertate, pro dote, pro teſtamento, pro legitimatione, pro vidua, pro pupilla, pro orphano, pro fiſco, ꝓ aliqua perſona fauorabili, vel pro Eccleſia. quia tunc eſſet pro Actore ſententiandum. vt ff. de ſen.& re iud. l. inter pares numero iudices ſi diuerſæ ſententiæ

Vbi fauorabilior eſt actor, quàm reus, & quæ cauſæ fauorabiliores habeantur.

tiæ

tiæ proferantur, in liberalibus cau ſis(ſecundum quod eſt à diuo Pio conſtitutum) pro libertate ſtatutum obtinet: In alijs autem cauſis pro reo eſt ſententiandum. quod & in iudicijs publicis obtinere oportet. & ff. de Reg. Iur. l. in ambiguis pro dotibus reſpondere meliùs eſt. ff. de inof. teſta. l. ſi pars iudicantiũ de inofficioſo teſtamento contra teſtamẽtum, pars ſecundum id ſententiam dederit(quod interdum fieri ſolet) humanius eſt ſequi eius partis ſententiam, quæ ſecundum teſtamẽtum ſpectauit: niſi apertè iudicem iniquè per gratiam, vel per ſordes, ſecundũ ſcriptum hæredem pronunciaſſe apparebit. Ad idem facit decretalis noua, extra de ſen. & re iudica. c. duobus iudicibus, vt accepimus, ſententias diuerſas proferentibus; ſi ex iuriſdictione ordinaria proceſſerunt: tenet pro reo, non pro actore ſentẽtia: niſi in cauſſa fauorabili: puta matrimonio, libertate, dote, ſeu teſtamento pro ipſo fuerit promulgata. Si verò ex de-

legata poteſtate, vtraque ſententia pendet ex arbitrio delegantis. quòd ſi ex compromiſsione, neutra debet habere vigorẽ. Ad idem eſt C. quando Impera. inter pupil. & vid. & miſerab. perſon. cog. l. vnica. & C. de ſacroſan. Eccleſ. l. antepenult. Et ita patet in ſumma, quòd quandoque ratione contrarietatis nõ creditur dictis teſtium. Interdum ratione perſonarum, vt oſtendimus titul. priore de teſtib. Et quandoque fides illis non adhibetur, vel quia male reſponderunt, vel quia diuerſitas locorum, temporum, rerum & perſonarum, vel ſimilium, eis præſtat impedimentum, vt dictum eſt ſuprà titu. de iuramen. teſt. Et de teſtibus hæc ſufficiant.

Titul. XII.
DE INSTRVMENtorum editione.

Vidimus de probatione viuæ vocis, quæ fit per dicta teſtium: modo de ea, quæ fit per vocem mortuam, id eſt, per inſtrumenta

menta ſubijciamus. Videamus ergo quid ſit inſtrumentum: vnde dicatur, & quot ſint eius ſpecies, Et quando ſunt exhibenda inſtrumenta, Et qualiter, quibus inſtrumẽtis fides adhibeatᷣ, & quanta. Inſtrumentum eſt ſcriptura facta ad aſſertionem, ſeu probationem alicuius rei. & dicitur inſtrumentum, quia inſtruit: ſeu documentum, quia docet. vt ff. de fide inſtru. l. 1. vbi dicitur. inſtrumentorum nomine ea omnia accipienda ſunt, quibus cauſſa inſtrui poteſt. & ideo tam teſtimonia quàm perſonæ loco inſtrumentorum habentur. Inſtrumentum dicitur propriè ſcriptura ad memoriam alicuius rei confecta. Inſtrumentorum duæ ſunt ſpecies, aliud publicum, aliud priuatum. Publicum eſt, quia publicam habec auctoritatem. & ſpecies eius ſunt plures: Nam publicum inſtrumentum eſt, quod per publicam manum eſt ſcriptũ, id eſt, per manum publici notarij, ſcilicet per manum tabellionis, & in publica

Inſtrumenti definitio & etymologia.

Duæ ſunt ſpecies inſtrumentorum.

Quot modis publicum dicatur.

forma redactum. vt extra de fide inſtru.c.ſcripta,& eod.titu.c. cùm Ioannes.§.tabellionem quoque. & c.inter dilectos.& extra de præſump.c.illud. Item dicitur publicum inſtrumentum,quia autentico ſigillo eſt ſigillatum. vt extra eod. titul. c. Scripta authentica,ſi fortè teſtes inſcripti deceſſerint (niſi per manum publicam facta fuerint, ita quòd publica appareant, aut niſi ſigillum authenticum habuerint, per quod probari poſsint) non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere. Ad idem extra de probat. c. 1. Tertiò dicitur publicum inſtrumentum, quod iudicis auctoritate eſt exemplificatum , & authenticatum. vt extra de confir. vtili, vel inutili c. cum dilecta. vbi dicitur. quòd Dominus Papa mandauit quibuſdã Epiſcopis, ſcilicet quatuor,& totidem Abbatibus,vt tenorem cuiuſdam priuilegij ſub ſigillo ſuo mitterent,vt illius tenori melius crederetur. Ad idem C. de iure emphy. l. vlt.Quarto modo di-

do dicitur publicum inſtrumentum, quod in iudicio ſcribit̃ apud acta publica. & valet per quem cunque ſit ſcriptum. vt extra de probat. c. quoniam cõtra. vbi ſtatuitur, quòd tã ordinarius quàm delegatus debeat habere publicam perſonã, aut duos viros idoneos, qui vniuerſa acta cõſcribant iudicij: vt ſi ſuper proceſſu iudicij fuerit quæſtio ſuborta, per hoc poſsit veritas declarari. Quintò dicitur publicum inſtrumentum illud, quod habet ſubſcriptionem trium teſtium viuentium. vt extra de fide inſtr. c. Scripta authentica. extra de teſt. c. cùm à nobis. vbi dicitur. quòd non creditur alicui inſtrumento, niſi trium teſtium adminiculo fulciatur, nec tanta eius fides eſt, quin ei poſsint & debeant duorum teſtium, vel trium teſtimonia præualere, excepto inſtrumento domini Papę. Ad idem C. qui pot. in pig. ha. l. ſcripturas. Sexto modo dicitur inſtrumentum publicum, quod de Archiuo publico vel de armario produci-

aliquo inſtrumento, vel aliqua alia legitima probatione exhibeatur. vt in auten.. vt ſpon. larg. Col. 9. §. & hoc. vbi dicit. & hac inſuper auctoritate iubemus, vt ſi quis in aliquo documento alterius faciat mentionem documenti: nullam ex hac memoria fieri exactionem, niſi aliud documētum, cuius memoria in ſecundo eſt facta proferatur: aut alia, ſcilicet legitima ꝓbatio exhibeatur, quia & quantitas, cuius memoria facta eſt, pro veritate debetur. hoc etenim in veterib. legibus inuenitur. Priuatum inſtrumentum à quocunque ſit ſcriptum, niſi aliquo dictorum modorum ſit roboratum, non valet. Priuatorum inſtrumentorum tres ſunt ſpecies. Nam aliquando facis ſcripturam tibi tantùm, aliquando tibi & alij, aliquando alij tantùm. Illi ſcripturæ quam facit quis ſibi, vel pro ſe, nulla fides adhibetur. vt C. de prob. l. exemplo pernitioſum eſt, vt illi ſcripturæ credatur, qua vnuſquiſq; ſibi annotatione propria debitorē conſtitue-

Tres ſunt ſpecies inſtru. priuatorū.

Propriæ ſcripturæ quam quis pro ſe tantùm facit non ſtatur: contra ſe autem creditur.

ſtitueret, vnde neque fiſcum, neq; quemlibet alium, ex ſuis ſubnotationibus debiti ꝓbationem præbere poſſe oportet. Propria verò ſcriptura licet fuerit priuata, quandoque ei præiudicat, qui eam ſibi facit. vt C. de non numer. pecunia l. generaliter ff. de pig. l. penult. §. idem quæſiuit. Si autem facis alij ſcripturam contra te: puta creditori tuo, de eo quod accepiſti ab eo: creditur ei contra te. vt 1. q. vlt. c. Salub. vbi dicit. quòd illi, quicunque ſunt, qui volunt ſe videri correctos, priùs errores ſuos, & ipſorum errorum auctores à ſe damnatos ſine ambiguitate fateantur. vt ff. depoſiti. l. Publia Meuia. §. Lucius Titius cauit. Si autem tibi, & alijs facis ſcripturam, ſicut eſt codex rationum tuarum, ei interdum creditur. vt 10. q. 2. c. ſi œconomus Eccleſiæ ꝓſpexerit expedire, vt deſideranti cuiquam certarum poſſeſsionum atq; prædiorum (vrbanorum ſeu ruſticorum) ad vſus Eccleſiæ pertinentiũ temporalis vſusfructus poſſeſsio pro peti-

Scriptura alii facta contra ſe probat.

petitione ipſius præſtet̃: tunc eius temporis quod inter vtroſq; conuenerit, ſin in diem vitæ ſuæ ab eo, qui deſiderat poſtuletur: pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat œconomus atque conſcribat: per quæ & tẽpus intra quod hoc præſtari placuit, ſtatuatur: vt manifeſtum ſit, quod quiſq; acceperit ad inuicem. Ad idem ff. de eden. l. Si quis ex argentarijs. Eiuſdem verò naturæ eſt Chirographum depoſiti: quod ſolebat fieri in eadem forma depoſitario, & deponenti, ita quod quædam literæ per medium incidantur. Idem etiam eſt de ſcriptura, quæ fit de penſionibus datis. Quando exhibẽda ſunt inſtrumenta? Reſpondet Innocentius Tertius, pars poteſt exhibere inſtrumenta ſua ante publicationem teſtium, & poſt, ſi voluerit vſque ad diffinitiuam ſententiam, antequã ſit in cauſa concluſum, vt extra de fide inſtru. c. cum dilectus. vbi dicitur. quòd vtraque pars poteſt inſtrumenta poſt publicationem teſtium & atteſta-

Inſtrumentum in quo literæ per medium inciduntur.

Semper exhiberi poſſunt vſque ad ſententiam.

probationes venire, cuiquam concedimus: ne repetita lite, finis negotij, alterius cauſſæ fiat exordium. Et hoc intelligendum, niſi noua oriantur capitula ex veteribus pendentia: in quibus dico inſtrumēta exhiberi poſſe de nouo, etiam poſt ſententiam appellatione ſuſpenſam, ſicut noui teſtes poſſunt induci in eiſdē cauſis. vt extra de teſt. c. fraternitatis. & C. de tempori. app. l. per hanc. vel niſi eſſet talis perſona, cui beneficium reſtitutiōis indulgeatur: puta minor, vel Eccleſia. vt plenè dicemus, Deo dante, in titulo de in integrum reſtitutionibus. Hoc modo exhibenda ſunt inſtrumenta, vel priuilegia. ab ipſo iudice, vel ab eo, cui deputauerit, audiente modo parte cōtraria: ita quod inſtrumentum nō tradatur parti aduerſæ ad tranſcribendum, ſed per notarium, vel alium fidelem hominem tranſcribatur, & parti aduerſæ copia fiat, ſi ſuper vno capitulo priuilegij quæſtio fuerit, illud ſolummodo recitetur & ſcribatur,

Poſt ſententiam etiam exhiberi inſtrumenta, & teſtes produci poſſe.

Quomodo exhiberi debeant inſtrumenta.

batur, & parti aduerſæ tradatur. vt extra de fide inſtru. c. contingit. vbi dicitur. Quidam Abbas & Monachi conquerebantur Papæ, quòd quando litigium emergebat inter eos, & quoſdam alios, ſuper quodam articulo priuilegiorum ſuorum, cogebantur totum priuilegium ſuum exhibere. & ita occaſione illius articuli, de quo agebatur, plura litigia oriebantur ſuper alijs articulis ibi contentis. dicit Papa, quòd quandocunque ſuper exhibendo priuilegio, vel indulgentia, ſeu inſtrumento fueritis requiſiti, præſente iudice, aut aliquibus iuriſprudentibus à iudice deputatis, audiente parte contraria, illud capitulum recitetur, nec priuilegiũ tradatur transſcribendum: niſi tantummodo capitulum, de quo cõtrouerſia eſt exorta. Et nota, quòd omnium eorum, quibus vult vti in cauſſa pro ſe, debet còpiam facere ſuo aduerſario contra ſe. vt C. de eden. l. is apud quem res agitur, acta publica, tam criminalia, quàm ciuilia exhi-

Quæ ſint edenda.

exhibere inſpicienda ad inueſtigandam veritatis fidem iubebit, vt fides inde conſtare poſsit. Et hoc habet locum, tam in actore quàm reo. Veruntamē actor non poteſt petere inſtrumentū ad ſundandam intentionem ſuam à reo, ſi reus non eſt vſurus eo. vt extra de probat.c.1.vbi dicitur. quidam nobilis agebat contra quendam alium nobilem. & cùm nō poſſet fundare intentionem ſuam, petijt à Papa, vt cogeret reum, quatenus actori*traderet quoddam inſtrumentum ad fundandam intentionem ſuam, quod inſtrumentum factū fuerat cum anteceſſore rei: vt exinde diſceret, quid ei reus præbere deberet. dicit Papa. quòd nemini dicendum eſt, vt quærat quæ contra ipſum ſunt documenta. Sed actor apud ſemetipsū quærat & exhibeat. Sed cōtrà eſt. Qui veritatem occultat, mortaliter peccat. vt 11. q. 3. c. quiſquis metu vel vi, &c. videtur ergo, quòd reus debeat exhibere inſtrumentum, vt per eum veritas cognoſcatur. Solutio.

Actor non poteſt petere inſtrumentū rei ad fundandam ſuam intentionem.

** aliàs ſederet*

Occultās veritatē peccat mortaliter.

lutio. hoc intelligendum eſt, vbi inſtrumẽta ſunt communia, nam tunc inſtrumenta illa poteſt petere actor ſibi edi. vt D. de eden. ſi quis ex argentarijs (vt pleriq; eorum) in villa habeat inſtrumenta, vel in horreo: aut in locum te perducet, aut *ſcriptas rationes dabit.

*tex. deſcriptas

Reus verò poteſt ad probandã exceptionẽ ſuam: vt & actor, ad probandam replicationem.

Reus poteſt petere ab actore ſua propria inſtrumenta ad probandam intentionem ſuam. vt C. de eden. l. nõ eſt nouum eum, à quo petitur pecunia, implorare rationes creditoris, vt fides veri inde conſtare poſsit. Et ſimiliter actor à reo ad replicationem ſuam probandam. vt C. de eden. l. ea quæ à D. Antonino patre noſtro, & quę à me ſcripta ſunt, cũ iuris & æquitatis rationibus congruunt. nec enim diuerſa ſunt, vel diſcrepantia, *quaſi multum interſit, an ex parte eius, qui à reo aliquid petit, quique exceptione doli mali ſubmoueri ab intentione petitionis ſuæ poteſt, rationes promi reus deſideret, quibus ſe poſſe inſtruere contendit (quod vtique ipſa rei æqui-

*manuſcrip. cum

æquitas ſuadet) an verò ab eo, à quo aliquid petitur, actor deſideret rationes exhiberi: quoniã hoc caſu non oportet originem petitionis ex inſtrumentis eius, qui conuenitur, fundari. Editio facienda eſt ſine die, & conſule. vt ff. de eden. l. 1. §. 2. vbi dicitur. editiones ſine die & conſule fieri debent, ne aliquid excogitetur edito die & conſule, aut prolato die fiat. Diem autem & conſulem excipit Prætor, quo inſtrumentum ſcriptum eſt, non in quem ſolutio cõcepta eſt. Nam dies ſolutionis, ſicuti ſumma, pars ſtipulationis eſt. Eum quoque edere Labeo ait, qui producit aduerſarium ſuum ad Album, & demonſtrat in ſcriptis, quod dictaturus eſt: vel id dicendo, quo vti velit. Et hoc verum eſt, niſi is, cui editur ſibi petat diem edi ad intentionem aduerſarij elidendam, per exceptionem, vel replicationem: quoniam tunc edendus eſt dies. vt C. de eden. l. nõ eſt nouum. & l. vlt. præſtito priùs ſacramento, quòd non

Editio ſit ſine die & conſule.

Quando etiã dies edendus ſit.

m cauſa

caúſa calumniæ poſtulat ſibi diem edi. vt ff. de eden. l. ſi quis ex Argentarijs. §. Exigitur autem ab aduerſario argentarij iuſiurandum, non calumniæ cauſa edi ſibi poſtu lare: ne fortè vel ſuperuacuas rationes, vel quas habet, edi ſibi poſtulet, vexandi argentarij cauſſa. Item iurare debet, quòd velit inſtrumẽtum arguere de falſo, quoniam tunc præſtito iuramento, quòd exiſtimat ſe poſſe inſtrumẽtum arguere de falſo, edẽdus eſt ei dies, & omnia quæ inſtrumento continentur. vt C. de fide inſtru. l. vlt. vbi dicit. Cùm quidam inſtrumentum ꝓtulerit, vel aliam chartulam, eiq́; fidem impoſuerit: poſteà autem perſona, contra quam ipſa chartula, vel inſtrumentum prolatum eſt, quaſi falſum hoc conſtitutum redarguere nitatur: ne diutiùs dubitetur, vtrum neceſsitatem ei, qui protulit imponi oporteat repetita vice hoc proferre, an ſufficiat ei fides iampridem probata: ſancimus, ſi quid tale eueniat, eum qui petit iterum

Text. C. de fid. inſtru. l. vlt.

cam

eam chartam proferri, priùs ſacramentum præſtare, quod exiſtimans ſe falſum poſſe redarguere aut vituperatione dignũ quod prolatum eſt, ad huiuſmodi veniat petitionem. Quid enim ſi cùm noſſet deperditam eſſe chartam, vel fortè concrematam, vel alio modo diminutam, hanc requiri aſsimulans, & ad difficultatem productionis reſpiciens, huiuſmodi faciat petitionem? Et poſtquam hoc ab actore vel petitore fuerit iuratum, & inſcriptionum pagina apud competentem iudicem depoſita: tunc neceſsitatem imponi ei, qui protulit chartam, de qua quæritur, iterum eam apud iudicem criminis proferre, quatenus apud eum crimen falſitatis poſsit ventilari. Si autem dicat non eſſe ſibi poſsibile eam oſtendere, quia per fortuitos caſus, huius copia ei abrepta ſit: tunc ſubeat ſacramentum, quod nec habeat chartam eandem, nec alij eam dederit, nec apud alium voluntate eius ſit conſtituta, nec

dolo malo fecerit, quo minus ea appareat: Sed reuera ipſa chartula ſine omni dolo ſit deperdita, & productio eius ſibi impoſsibilis ſit. Et ſi tale ſubeat ſacramentum, ab huiuſmodi neceſsitate eum relaxari ſancimus. Quòd ſi prædictum iuſiurandum ſubire minime maluerit: tunc quaſi falſa chartula nullas habeat vires aduerſus eum, contra quem prolata eſt, ſed ſit penitùs viribus euacuata. Neq; enim vlterius pœnam produci contra eos, qui nõ iurauerunt, volumus: cùm forſitan quidam ſubtili reuerentia tenti, nec verum ſacramentum præſtare patiuntur. Eandem autem copiam ei præſtamus, donec cauſſa apud iudicem ventiletur. Si enim iam pleniſsimum finem accepit, & neque per appellationem ſuſpenſa eſt, neque per ſolitam tetractationem adhuc lis viuere ſperatur: tunc ſatis durum eſt huiuſmodi querelæ indulgeri: ne in infinitum cauſſæ retractentur, & ſopita iã negotia per huiuſmodi viam iterum aperiantur, & contra-

trarium aliquid noſtro eueniat ꝓpoſito. Solis publicis inſtrumentis vel autenticis (eo modo, prout ſuprà dictum eſt) vel priuatis inſtrumentis, in caſibus ſuprà dictis, fides adhibenda eſt, ſine aliquo alio adminiculo: dummodo inſtrumentum id appareat abſque vituperatione, vel raſura, vel cancellatura, quæ ſuſpitionem poſsit inducere. vt extra de fide inſtru. c. ex literis. C. de edic. Diui Adriani toll. l. vlt. vbi dicitur. ſi quis hæres inſtitutus oſtenderit teſtamẽtum non cancellatum, nec abolitum, nec ex quacunque formæ ſuæ parte vitiatũ, ſed quòd *per figuram primã appareat ſine omni vituperatione, & depoſitionib. teſtium *legitimè ſit vallatum: mittatur hęres in poſſeſsionem ipſarum rerum, quę teſtatoris mortis tempore fuerunt, non quæ ab alio legitimo modo detinentur, & *eas cum teſtificatione perſonarum publicarum accipiat. Vbicunque autem de inſtrumentis & de literis dubitatur, eius iuramentum exigi po-

Publicis inſtrumẽtis ſi appareãt ſine vitio, ſolis creditur.

**tex. figura prima*

**tex. legitimi numeri*

Iuramentum defertur proferenti ſuſpectum inſtrumentum.

m 3 teſt,

teſt, qui pro ſe inſtrumentum inducit. vt in auten. de fide inſtru. §. Si verò moriantur. in medio titul. Vbi autem inſtrumentum, vel raſura, vel vituperatione, vel alio modo ſuſpectum videtur: oportet eum, qui illud inducit ꝓbarė veritatem. Et ſi non fecerit, præſumitur falſarius. vt C. de probat. l. iubemus omnes, qui ſcripturas ſuſpectas cõminiſcuntur, cùm quid in iudicio promunt, niſi ipſi aſtruxerint veritatem, nefariæ ſcripturæ reos, & quaſi falſarios eſſe detinẽdos. Calumnioſa enim ſcriptura vim in iudicio obtinere non debet. vt C. de fide inſtru. l. 3. vbi dicitur. ſi aduerſarius tuus apud acta Præſidis prouinciæ cum inſtrumenti fides, quod proferebat, in dubium reuocaretur, non ſe vſurum eo conteſtatus eſt: vereri non debes, ne ex ea ſcriptura, quam non eſſe veram etiam profeſsione eius *conſtat, negotium denuò repetatur.

*tex. conſtitit

Titul.

Titul. XIII.

QVANTA FIDES ADhibeatur inſtrumento.

SEquitur, quanta fides adhibeatur inſtrumento in cauſsis decidendis. Et dicendum eſt, quòd tanta, quanta duobus teſtibus, vel tribus, vel etiam pluribus. vt C. de fide inſtru. l. in exercendis litibus eandem vim obtineat, tam inſtrumentorum fides, quàm depoſitiones teſtium. vt C. de rei vin. l. Indicia. vnde ſi vna pars inducit publicum inſtrumentum, altera verò teſtes: ſi dicant diuerſa, & non aduerſa: vtrique probationi ſtabitur, & ſecundum vtranque iudicabitur. Si verò dicant teſtes contrarium inſtrumẽto, quid iuris ſit meritò quæritur. Ad hoc reſpondet Dominus Pileus, & dicit, quòd ſi omnes teſtes ſcripti in inſtrumẽto contra ipſum inſtrumẽtum teſtificẽtur, fides inſtrumenti caſſat̃ in illo iudicio. & tunc magis credẽdum eſt viuæ voci, quàm mortuę. vt in authen. de inſtr. cau-

Inſtrumento tanta fides adhibetur, quãta teſtib.

Si inſtrumentum & teſtes in diuerſum faciant, magis creditur viua voci, quàm mortua.

tela & fid. §. Si verò coll. 6. vbi dicitur. Si verò aliquid tale contigerit, &c. Si verò alij teſtes, & non illi, qui in inſtrumento ſunt ſcripti contradicant inſtrumẽto, dicit D. Pilæus, quòd ſtabitur inſtrumento. vt C. de edic. diui Adria. tollen. l. vlt. §. edicto. Ad idem ff. de proba. l. cenſus. Dicit autem dominus Azo, quòd viua vox duorum teſtiũ in nullo caſu validior eſt publico inſtrumento. Sed publicum inſtrumentum validius eſt duobus, vel tribus, vel etiam pluribus teſtibus: & hoc in plurib. caſibus. Primus caſus eſt C. ſi mi. ſe. ma. dix. l. Si alterius circumueniendi cauſa. Secundus caſus eſt C. de non nu. pecun. l. generaliter. Tertius caſus eſt C. de teſt. l. teſtiũm. Quartus caſus eſt C. de ſuffrag. l. vnica. Quintus caſus eſt C. de teſtamen. l. hac conſultiſsima, & l. ſancimus. Sextus caſus eſt D. de probat. l. cẽſus. vbi dicitur. cenſus & *munimenta publica potiora teſtibus eſſe, ſenatus conſuluit. Mihi tamen videtur, quòd ſi objjcia-

Publicum inſtrumentum validius eſt tribus teſtib. vel etiam plurib. niſi in caſibus exceptis.

**tex. monumenta*

ijciatur publico inſtrumento falſitas, vel defectus, vel conditio, vel aliquid ſimile, quod debuit eſſe, & non eſt: Si probatum fuerit per teſtes, quod obiectum eſt: niſi inſtrumentum iuuetur per teſtes, qui ſecundum illud teſtificentur: dicta teſtium præualēt inſtrumento, ſiue teſtes in eo ſcripti ſint, ſeu non. vt C. de probat. l. cum precibus. Ad idem C. de donat. l. nec ignoras. vbi dicitur. quòd donatio quam quis facit ignorans & inuitus, non valet: quia ſi poſſum oſtendere me nunquam conſenſiſſe, etiamſi inſtrumentum ſuper donatione fuerit cōfectum, mihi non pręiudicat. Simile eſt extra de probat. c. tertio. vbi dicitur. quòd quidam ſurripuit ſigillum cuiuſdam Abbatiæ, & ſigillauit quaſdam literas, quia Monachi dixerunt, quòd non habuit ſigillum cum conſenſu Capituli, & hoc teſtificati ſunt, & ſic non valuit inſtrumentū. Ad idem ext. de teſtib. c. ex tenore. & de fide inſtr. c. cùm Ioannes Heremita. Si autem nil

Si pro vna parte teſtes, pro altera inſtrumentum faciat.

tale obijcitur inſtrumẽto, ſed vna pars directè pro ſe inducit inſtrumentum, altera pars teſtes pro ſe. In hoc caſu diſcretus iudex debet cõſiderare, quod eorũ magis conueniat naturę veritatis negotij, & quod magis veriſimile videatur, vt ſecundũ id ſententia ꝓferatur. vt extra de teſtib. c. in noſtra præſentia. & 4. q. 3. c. ſi teſtes. Quoniam conſiderare debet iudex, quale ſit negotium, de quo agitur.

Quædam melius per inſtrumẽtum, quàm per teſtes probantur.

Nam quædam melius probantur per inſtrumentũ, quàm per teſtes, ſicut dicta teſtium, qui olim tulerunt teſtimoniũ, ſententiæ, arbitrium, & longum pactum multos articulos continens. In ijs & ſimilibus magis dico credendum inſtrumento, quàm teſtibus. Si verò probari debeat numeratio pecuniæ, vel matrimonialis conſenſus, vel aliquid ſimile, ſic dicerem teſtes inſtrumento præferendos. vt 3. q. 9. c. teſtes. §. Si debitum. ſuprà eſt. & C. de nupti. l. neq; ſine. vbi dicitur. neque ſine nuptijs inſtrumenta facta ad matrimonij ꝓbatio-

bationem ſunt idonea, diuerſum veritate continente: neq; non interpoſitis inſtrumentis, iure contractum matrimoniũ irritum eſt: cùm omiſſa quoque ſcriptura ſecreta nuptiarum indicia non ſint irrita. Non enim dotibus & ſcriptura, ſed conſenſu & affectu matrimonia contrahuntur. vt l. iubemus C. de repud. Præterea temporis conſideratio habenda eſt, quoniam ſi res, vel factum antiquum probatur, magis credẽdum eſt inſtrumento, quàm teſtibus: quia memoria hominum labilis eſt. nam omnium habere memoriam, & in nullo peccare, diuinitatis potiùs eſt, quàm humanitatis. vt C. de veteri iure enu. l. 2. §. ſi quid autẽ. Si autẽ probat̃ id, quod de nouo factũ eſt: in hoc caſu magis credendum eſt teſtibus, quàm inſtrumẽto: maximè, ſi teſtes ſint boni, & diſcreti, & honeſti. In ſumma nota, quòd ſi inſtrumẽta contraria, vel diuerſa, quæ ſibi aduerſantur, directè ab vna parte introducantur, derogant ſibi fidẽ. vt C. de fi-

An inſtrumento, an verò teſtibus potiùs credatur, tẽpus conſiderandum.

Si ab vna parte contraria inſtrumenta inducantur, non probant.

de fide inſtru. l. ſcripturæ diuerſæ *ad inuicem ſibi repugnantes, ab vna eademq́ue parte prolatæ, nil firmitatis habere poſſunt. Ad idem facit decret. noua. extra de fid. inſtru. c. imputari. Si verò ab vtraque parte inſtrumenta introducantur contraria, notet iudex id inſtrumentum, quod magis ſit in ſuſpicione, & ſecundũ id, quod magis cõueniet negotio, iudicet. Et ſi æquales ſint probationes vtriuſque, abſoluat reum. vt C. de cõtrahen. & com. ſtip. l. optimam. extra de ꝓbat. c. ex literis. vbi dicitur. quòd ſi teſtes ambarum partium æquè ſint idonei, poſſeſſoris teſtes *recipiantur: cùm promptiora iura ſint ad abſoluendum, quàm ad condemnandum. Nec illud prætermittendum eſt, quòd ſi inſtrumẽtum, quod producturus es, per factũ aduerſarij tui perdidiſti: ſufficit ad intentionem tuam fundandam, ſi probes, te vitio aduerſarij tui inſtrumentum amiſiſſe, per quod probatur id, de quo agis. vt C. de probat. l. ſi de poſ-

*text. fidẽ ſibi inuicem derogantes

Si vtraq; pars contraria producat inſtrumenta, quæ magis negotio videbuntur conuenire, præferentur.

*tex. præferantur

Si inſtrumentum culpa aduerſarii ſit amiſſum, ſufficit id probari: niſi dicatur per factũ alterius amiſſum.

poſſeſsione ſeruitutis, emptionis inſtrumentis ſubtractis, in libertatem ꝓclamat Eutichia: cùm petitori onus probationis incumbat, intentione ſua defecta, inſtrumentis ijs minimè iuuari poteſt. Nam ſi in ſeruitutem petatur, ad emptionis probationem non eſt inducijs alijs opus, ſed inſtrumentorum furtum monſtrare ſufficit. arg. 3. q. 7. c. infames. §. ſi quis autem ex litigatoribus. & extra de præſump. C. peruenit. quod & ſuprà eſt. Si autem per factum alterius id amiſiſti, non prodeſt tibi, ſi probes amiſsionem inſtrumenti, nec etiam tenorem eius. vt C. de fide inſtr. l. apud. vbi dicitur. apud eos, qui rem geſtam ignorauerunt, amiſſorum inſtrumétorum habitæ atteſtationes, [a] nil ad probationem veritatis prodeſſe poſſunt. Et ita ſentit dominus AZO. Et credo, quòd fides inſtrumẽti multipliciter poteſt *appellari. Eſt tamen arg. validum contra eum, ſcilicet, quòd ſi probes amiſsionem inſtrumenti, & tenorẽ ipſius, ſufficiet.

a vt ſi vicinis dicat conflagrante domo inſtrumenta ſua perire de talibus rebus conſcripta.

**aliàs, anullari*

ciet.vt extra de priuileg.c.cùm olim. vbi dicit. quòd quidã probauit amiſsionem inſtrumẽti, & tenorẽ ipſius: & ſuffecit corã Cardinalibus de mãdato domini Papæ.

Titul. XIIII.

De *præſumptionibus*.

EXpleto tractatu veræ & plenæ probationis, quæ fit per dicta teſtium, vel inſtrumentorum, ad tractatũ pręſumptionum, qui interdum plenam, interdũ ſemiplenã inducit probationẽ, accedamus. Videamus igitur quid ſit præſumptio, & quot eius ſpecies, & quis effectus cuiuslibet *Præſumptio quid.* præſumptionis. Præſumptio eſt argumentum ad credendum aliquod factum, ſurgens ex probatione alterius facti: puta, per hoc quod iacent ſimul perſonæ ſuſpectæ, præſumitur coitus interueniſſe. vt extra de præſumpt. c. literis. ſuprà eſt caſus. 32. q. 1. c. dixit Dominus in Euangelio. Ad idem 27. q. 1. c. nec aliqua. vbi dicitur. certè ipſe concubitus, ipſe comple-

plexus, ipſa confabulatio, & oſculatio, coniacentium duorum turpis & fœda dormitio, quantũ dedecoris & criminis confitentur? &c. Surgit autẽ præſumptio multipliciter. Ex perſona. vt 31. q. 2. c. Lotharius. ff. quod met. cauſſa l. non eſt veriſimile. Et dicitur in Canone, quòd non eſt præſumendum, quod per hominem vnum rex cogeretur ad aliquid faciendum in vrbe. Ex loco ſurgit præſumptio. vt extra de præſumpt. c. quanto. vbi dicitur. latere te nõ potuit in vicinia, quod ad nos in longinquo peruenit. Ad idem extra de præſumpt. c. tertio. vbi dicitur. quòd quidam con ſenſerat in quandam per verba de præſenti, cuius neptis affirmans ſe ab eodem viro cognitam, contra matrimonium illud produxit teſtes, qui dicebant ſe pro certo credere, quod illa dicti iuuenis extiterit cõcubina: adijciẽtes quòd eos multoties ſimul viderant per nemora, per plana, & rura conuagantes, & fama viciniæ hoc clamabat.

Ex quibus ſuboriatur præſũptio.

Ex loco fit præſumptio.

mabat. vnde impeditum fuit matrimonium. *Ex tempore.* Ex tempore præſumitur. vt extra de ſpon. & matrimo. c. ad id. vbi dicit. quòd quædam fuit matrimonialiter copulata cuidam ante annum 12. inuita & renitẽs, ſed per annum & dimidium cum eo cohabitauit. præſumitur ergo ſpatio tanti temporis conſenſiſſe: nec admittuntur teſtes, quòd ab initio non conſenſerit. Ad idem extra de præſump. c. mandata in fin. & c. ſcribam. & D. de re mili. l. non omnes. *Ex ætate.* Ex ætate præſumitur. vt extra de præſump. c. cùm in iuuentute. vbi dicitur. quòd quidam rex accuſabat quendam Epiſcopum de inceſtu, quia vt dicebat commiſerat inceſtum cum nepte propria. dicitur ibi, quòd cùm iam erat in matura ætate, præſumitur tale crimẽ nullatenus perpetraſſe, cùm in iuuentute ſe adeò maturum exhibuerit, & honeſtum, vt mereretur pontificali pallio decorari. Item multis modis & cauſis ſurgit præſumptio, ſicut per cõcordan-

cordantias in hoc titulo poſitas euidenter probatur. Præſumptionum quatuor ſunt ſpecies, licet quidam Magiſtrorum tãtùm tres ſoleant aſsignare. Eſt præſumptio temeraria, probabilis, violenta, & neceſſaria. Præſumptio temeraria inualida eſt, & repellitur à iure, nec debet mouere animum iudicantis. vt 2. q. 1. c. primò ſemper. vbi dicitur. quòd nec ex ſuſpitione, niſi ante iuſtum iudicium aliquis damnetur. imò ſemper debetis de omnibus diligenter inquirere, vt cum iuſtitia & charitate diffiniatis. neminem condemnetis ante verum & iuſtum iudicium, nullum iudicetis ſuſpitionis arbitrio. Sed primò probate, poſteà charitatiuam proferte ſententiam. Et quod vobis nõ vultis fieri, alteri facere nolite. Et præſumptio hæc temeraria ſurgit à malis hominibus, ex cauſis vilibus: puta cùm vident aliquem virum ſemel loqui cum muliere, ſtatim præſumunt, quod pro malo. Et male, quoniam dubia in meliorem par-

§. 2.

Quatuor præſumptionum ſunt ſpecies.

Pia iudicibus inſtructio.

n tem

tem ſunt interpretanda. vt ext. de reg. iur. c. eſtote. vbi dicit̃. quòd in dubijs in meliorem partem eſt interpretandum. Eſt & præſumptio probabilis, quæ dicitur præſumptio iudicis. hæc ſurgit ex ſuſpitionibus aliquibus, & fama crebreſcente. eius effectus eſt, quòd inducit purgationẽ. extra de purga. canon. c. ſi quis. vbi dicitur. Si quis de gradu Eccleſiaſtico raptoribus alienarum ſponſarum ſe conſenſorem, vel interuentorem prodiderit, à proprio gradu repellatur: & ſi veriſimilibus fuerit exinde ſuſpitionibus pulſatus, canonicè ſe purget. Ad idem 2.q.4.c. presbyter. & c. ſi mala fama. & c. omnibus nobis. Et contra talem præſumptionem admittitur probatio. vt extra de renunc. c. ſuper hoc. Suprà eſt titul. de proba. & 7. q.1.c. præſentium. nec inducit iudicem ad ſententiandum. tamen cum vno tantùm teſte, vel alia ſimili præſumptione, plenam fidem facit. vt 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. ſæpè. vbi dicitur. ſæpè ſine publicis inſtru

Præſumptio probabilis.

Probatio admittitur cõtra talem præſumptionẽ probabilem.

ſtrumentis cuiuslibet rei veritas deprehenditur. aliàs numerus teſtium, aliàs dignitas, & auctoritas, aliàs veluti fama conſentiens, confirmat rei de qua agitur fidē. non ergo ad vnam probationis ſpeciem, cognitionē ſuam iudex *debet inclinare, ſed ex conſcientia animi ſui æſtimare, quid aut credat, aut quid verum ſibi opinetur. Ad idem ext. de præſump. c. illud. vel ad minus talis præſumptio mouebit iudicem, vt deferatur iuramentum ei pro quo eſt præſumptio & ſententia feratur pro eo. vt. C. de reb. cre. l. in bonæ fidei. & D. de iureiuran. l. admonendi. extra de Procur. c. ex inſinuatione. extra de probat. ſicut conſuetudo. Et hoc totum habes in titu. de probat. Violenta præſumptio ſurgit ex veriſimili probatione, & dicitur præſumptio iuris, quoniam ius præſumit ita eſſe: vtputa cùm apparet chirographum cancellatum, ius præſumit debitorēm liberatum. vt ff. de probat. l. Si Chirographū. vbi dicitur. ſi Chiro-

**text. alligare debet, ſed ex ſententia.*

Præſūptio hæc facit, vt deferatur iuramētum deciſorium.

Violenta præſumptio.

n 2 rogra-

rographum cancellatum ſit: licet præſumptione debitor liberatus eſſe videatur, in eam tamen quantitatem, quam manifeſtis probationibus creditor ſibi deberi adhuc oſtenderit, rectè conuenitur debitor.vt ff.de pact. l. Labeo ait. Et præſumit ius quod nullus reſignet Perſonatum Eccleſię,& recipiat poſtmodùm Vicariam.vt ext. de pręſump.c.quia veriſimile.vbi dicitur de quodam, qui dicebatur renunciaſſe perſonatui,& tenuiſſe Vicariam. quod nõ eſt credẽdum, nec præſumendum, quòd renunciaſſet illi quod eſt maius, & retineret id quod eſt minus. Huiuſmodi præſumptionis talis eſt effectus,quòd inducit iudicem ad ſen tentiandum, niſi probatur contra præſumptionẽ. quæ probatio iure admittitur. vt probatur per eaſdem concordantias.& ext.de probat.c. propoſuiſti. Suprà eſt caſus. Neceſſaria præſumptio eſt,quę dicitur iuris & de iure, cùm præſumitur vehementer ſic eſſe vel non eſſe. Hæc inducit iudicem ad ſenten-

Effectus violentæ præſumpt.

Neceſſaria præſumptio.

tentiandum.& in hoc ſolo diſcrepat à violenta, quòd non recipit probationem in contrarium. Et propter talem præſumptionẽ ius ſtatuitur. puta aliquis cognouit ſponſam ſuam cõditionalem, præſumit ius, purum conſenſum matrimonialem adeſſe, & ſententiat pro matrimonio. & ext.cõdit.appoſ.c.de illis.& extra de pręſump. c.illud.vbi dicitur.quidam ſeruus cum quadam muliere libera cohabitauerat diu,& cognouerat,& dicebatur eſſe maritus illius. illa negabat ipſum eſſe matritum ſuum. ille maritus ecõtrà aſſerebat illam ſuam eſſe vxorem, & quia annulos in manu gerebat, quod erat ſignum mulieris cõniugatæ,& quia habebat inſtrumentũ, in quo continebatur donatio ꝓpter nuptias, & in eo appellabatur vxor eius. & ideo dicebat eam vxorem ſuam eſſe. Mulier ecõtrà allegabat eum non eſſe ſuum maritum: quia ſæpè monitus fuerit ab amicis ſuis, vt eam duceret in vxorem, & ille noluerit, imò dixerit, quòd nun-

quam eam ducturus eſſet. dicebatq́ue illud inſtrumentum falſum fuiſſe, vt Dominum ſuum operis ſuis defraudaret. & dicebat mulier, quòd annulos more mulierũ panem vendẽtium in terra illa gerebat. præcepit Papa, quòd fama viciniæ ſuper hoc requiratur, & ſi fama loci habeat, quod tanquam coniuges ſe geſſerunt, remaneat cum illo. Ad idem extra de condi. appo.c.per tuas. verſus finem. vbi dicitur. quòd cùm conſtat quòd poſt contracta ſponſalia eſt carnalis copula ſubſecuta, præſumendũ eſt vehementer pro matrimonio, eò, quòd ab interpoſita conditione videntur receſsiſſe. Item ſi mulier tradita inuitã viro, cõſenſit in carnalẽ copulam, ius præſumit ibi eſſe matrimoniũ. vt ext. c̃. qui matrimo. accuſ. poſ. c. inſuper adieciſti. vbi dicitur. Quidam contraxit cum quadã puella non nubili, quę tamen poſtquam peruenit ad ætatem legitimam, multoties ab eo cognita fuit. poſt quatuor, aut 5. annos à tẽpore matrimonij, dixit ſe ſem-

ſe ſemper & ab initio diſſenſiſſe ab illo. Et quod dicebat voluit probare per teſtes, & * famam. dicitur ibi, quòd aduerſus virum non debet audiri, ideo, quia non reclamauit ante commixtionem in anno, legitimo matrimonio apto. Et ideo quemadmodum ante legitimum conſenſum, qui in anno duodecimo ſpectatur, potuit diſſentire, ſic poſtquam legitimo tempore accedente ſemel in carnalem copulam conſenſit, ex rati habitione ſibi ſilentium non ambigitur indixiſſe. Ad idem extra de eo qui duxit in matrimo. quam. poll. per ad. c. ſignificauit. Item ſi ſtet mulier cum eo per annum & dimidium, ius ſtatuit quod nõ auditur vlterius volens violentiam probare. vt extra de ſpon. c. ad id. & extra de deſpon. impub. c. literas. In ſumma notandum, quòd omne officium rectè actum præſumitur. vt ext. de renunc. c. in præſentia. vbi dicitᷣ. quòd præſumitᷣ pro iudicibus rectè iudicaſſe, donec contrarium

**tex. fama & conuerſatiõe praeclaros.*

Præſcriptio matrimonii contra violentiam.

Omne officiũ rectè actum præſumitur.

probetur. Ad idem ext. de ſcruti. in ord. fac.c. ex parte. vbi dicitur de quodam Epiſcopo, quem quia indignum non nouit, dignum reputare debet. & extra qui cler. vel vouen. c. I. & D. de manu teſta. l. ſeruos. vbi dicitur. ſeruos legauit, & ita cauit. Rogo te, ſi promeruerint, dignos eſſe libertate exiſtimes. Prætoris auctoritate fieri debet, vt cogat libertatem præſtare: niſi quid tale ij ſerui admiſerint, quòd indigni ſint, quòd libertatem conſequantur. Itèm in ſumma notabis, quòd quilibet bonus præſumitur, donec contrarium probetur. vt extra de præſumpt. c. dudum. vbi dicitur. quod præſumendum eſt de quolibet, quòd ſit bonus, donec probetur contrarium. Ad idem II.q.3.c. abſit vt quicquam ſiniſtri de ijs arbitremur, qui Apoſtolico gradui ſuccedentes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt. Item omne maleficium prauè præſumitur actum. vt extra de præſump. c.I. vbi dicitur. ſicut noxius eſt, qui mittit lanceas & ſa-

Item bonus quiſq; præſumitur.

Seſquipedalia verba.

& ſagittas in mortem alterius: ita vir, qui fraudulenter nocet amico, & cùm fuerit deprehenſus dicat ludens feci. quod verum eſt omnino, niſi ratione perſonę contraria oriatur prǽſumptio. vt 5.q.5. c. non omnis qui parcit eſt amicus, nec omnis qui verberat inimicus eſt. Meliora autem ſunt verbera amici, quàm * fraudulenta oſcula inimici. melius eſt enim cũ ſeueritate diligere, quàm cum lenitate decipere.

*aliàs, blanda

Titul. XV.
DE PROBATIONIBVS IVRIS ET *allegationibus*.

POſtquam de facti probatione vidimus, quæ fit per teſtes & inſtrumenta, atque præſumptiones: conſequenter de probationibus iuris, hoc eſt, de allegationibus ſubiungamus. quia ex quo dicta teſtium ſunt publicata, & inſtrumenta exhibita, & vtriq; parti conceſſa, allegationibus inſiſtendum eſt. vt extra de teſti. c.

Teſtimoniis & inſtrumentis productis, iuris allegationib. inſiſtendum eſt.

in cauſis,in fine.vbi dicitur.quòd ſuper dictis teſtium cùm fuerint publicata, & inſtrumenta exhibita,& vtrique parti conceſſa: debet publicè diſputari. Et tunc ſurgere debent cauſſarum patroni, qui glorioſæ vocis munimine lapſa erigant, & fatigata reparent, & cauſarum ambigua facta dirimant. vt C.de aduoc.diuer. iud. Aduocati, qui dirimunt ambigua fata cauſſarũ defenſionis ſuæ viribus, publicis ſæpè in rebus & priuatis lapſa erigunt, fatigata reparant: nõ minus prouident humano generi, quàm ſi prælijs ac multis vulneribus patriam parentesque * ſaluarent. Nec enim ſolos militare noſtro imperio credimus illos, qui gladijs,clypeis, & thoracibus*pugnant, ſed & aduocatos quoque. Militant namque cauſſarum patroni, qui glorioſæ vocis munimine confiſi, laborantium ſpem, vitam,& poſteros defendunt. Vnde videndum eſt, Quid ſit allegare, Quis ordo allegandi, Et qualiter ſunt allegationes faciendæ, Qua-

**aliàs, ſeruarent*

**tex.nituntur*

Diſtributio materiæ.

Qualiter reſpondendum ſit allegatis, Quid pertineat ed officium allegantium, Et quid ad officium iudicis in medio ſedentis. Allegare eſt intentionem probationibus facti, in iudicium introductis, iuribus approbare. Iſte eſt ordo allegandi, actor primò proponere debet, quæ ad intentionem ſuam fundandam viderit expedire. Deinde Reus allegatis ab Actore reſpondeat, reprobando eius allegationes per dicta teſtium, vel inſtrumẽtorum, vel per alias probationes, inducendo pro ſe iura contraria, & inductis ab actore rationabiliter reſpondendo: quoniam actor ad intentionem cauſſæ amplificandam, reus verò ad extenuationem eius laborare debet. 4. q. 4. c. 1. in fin. vbi dicitur. iudices vti debent æquitate, teſtes veritate, accuſatores *intentione ad amplificandam cauſſam, defenſores extenuatione ad diminuendam cauſſam. Ad idem ead. cauſ. & ead. q. c. 2. & 3. ſuprà eſt tit. mut. petitio. de off. aſſeſ. Et ꝙ actor debeat

§. 1.

Allegare quid.

Ordo allegandi.

**aliàs, cõtentione*

beat priùs proponere, probatur extra de mut.pet.c.ex literis.ſuprà eſt tit.de reconuen.&per regulam illam. qui prior appellat, prior agat.Deinde ſi reus exceptionis beneficio iuuari intendat (quoniam in exceptionibus probandis reus fungitur vice actoris, & qui excipit,probare debet.vt D. de proba. l.ſi pactum & l. in exceptionibus. ſuprà eſt titu.de excep.)alleget ea, quæ ad intentionem fundandam, & exceptionem probandam faciunt. Et poſteà allegationibus rei actor reſpondeat, deſtruendo allegationes eius, ſi poteſt. Deinde, ſi actor contra reum replicare intenderit,ſuper ipſa replicatione,ſi quid habet, proponat. cui eodem modo reſpondeatur à reo,& ſimiliter fiat in triplicatione, & deinceps.Hoc modo faciendæ ſunt allegationes.

§. 2. *Quomodo facienda ſint allegationes.*

ſi talis eſt iudex,de cuius iuriſdictione nõ immeritò dubitari poſsit, puta delegatus, vel arbiter: aduocatus actoris legat primò literas commiſsionis, vel chartam cõpromiſsionis ſuæ. deinde

inde ſuam recitet intentionem legendo libellum, ſi datus fuerit in cauſſa. Si aduerſarius aliquam partem petitionis ſuæ confeſſus fuerit in iure, illam proponat iudici tanquam euidens, vt tunc quaſi ꝓ iudicato habeatur. vt ff de confeſſ. l.1. ſuprà eſt. Ea verò quæ aduerſarius negauerit per probationes introductas in cauſa, ſatagat approbare, ſcilicet, per dicta teſtium vel per inſtrumenta, vel per reſponſiones, vel præſumptiones, legendo dicta teſtium, vbi ſuper denegato articulo mentionem fecerunt. ſic legẽdo dictum cuiuslibet teſtis, qui ſuper illo articulo depoſuit. & quanto plures teſtes concordes habet, tanto melius erit: quoniam alias numerus teſtium, alias fama conſentiens confirmat rei fidem, de qua quæritur. vt extra de teſti. c. in noſtra præſentia. & 4.q.3.c. ſi teſtes. §. Sæpè. ſuprà eſt tit. prox. Sed ſi aliqui teſtes diſcordes eſſe videntur, concordet illos aduocatus ſi poteſt. vt extra de teſti. c. cùm tu fili. & 2.q.1.c.

ſi pec-

ſi peccauerit. vbi dicitur. diſtinguite tempora, & cõcordabit ſcriptura. vt 11. q. 3. c. anteceſſor. verſ. diſtinguite. Item ſi præſumptiones & inſtrumẽta faciunt cum teſtibus, vel cum dictis eorum, alleget ea ad confirmandam fidem teſtium. vt ff. de probatio. l. Imperatores. §. probationes quæ de filijs dantur, non in ſola affirmatione teſtium conſiſtunt, ſed & epiſtolas quæ vxoribus miſſæ allegarentur, ſi de earum fide conſtiterit, nonnullam * fidem inſtrumẽtorum obtinere decretum eſt. Et omnia quæ faciunt ad id, quod probare intendit, inducat, & in ſimul coniungat, & alleget: quoniam qui allegat, alligat: vt omnibus coniunctis & inuicem ſibi ſuffragantibus probetur fortius, quod intenditur. nam funiculus triplex difficile rumpitur. vt ext. de treuga & pa. c. 1. Et quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. Fundata verò intentione ſua, per ꝓbationes facti, ad probationes iuris deſcendant, allegando leges & canones, & ar-

*text. vicem

Funiculus triplex difficulter rumpitur.

Impletis aut deficientib. probationibus inartificialibus. confugien.

& argumenta & rationes, quæ ad ſuam faciant intentionem. vt 11. q. 3. c. ſummoperè præcauendum eſt, vt rectores Eccleſiæ, & qui publica iudicia exercent, in dictandis ſententijs nullatenus leuitate aut *fauore ducti, ſint præcipites. Sed cauſsis priùs diligenter ventilatis, cùm res quæ ignorabatur, pleniter ad notitiam peruenerit: tunc diuina & humana lex reuoluatur, & ſecundum quod ibi cõſtitutum eſt, remota perſonarum acceptione, diffinitiua ſententia proferatur. Hinc eſt quod Moyſes querelas populi ſemper ad Dominum, tabernaculũ ingreſſus referebat, & iuxta quod Dominus imperabat, iudicia proponebat, nimirum nos inſtruens, vt non ex corde noſtro, ſed ex præcepto diuino, condemnationis vel iuſtificationis ſententiam proferamus. Et ſi ſint plures articuli & petitiones, ita faciat ſuper quolibet concludens allegationẽ ſuam, quod per ea, q̃ allegauit, & alia quæ ꝓ actore ſuo faciunt, iudex debeat reum con-

dum eſt ad rationes, argumenta, & leges.

**tex. furore*

Iudex ſecundũ ius ſcriptum iudicet.

condemnare, & pro actore ſenten
§. 3. tiam dare. Tunc reſpondeat Ad-
Quomodo reſpondendum ſit allegationibus.
uocatus rei per ordinem ad omnia, quæ introduxit pro ſe actor, deſtruendo omnia dicta teſtium, quibus actor ſuam fundauit intentionem: aſsignando contrarietatem, & varietatem in dictis eorum, ſi poteſt: vel quòd non reddunt rationem ſui teſtimonij: vel quòd non reſpondent ad interrogata: vel quia ſunt infames, & tales quòd nõ ſit eis fides adhibenda, vel dictis eorum, ſicut ſuprà tractauimus in tractatu teſtium: vel redarguendo eos de falſo. vt dicitur infrà in tit. Quæ ſent. ipſo iure nul. ſit. §. Releuatur ſententia. Studeat etiã alio modo (ſi poteſt) factum aſſeuerare, & eodem modo reſpondeat inſtrumentis & præſumptionibus, & alijs rationibus ab actore introductis. Et demum ad iura allegata reſpondeat, diſtinguendo & exponendo illa, & alia iura allegando. Et hæc allegandi, & reſpondendi forma probatur expreſsè. extra de proba. c.
licet

licet cauſam. & ext. de fide inſtru. c. Inter dilectos, vbi multæ ſunt allegationes ſuper quodam inſtrumento & ſigillo inſtrumenti, & ſuper quibuſdam teſtibus, quorum nonnulli reprobantur, alij non. Si autem reus aliquam propoſuerit exceptionem (quoniam in excipiendo reus fit actor, vt dictum eſt ſuprà) ipſam exceptionē confeſsionibus, inſtrumentis, & præſumptionibus probare laboret, ſicut de allegationibus ex parte actoris dictū eſt. Et ei ab actore reſpōdeatur, ſicut ſuperiùs oſtenſum eſt. & ſic fiat in replicatione, quæ competit actori: & in triplicatione, quæ competit reo. vt ff. de excep. l. 1. Suprà eſt titul. de excep. Et nota, quòd in omnibus allegationibus primò dicendum eſt aliquid, quod moueat animū iudicis ad credendum ſibi, medio dicat mediocria, vltimò reſeruet, quod validius eſt: quoniam ea, quę vltimò audiuntur melius memoriæ commendantur, & diutiùs in animo permanent. vt de con- *Collocatio probationum.*

ſec:

ſec.diſt.2.c. liquido. verſus medium. vbi dicitur. Saluator, quò vehementius commendaret myſterij illius altitudinem, vltimò hoc voluit inſigere cordibus, & memoriȩ diſcipulorum, à quibus erat

§.4. digreſſurus. Ad officium allegan-

Allegans ſtare debet.

tium pertinet non ſedere, ſed ſtare, & omnia probare, quæ ad commodum cauſſæ clientuli ſui prodeſſe viderit. nulla tamen conuicia cõferat, niſi quæ ad cauſſam ꝓficiant. vt C. de poſtu. l. quiſquis. vbi dicitur. ſi quis adeò procax fuerit, vt non ratione, ſed probris putet eſſe certandum, opinionis ſuæ imminutionem patiatur. Nec enim conniuentia *commendanda eſt, vt quiſquam negotio ſuo derelicto, in aduerſarij ſui contumeliam aut palàm pergat, aut ſubdolè. Caueat quoque aduocatus actoris diligenter, ne contrarius ſibi ſit in ſuis petitionibus: quia contraria allegans non eſt audiendus. vt ext. de ap. c. ſollicitudinem. Aduocatus verò rei, varijs exceptionibus vti poteſt. vt D. de

*tex. cõmodanda

Aduocatus actoris diſſentanea et diuerſa poſtulans repellitur: ſecùs in aduocato rei.

excep.

excep.l. nemo. vbi dicitur. nemo prohibetur pluribus exceptionibus vti, quamuis diuerſæ ſint: niſi lex impediat. Ad idem ff. de reg. iur. l. nemo. Veruntamen ſi aduocatus erat proponendo contrarium, quàm deberet proponere, aut in facto: præſente domino litis, & non contradicente perinde habendum eſt, ac ſi dominus ipſe confeſſus eſſet. vt C. de erro. aduoc. l. 1. vbi dicitur. ea quæ aduocati partium præſentibus ijs quorum cauſſæ aguntur, allegant, perinde ſunt habenda, ac ſi ab ipſis Dominis litium proferantur: niſi in continenti, id eſt, triduo proximo ipſi contradixerint Domini. vt C. eod. titul. l. vlti. Suprà eſt titul. de confeſſ. §. vltimò. Ad idem extra de cenſibus c. olim, circa medium. Et dicit decretalis no. quòd Procurator poteſt reuocare facti errorem. vt extra de ap. c. cùm cauſam. Sed tamẽ poteſt tam Dominus ipſe, quàm aduocatus reuocare errorẽ in facto, vſq; ad diffinitiuã ſentẽtiam.

Si aduocatus errans proponat cõtrariũ eius, quod debebat proponere, reuocare poteſt errorẽ tam in facto, quàm in iure.

vt C. de iuris facti igno. l. error. vbi dicitur. error facti nondum finito negotio nemini nocet: ná cauſſa deciſa per ſententiam vela-
al. inſtauratur mento tali non * reſtauratur. Ad idem facit decre. no. extra de confeſſ. c. ex parte. Et hęc ſententia eſt Domini Azonis. Sed alij quidam
Vſq; ad triduum emendare poteſt. dixerunt, quòd vſq; ad triduum, & vltra non. vt C. De erro. aduoc. l. vlt. iam citata eſt. Sed ſi aduocatus etiam errat in iure, poteſt reuocare ſuum errorem ſecundum opinionem omnium, & corrigere quandocunque voluerit: quoniam qualitatem cauſæ melius ſcire poteſt, quàm iuris ſtatuta. Ad
§. 5. officium iudicis pertinet ſedere & non ſtare, & inueſtigare omnia, quæ ad inſtructionem faciunt, interrogando & obijciendo. vt 30. q. 5. c. iudicantem. ſuprà eſt. ſupplere etiam debet id quod aduocatis partium deeſt in iure, & quan doque in facto. vt extra poſtula. præla. c. bonæ memoriæ. & de cõceſ. præben. c. ex parte. & in inſtit. de ac. §. Si minus. ff. de edilic. edicto.

Officiũ iudicis in cognoſcendis cauſis eſt, omnia diligenter perueſtigare, & nonnunquã defectum aduocatorum ſupplere.

ćto. l. bouem. §. aliquando. ff. famil.hercis.l.ſi filia.§.1. Sed contrà extra de ſymonia.c.licet.& ff.com muni diuidun. l. vt fundus. extra de confir. vtili vel inuti.c. examinata.Solutio.poteſt dici,quòd iudex ex officio ſuo poteſt ſupplere de ijs quæ ſpectant ad iudicij ſubſtantiam, etſi aliqua ratio allegetur, & alia quæ non allegatur moueat iudicē: poteſt iudex eam ſupplere ex officio ſuo (vt extra de conceſ. præb. & ec. non va. c. ex parte) in iure: quoniã ſi ius omittit quod allegare debuit, ſupplere debet iudex: & id proferre quod legibus & iuri publico videatur conuenire.vt expreſsè habetur.C. vt quæ deſint aduo. partium iudex.ſuppleat.l. vnica. vbi dicitur. nō dubitandum eſt iudici, ſi quid à litigatoribus, & ab ijs qui negotijs aſsiſtũt, minus fuerit dictum, id ſupplere & proferre quòd ſciat legibus & iuri publico conuenire. Quoniam iudex introducere poteſt leges & canones,qui ad cauſam faciunt, & ex officio ſuo alle-

Quomodo intelligatur iudex ſupplere quod Cauſæ deſit.

gatis reſpondere. Poteſt etiam & debet iudex libellũ malè formatum reijcere: ne cogantur partes & ipſe inutiliter laborare. vt ff. de off. aſſeſſ. l. 1. ſuprà eſt titul. de aſſeſſ. & 2. q. vlti. libellorum. ſuprà eſt titul. de libell. format. Et hæc iuris ſuppletio locum habet ante lit. conteſt. & poſt. In facto autem, quod ſibi notum eſt tanquam iudici, iudex ſupplere debet: non in eo, quod ſibi notum eſt vt priuato. quid enim ſi ſciat confeſsiones partium per dicta teſtium, & aliqua illarum partium aliter illa proferat quàm ſint. certè tacente altera parte vel abſente, ſupplere debet, & oſtendere aliter quàm proferantur, illa ſe habere. Et quod in tali facto poſsit ſupplere, probatur C. de app. l. ampliorem. Item ad officium iudicis pertinet repellere militem à procuratione, etiam tacente aduerſario. vt D. eod. titul. l. filiuſfamil. §. veterani. ſuprà eſt titul. de Procura. & C. de Procur. l. militem. vbi dicitur. militem ſti-

Ineptum libellum reiicit iudex ex officio.

In facto quãdo & quomodo ſuppleat

Miles repellitur ab aduocatione per offi. iudicis.

pen-

pendiarium, nec pro parte, vel matre, vel etiam vxore, nec ex ſacro reſcripto procuratorio nomine experiri *poſſe: cùm neque defenſionem alienam ſuſcipere, vel redimere negotium, vel quaſi ſuffragatorem accedere, pro publica vtilitate permittitur. Neque debet iudex finem imponere dictis aduocatorũ, ſed dicant quamdiu voluerint. vt 30. q. 5. iudicantem. finitis allegationibus & rationibus vtriuſque partis, quærere debet iudex, ſi habuerint quid amplius, quod proponant. Si autem partes renunciauerint allegationibus, & concludant in cauſſa: tunc petant ſententiam ferri. Quæ omnia redigenda ſunt in ſcriptis apud acta. vt ext. de proba. c. quoniam. Suprà eſt. Ijs præactis debet iudex ᵃrecapitulare allegationes, & reſponſiones partium ſub breuiloquio: ſicut fecit Salomon in quæſtione duarũ meretricum de

*tex. opertet

Iudex non debet diſputãdi copiam teſtib. præcidere.

Quando in cauſſa concludendum.

a ἀνακεφαλαιώσασθαι.

Iudex debet per Epilogum deducta partium repetere ante ſententiam.

o 4 filio

ſilio litigantium, dicentium. filius meus viuit, &c. Et hoc debet fieri, vt partes intelligant, quod iudex ſit plenè inſtructus in meritis cauſſæ. Et ſi quæſtio intricata mota eſt, quæ plures habeat articulos, allegationes partium in ſcriptis recipiat, & ſuper ijs deliberet, nihil omnino omittens in conſilio adhibendo, viſis omnibus in cauſa productis, & diligenter examinatis, per definitiuam ſententiam ſecundum cauſæ merita terminet quæſtionem.

TANCREDI IVRISCONSVLTI ET GLOSSATORIS ANtiquiſſimi de ordine iudiciario Liber quartus.

Titul. I.

DE SENTENTIA DEfinitiua & interlocutoria.

QVoniam diffinitiua ſententia omnibus controuerſijs ſiue negotijs finem imponit. vt ff.de ſent. & re iudic. l. 1. vbi dicitur. Res iudicata dicitur, quæ finem cõtrouerſiarum pronunciatione iudicis accepit: quod vel condemnatione, vel abſolutione contingit. vt D. de arbi. l. diem. §. Stari. & l. qualem. §. dicere. Idcirco in hac quarta parte & vltima præſentis operis, de ſententia & ijs quæ ſequuntur, tractatum ſubijciamus. Videamus igitur quid ſit ſententia. Quot ſint eius ſpecies. A quo proferenda, Quando, Et qualiter, Et quis effectus ſen- *Sententia quidẽ*

tentiæ. Eſt autem ſententia propriè diffinitio iudicialis, quæ controuerſijs finem imponit pronunciatione iudicis, condemnationem vel abſolutionem cõtinens. vt ff. de ſen. & re iud. l. 1. Excommunicatio autẽ vel interdictum non ꝓpriè dicitur ſententia: quia potiùs punit, quàm finem cauſsis imponit. Item dicitur ſententia, arbitri opinio. vt ff. de recep. arb. l. qualem ſententiam dicat arbiter ad Prætorem nõ pertinere Labeo ait: dummodo dicat quod ipſi videtur. & ideo ſi ſic fuerit in arbitrum compromiſſum, vt certam ſententiam dicat: nullum eſſe arbitrium, nec à Prætore cogendum ſententiam dicere. Item dicitur ſententia cuiuſq; orationis ſignificatio: & quibuſdam alijs modis, de quibus nil ad præſens.

Excommunicatio non propriè ſent. dicitur.

Variæ ſentent. ſignificationes.

§. 1. Iudicialis autẽ ſententiæ duæ ſunt ſpecies. Nã alia eſt definitiua, alia interlocutoria. Eſt autem interlocutoria ſententia ſemiplena ſententia quæ profertur inter principium & finẽ cauſę, non ſuper principa-

Iudicialis ſententiæ duæ ſpecies.

cipali, ſed ſuper emergentibus & incidentibus quæſtionibus, puta ſuper libello offerendo, vel corrigendo, vel danda dilatatione, vel deneganda, & ſimilibus. vt extra de libell. obl. l. ſignificantibus. Ad idem extra de off. delega. c. cùm olim. & de teſti. c. ſignificauerunt. Et quòd interlocutio nõ ſit plena diffinitio, probatur per dictas concordantias. & C. de rebus credi. l. penult. Et dicit dominus Azo, quòd ſentẽtia interlocutoria non obtinet vim rei iudicatæ. & hoc ideo, quia qui protulit ipſam, poteſt eam reuocare. vt ff. de re iudi. l. quod iuſsit. & melius extra de ap. c. cum ceſſante. vbi dicitur. cum ceſſante cauſſa ceſſet & effectus: ſtatuimus, vt ſiue iudex ordinarius, ſiue delega. aliquid comminando, vel interloquendo protulerit, quò executioni mãdato, alter litigantiũ grauaretur, & ſano vſus conſilio ab huiuſmodi interlocutionis, vel comminationis effectu deſtiterit, liberè in cauſæ cognitione ꝓcedat, nõ obſtan-

Interloc. non obtinet vim rei iudicatæ.

obſtante, ſi à tali comminatione fuerit appellatum, dummodo nõ ſit ex alia cauſſa ſuſpectus: ne proceſſus negotij friuolis occaſionibus retardetur. Diffinitiua ſententia eſt, quæ principale negotium determinat, quæ tamen debet continere abſolutionem, vel condemnationem, aliter non valet. vt ff. de re iudic. l. 1. ſuprà eſt. 2. q. 6. c. ei qui appellat. §. diffinitiua. vbi dicitur. diffinitiua ſententia quæ vel abſolutionem vel condemnationem non continet, pro nulla habetur. Vel aliquid aliud, quod habeatur loco condemnationis vel abſolutionis continere debet. vt extra de verbor. ſig. c. in his quæ ambig. vbi dicitur. quòd verba quæ æquipollent ſententiæ definitiuę, tantundẽ valent, quantum ſententia. Ad idem ff. de arbitris l. quid tamen. §. Si arbiter. & D. de re iudic. l. in ſumma. & l. ait Prætor. §. ſi iudex. quæritur, à quo proferenda ſit ſententia? Reſpondeo à ſuo iudice, ab eo qui iuriſdictionem ſuper quæſtione propoſita

Definitiua ſententia quæ?

§. 2.

A quo proferenda ſit ſententia.

ſita

ſita habet. Nam ſententia à non ſuo iudice lata non tenet. vt extra de iudic. c. at ſi clerici. & C. ſi autem comp. l. vlt. & D. de reg. iur. l. factum à iudice. & 2. q. 1. c. imprimis. & extra de conſuetudi. c. ad noſtram. Et ſciendum eſt, quòd non competens iudex dicitur, qui nullam habet iuriſdictionem: puta cùm per falſas literas commiſſio facta eſt. vt extra de crimine falſi. c. ſuper eo autem, quod auctoritate falſarũ literarum latam noluiſti mandare executioni ſententiam, commendamus prudentiam tuam: mandantes, vt quandocunq; ſcripturam aliquam ſub nomine noſtro deſtinatam, redarguẽdam videris falſitatis, nullam ei fidem adhibeas, & quod in ipſa mandatur, nõ obſerues. Sed eum, q repræſentauerit retineri facias. Item ſi iudex datus eſt ad vnam cauſam certam, & voluerit iudicare de alia, non poteſt. vt extra de off. deleg. c. olim, primo loco. vbi dicitur. quòd ad ea, de quibus nõ ſit mentio in reſcripto non poteſt

Iudex incõpetens quis dicatur.

Si per falſas literas commiſſio eſt facta.

Si de alia cauſa iudicet, quàm ad quam datus eſt.

teſt iuriſdictio prorogari. Ad idem extra de off. deleg. c. p. & g. Item ſi partes conſentiant in eum, qui nulli iuriſdictioni præeſt, non poteſt iudicare: quoniam priuatorum conſenſus iuriſdictioné non tribuit ei. qui nulli præeſt. vt ff. de iud. l. 1. vt expreſsè dicitur C. de iuriſdict. om. iud. priuatorum cõſenſus iudicem non facit eum, qui nulli præeſt * iuriſdictioni, nec quod is ſtatuit, auctoritatem continet rei iudicatæ. Item ſi in eum, qui iuriſdictionem habet, conſentiant partes per metum, vel per errorem, non valet ſententia. vt ff. de iud. l. 2. & C. de epiſco. audien. l. ſi qui. & D. de iuriſdictio. om. iudic. l. ſi per erroré alius pro alio fuerit alius fuit aditus Prætor, non valebit quod actum eſt. Nec enim ferendus eſt, qui dicit eos conſenſiſſe in Præſidem, vt Iulianus ſcripſit. Non enim conſentiunt, qui errant. Quid enim tam contrarium conſenſui quàm error, qui imperitiam detegit? De metu habetur quod ea quæ vi,

Si partes conſentiant in eum, qui nulli iuriſdictioni præeſt.

* *tex. iudicio*

Si conſentiant per metum vel errorem.

Non conſentiunt, qui errant.

vi, metusúe cauſſa geſta ſunt, debent in irritum reuocari. vt extra de his quæ vi metusúe cauſſa. & in rubro & in nigro per totum ff. eo. titul. l. 1. vbi dicitur. Ait Prætor: Quod vi, metusúe cauſſa geſtum erit, ratum non habebo. Si verò iudex habet iuriſdictionem ſuper re, de qua profert ſententiam, licet ante litis conteſtationem potuiſſet per exceptionem eius iuriſdictio declinari: Si tamen lite coram eo conteſt. ſententiam tulerit, valida eſt. vt extra de ſen. & re iudic. c. Inter monaſterium, ſuprà eſt caſus titul. de excep. vbi dicitur. quòd quis ſubeundo iudicium, exceptionibus dilatorijs renunciare videtur. Et quod ante litis conteſtationem except. dilatoriæ ſint ꝓponendæ, probatur extra de ap. c. cùm cauſſam. & C. de except. l. penult. niſi ex alijs cauſis poſsit reprobari iuriſdictio eius, vt infrà dicemus. Præterea debet iudex ore ſuo ſententiam pronunciare, & non committere alij, vt eam recitet. Alioquin ipſo iure nulla

Iudicis iuriſdictio ante litem conteſtatam eſt declinanda.

Iudex ore proprio ſententiam proferat.

nulla eſt.vt extra de conſuet.c. ad noſtram. vbi ponitur talis caſus. In Datia erat couſuetudo, quòd in cauſis Eccleſiaſticis, auditis allegationibus vtriuſq; partis à circumſtantibus literatis & illiteratis, ſapientibus & inſipientibus, quid iuris eſſet ſuper illo articulo, inquirebant. Et quod illi dicebant, ſiue aliquis eorum, pro ſententia habebatur. reprehendit Papa conſuetudinem, vtpote nullam, & iuri ſcripto contrariam. & ꝓhibet, quòd de cætero talis conſuetudo non obſeruetur, quia ſen tentia à non ſuo iudice lata non tenet. Ad idem & melius C. de ſententijs ex breuiculo reci. l. 1. vbi dicitur. arbitri ſententia nulla eſt, quam ſcriptam edidit, ſi non litigatoribus ipſe recitauit. Si igitur nihil fallis, omiſſa prouocationis mora, ex integro iudicari impetrabis à rectore ipſius prouinciæ. Ad idem C. eod. tit. l. hac lege perpetua credimus ordinandum, vt iudices quos cognoſcendi & ꝓnunciandi* manet neceſsitas, non* ſubitò,

*tex. tenet
*ſubitas

bitò, ſed ex deliberatione habita poſt negotium ſententias ponderatas ſibi antè forment, & emendatas ſtatim in libellum ſecuta fidelitate, conferant, ſcriptasque ex libello partibus legant. Sed nec ſit eis poſt hæc copia mutãdi vel corrigẽdi, exceptis tam viris eminentiſs. præfectis prætorio, quàm alijs illuſtrem adminiſtrationẽ gerentibus, cæteriſque illuſtribus iudicibus, quibus licentia conceditur, etiam per*officiales ſuos & eos qui miniſterium ſuum eis accommodant, ſententias diffinitiuas recitare. Excipitur iudex illuſtris qui poteſt per quemlibet alium ſententiam ſuam recitare, dummodo iſte ſciat eam legere. vt in e. l. dicitur. & in authen. vt ab illuſtr. & qui ſup. eam dignita. ſunt conſt. §. Sancimus. Coll. 5. vbi dicitur. Sancimus igitur vſque ad magnificentiſſimos illuſtres hæc valere, & modis omnibus eos per Procuratores pecuniarias exercere cauſas: nec nõ etiam iniuriarum per Procuratorẽ criminali modo moue- re, ſe-

*text. officiũ ſuum

Iudex illuſtris per ſubſtitutum ſententiam profert.

re, ſecundum quod datum eſt eis ſuper hoc priuilegium: nec cogantur aut ſedere cum iudicibus cùm iudicant: aut ſtare rurſus tanquam litigantes. ex vtroque enim cauſſa videtur incauta, aut dignitatibus iniuriam ſuſtinentibus, aut iudiciali ſchemate indignè procedente. Poſt magnificentiſsimos igitur illuſtres, omnibus licentia ſit volentibus Procuratores ordinare, & per ſe lites exercere, nulla *ex hoc neque prohibitione, neque damno, neq; pœna inferenda eis. Tua igitur eminentia, quæ viſa ſunt nobis, & per hanc ſacram declarata ſunt legem, omnibus faciat manifeſta, quæ moris ſunt ſuper his agens. Item ſi plures ſunt iudices, omnes ſentẽtiare debent, aliter non valet ſententia. vt 2. q. 6. c. ei, qui appellat. §. diffinitiua, in illo verſ. ſi plures ſunt iudices dati, non valet ſententia vnius tantùm, nec ab ea oportet appellare. vt extra de off. iud. delegati c. cauſam. Suprà eſt titul. de off. deleg. ad idẽ ff. de arbi. l. ſi in tres. Et hoc

*aliàs, ex hac prohibitione.

Si plures ſint iudices omnes debẽt ſententiare.

ve-

verum eſt generaliter, niſi aliquis eorum eſſet abſens per contumaciam: quoniam tunc valeret ſententia præſentium. vt extra de off. deleg. c. prudentiam. §. adijcimus. vbi dicit. quod niſi fuerit in commiſsione appoſitum, vt ſi omnes intereſſe nequiuerint, duo nihilominus in cauſa procedant: difficultatem quidem parit, ſi omnes præſentes nõ ſint. tamen ſi aliquis ex ipſis cùm poſsit, noluerit intereſſe, dúo nihilominus in cauſſa ꝓcedant: licet ipſe grauiſsimè ſit puniendus, pro eo quòd mandatum apoſtolicũ ſubterfugiat. Ad idem ff. de re iudi. l. duo. vbi dicitur. duo ex tribus iudicibus, abſente tertio iudicare non poſſunt: quippe oẽs iudices iudicare iuſsi ſunt. Sed ſi tertius adſit, & ecõtrà ſententiat: ſtabitur duorum ſententiæ. Quid enim minus verum eſt, omnes iudicaſſe? Nunc videamus quãdo ferenda ſit ſententia. & quidem ordine iudiciario præmiſſo, litis ſcilicet conteſtatione, confeſsionibus, allegationibus, & atte-

§. 3. Quando ſententia ferenda ſit.

& atteſtationibus auditis, & omnibus cauſæ meritis diligenter inueſtigatis, In die nõ feriato, & ante crepuſculum noctis, & ordine iudiciario in omnibus obſeruato, quia aliter ſententia nõ valet. vt extra de purg. can. c. cum dilectis circa medium. 30. q. 5. c. iudicantem. & extra vt lit. non conteſt. c. adhæc. & extra de reſcrip. c. cum inter. extra de off. deleg. c. conſuluit. vbi dicitur. quod ad procedendum in cauſſa, congrua hora intelligitur, ex quo poſsit ante tenebras noctis perfici, quod incumbit. Nam ea quæ præter iüris ordinem fiunt, non habent firmitatem. vt D. de ferijs l. ſi feriatis Suprà eſt titul. de ferijs. Et ſententia lata ordine iudiciario prætermiſſo, vel non ſeruato, ipſo iure non tenet. vt 2. q. 6. c. ei qui appellat. §. diffinitiua. vbi dicitur. ſententia contra ordi. iudi. lata à Præſide, auctoritatem rei iudicatæ nõ obtinet. Et hoc generaliter verum eſt. Sed tamen excipiuntur quidam caſus, in quibus lit. non conteſt.

Sentẽtia lata prætermiſſo ord. iudicii ipſo iure nulla eſt.

teſt. poſſunt teſtes recipi, & ſententia diffinitiua ferri. Primus eſt, ſi agatur de electione alicuius Prælati caſſanda, vel confirmanda. Secundus eſt, ſi agatur de matrimonio carnali, & is qui conuenitur contumax ſit. Tertius eſt, ſi agatur in modum inquiſitionis de crimine alicuius. vt extra vt lit. non conteſt. c. quoniam frequenter. extra de accuſatio. c. qualiter & quando 2. loco, circa medium. vbi dicitur. præſens debet eſſe, contra quem facienda eſt inquiſitio: niſi ſe per contumaciam abſentauerit. Quartus caſus eſt, vbicunque aliquid expeditur iudicis officio. vt extra de iureiu. c. Ad noſtram, ſcilicet eſt, titul. quando teſtes ſunt producendi. Quintus eſt, actore abſente per contumaciam, & reo petente ſe abſolui. vt extra de dolo, & contu. c. cauſſam C. quomodo & quando iudex. authen. qui ſemel. ſuprà eſt tit. de diffe. iud. de leg. §. 2. Sextus eſt, vbi cauſſa merè ſpiritualis eſt, & agitur ſine temporali incommodo alicuius. vt

Caſus in quib. ante litem conteſtatam ſententia poteſt proferri.

3.

4.

5.

6.

extra de ſen.excom.c. à nobis.vbi
dicitur. quòd abſolui poteſt poſt
mortem,qui pœnitentiam agit, ſi
moriatur ea nondũ peracta:eiusq;
propoſitum ex certis ſignis colli-
gitur. Ad idem 26.q.6.c.qui rece-
dunt.cũ ſeq.& 24.q.2.c. ſanè pro-
fertur.Dñs AZO alios caſus excipit:
a 7. [a]cùm impubes ex Carboniano e-
dicto, vel mulier nomine ventris
b 8. petit ſe mitti in poſſ. bonorũ: vel
[b]reo abſente petit actor ſe mitti in
poſſeſ.bonorũ cauſa rei ſeruandæ:
c 9. [c]vel cùm queritur,an interſit acto-
d 10. ris rem exhiberi: [d] vel cùm lega-
tarius petit ſibi ſatisdari pro lega-
to.& quæritur,an ſit legatum reli-
e 11. ctũ:[e]vel cùm filius petit alimēta, &
f 12. quæritur, an ſit filius: [f]vel cùm ca-
piuntur pignora ex cauſa iudicati,
& quæritur, an ſit condemnati. vt
ff.de Carbo.edicto.l.3.§. duæ cau-
ſę.& D.de ven.in poſ.mitten.l.1.§.
ſi ea.& C.vbi in rē act.l. pen. C. de
bonis auctori. iudi.poſsid. Auth.
q iurat.ff.vt in poſſ. legatorũ. & c.
l.Si is,à quo,& D.ad exhiben.l.3.§.
ſciendum.& D.de liber.agnos.l.Si
quis,

quis.§.Si vel parens.ff.de re iudi.l. à Diuo Pio.§.Si ſuper.In omnibus ſupradictis caſibus, ſi is qui cõuenitur vel vocatur, non vult cõparere: quęſtio poterit per ſentẽtiam diffinitiuam terminari, quoad articulum illum. Qualiter ꝓferenda ſit ſentẽtia? reſpondeo à iudice ſedente pro tribunali, in loco conſueto, vbi ſolet ius reddi, vel aliter honeſto, anõ in lupanari vel Popina. & hoc vtraque parte præſente: niſi altera pars per contumaciam abſit: quia contumacia facit eum haberi pro præſente. Sententia iudicis ſit priùs in ſcriptis redacta & *concepta, coram ſe poſitis ſacroſanctis ſcripturis. vt 2.q.1.c. Inprimis. & 3.q.3.c. induciæ.§. à iudice. vbi dicitur. quòd non poſſunt peti niſi à iudice ſedente ꝓ tribunali, & vtraque parte præſente, & conſentiente. Ad idem ff. de arbi. l.ſi cùm dies.§.Si arbiter. vbi dicit. quòd ſi in aliquem locum inhoneſtum adeſſe iuſſerit arbiter, puta in popina vel in lupanari, impunè ei non paretur. Ad idem C.de iud.

§.4.
Modus in proferẽda ſententia.

a l.publica. D. de *iuſti.* & *iur.*

Sententia ſcripto cõprehendi debet.

*aliàs, correcta

iud.l.properandum. & l. rem non nouam. Præterea adeſſe debent in prolatione ſententiæ ij, quorum conſilium in pręſentia requiritur: puta Epiſcopales Canonici, qui cum epiſcopo ſententiam proferre debent.vt 15.q.7.c. Epiſcopus. vbi dicitur.Epiſcopus nullam audiat cauſſam,niſi præſentia Clericorum firmetur.Ad idem extra de ijs, quæ fi.ab Epiſcop. ſine conſ. cap.c. nouit. Item iudex in prolatione ſententiæ debet exprimere petitionem actoris & eius allegationem: deinde reſponſiones rei, & eius exceptiones,& quicquid in cauſſa petitum & allegatum fuerit, ſub epilogo, id eſt, breuiloquio. Et eis prælibatis dicat, Viſis & auditis confeſsionibus & allegationibus vtriuſque partis,& etiam atteſtationibus,inſtrumentis, & rationibus ab actore, & à reo ꝓductis,diligēter inueſtigatis & intellectis, habito peritorum virorum conſilio,talem cōdemno,vel abſoluo.Vel aliter proferat,prout viderit expedire, ꝓferendo quod ſacris

Debent adeſſe cōſiliarii.

Recenſenda ſunt breuiter merita cauſſæ.

ἀνακεφαλαιώσις.

Formula ſentētiæ.

ſacris canonibus, ſiue legibus, vel approbatis conſuetudinibus cõueniat, quæ omnia in tenore ipſius ſententiæ proferenda ſunt. vt 11.q.3.c. ſummoperè. ſuprà eſt tit. de allega. §. 2. & extra de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. c. cùm veniſſent. vbi dicitur. Quidam miles appellauit à quodam Cardinali, quia nolebat iudicare ſecundum conſuetudinem terræ ſuæ. & dicitur. quòd ſi conſuetudo bona eſt, & iuri non contraria, valet appellatio. & fuit ei reſtituta poſſeſſio, qua Cardinalis eum ſpoliauit. Veruntamen ſi rationes & allegationes partium, quæ mouent iudicem ad ſententiandum in ſententia, non ponantur: nihilominus valeret ſententia, vt legitur extra de ſent. & re iudi. c. ſicut nobis: quia ſemper præſumitur pro iudice, niſi probetur contrarium. vt extra de renun. c. In pręſent. Ad idem Inſtit. de inuti. ſtip. §. Si ſcriptum ſit in inſtrumento aliquem promiſiſſe, perinde habeatur, ac ſi interrogatione pręcedẽte reſpon-

Si rationes iudicẽ mouentes in ſententia omittãtur, valet tamen ſententia.

ſum ſit. Et nota, quòd ſi actum eſt ab initio in cauſſa per Procuratorem, ſiue Syndicum, vel actorem: in perſona eius formanda eſt ſententia, & non in perſona Domini, & ipſe cōdemnandus eſt, & ei quoque cōdemnatio facienda eſt: excepto crimine iniuriarum. vt C. de iniur. l. vlti. & extra de tranſac. c. ex literis, & extra de probat. c. licet. quia ſpeciale eſt in cauſſa iniuriarum. aliàs in Procuratorem ferenda eſt. vt ext. de cenſ. c. olim cauſam, in fine. vbi dicitur. quòd Papa cōdemnauit quendam Procuratorē quorundam clericorum, ad ſoluendam quandam pecuniam cenſualem, vel eius æſtimationem. vt extra de elect. c. querelam & C. de ſen. & interlo. l. 1. extra de cappell. Monach. c. Dilectus. Si verò Dominus cauſæ in propria perſona litigaret ab initio, quamuis poſteà in cauſſa illa Procuratorem dedit, formanda eſt ſententia in perſonam eius Domini, & non in Procuratorem. vt extra de tranſac. c. ex literis. vbi dicitur. Quòd quidam

In eum ſententia dictanda eſt, per quem cauſa acta.

Si Dominus litigat per Procurat. quomodo feratur ſentent.

dam cum alio litigauit, poſteà inſtituit Procuratorem, in eadem cauſſa ad vltimum ſententia fuit lata in Dominum, pręſente Procuratore, & non in Procuratorem. Item nota, quòd ſi de certa quantitate actum eſt, certam debet ferre iudex ſẽtẽtiam. Alioquin non valet. vt Inſtit. de act. §. curare. vbi dicitur. Curare autem debet iudex, vt omnimodò, quantũ poſsibile ei ſit, certæ pecunię, vel rei ſententiam proferat, etiam ſi de incerta quantitate apud eum actum eſt. Ad idem 11. q. 3. c. graue. vbi dicitur. Graue ſatis eſt, & indecens, vt in re dubia certa feratur ſententia. Nec illud omittendum eſt, quòd ſi indebito modo ſententia lata ſit: iudex, qui eam tulit, non poteſt poſteà eam reuocare, mutare, vel corrigere. vt ff. de re iudi. l. iudex poſteaquam ſemel ſententiã dixit: poſteà iudex eſſe *deſijt. Et hoc iure vtimur, vt iudex qui ſemel pluris, vel minoris condemnauit: ampliùs a corrigere ſententiam ſuam non poſsit. Semel enim ſeu

Incerta ſententia non valet.

Semel ſẽtẽtia dicta, iudex eſſe deſinit.

**tex. deſinit.*

a Tamen eam declarare & interpretari poteſt. vt

ſeu bene, ſiue malè, officio ſuo functus eſt. Ad idem ff. de ſenten. & re iudi.c. cùm querebatur, ſi iudex perperam iudicaſſet, an poſſet eo die iterum iudicare? Reſpondi non poſſe. Poteſt tamen ſupplere eodem die, circa eam, quæ lata eſt in ijs, quæ pertinent ad cõſequentiam ſtatutorum, vt de fructibus & ſumptib. & ſimilibus. Ad idem ff. de re iudic. l. Paulus 1. loco. vbi dicitur. reſcindere quidem ſententiam ſuam præcedẽtem Prætorem non poſſe: Reliqua autem, quæ ad conſequentiam ſtatutorum pertinent, priori tamen ſententiæ deſunt, circa condemnandum, vel abſoluendũ debere ſupplere, ſcilicet eodem die. Item mulcta indicta per ſentẽtiam, poteſt remitti ab eodem iudice ratione paupertatis. vt ff. de off. Præſidis l. illicitas. §. vlti. vbi dicitur. Præſes prouinciæ, ſi mulcta quàm irrogauit ex præſentib. facultatibus eorum, quibus eam indixit, redigi non poſſe deprehenderit: neceſsitatem ſolutionis moderetur, reprehenſa

D. de appell. l. ab executione. & ibi Bart. et D. de Præto. ſtip. l. in prætoriis. et D. de re iudic. l. actorum. & Bart. in l. hac lege. C. de ſent. ex breui. c. recit. & C. ſent. reſcin. non poſſe l. 1.

a Item de fructibus, &c. ſupplere poteſt.

Mulcta per ſententiã indicta poteſt remitti à iudice.

exactorum illicita auaritia: & remiſſa propter inopiã pœna, à prouinciam regentibus exigi non debet. In alijs autem non poteſt iudex ſe intromittere. Effectus rei iudicatæ ſeu ſententiæ eſt maximus: quoniam ius facit inter quos lata eſt ſententia, ex quo tranſit in rem* iudicatam: & ſi lata ſit contra ius litigatoris, dummodo contra ius ſcriptum non feratur. vt extra de re iudic. c. cùm inter nos, circa finem. vbi dicitur. quòd quantum ad litigantes, ius ex ſententia factum eſt, poſtquam tranſit in rem iudicatam: etiamſi contra ius litigatoris lata ſit, dummodo contra ius cõſtitutionis expreſsè lata nõ ſit. Ad idem 2. q. 6. c. ei qui appellat. §. diffinitiua. verſ. item ſi ſententia. Et quòd res iudicata pro veritate accipitur, eſt ff. de regu. iur. l. res iudicata. & D. de ſta. hom. l. ingenuum. Item tranſit ſententia in rem iudicatam: niſi fuerit ab ea intra decendium prouocatum legitimè. vt extra de elect. c. cum dilectus, dilecti, in fine. & extra de teſti-

§. 5. *De effectu ſententia.*

Sententia ius facit, dummodo non feratur cõtra ius.

**Res iudicata tũ verè dicitur, cùm appellatiõe ſuſpendi non poteſt.*

Sententia tranſit in rem iudicatã, niſi appelletur.

teſti. c. Significauerunt. extra de ſen. & re iudic. c. quod ad conſultationem. Item effectus eius eſt, vt non reſcindatur prætextu inſtrumẽtorum poſteà repertorum. vt C. de re iudic. l. ſub ſpecie. vbi dicitur. ſub ſpecie nouorum inſtrumẽtorum poſteà repertorum res iudicatas reſtaurari, exemplo graue eſt. Ad idem facit extra de ſen. & re iudic. c. inter monaſterium. Hoc verum eſt quod prætextu inſtrumentorum, &c. niſi in caſibus. vt ff. de iureiurando l. admonendi. vbi dicitur. quòd ſi iudex non conſentiente altera parte, parti alteri detulerit iuramentum, & ſecundum hoc ſententiauerit. ſententia illa prętextu inſtrumentorum poſteà repertorum reſcindi poteſt. Ad idem ff. de re iudicat. l. Imperatores. vbi dicitur. Si ſententia fuerit lata contra Rempub. eò quòd tunc nõ habebat inſtrumenta ſua præ manibus: reſcindi poteſt prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum: niſi reſtitutionis in integrum beneficium aliud

Non reſcinditur prætextu noui inſtrumenti.

In quibus caſib. fallat.

Prætextu Calculi nõ reſcindi ſent.

liud inducat. Ad idem C. de tranſ. l. ſub prætextu extra de ſen. & re iud. c. ſuborta. in fin. Nec reſcinditur ſententia prætextu calculi, ſeu malæ cōputationis. vt C. de re iud. l. 2. vbi dicitur. res iudicatæ ſi ſub prætextu cōputationis*reſtaurentur, nullus erit litium finis. Et hoc verum eſt, niſi error calculi in ſententia exprimat. vt ff. quæ ſent. ſine ap. reſcindi. poſsint. l. 1. vbi dicit. Illud meminerimus, ſi quærat, iudicatū ſit, néc ne: & huius queſt. iudex non eſſe iudicatum ꝓnunciauerit: licet fuerit iudicatum, reſcinditur illud, ſi prouocatū non fuerit. Item ſi calculi error in ſententia eſſe dicat; appellare neceſſe non eſt: veluti ſi iudex ita ꝓnunciauerit. Cùm cōſtet Titium Seio ex illa ſpecie quinquaginta, itē ex illa ſpecie vigintiquinq; debere: idcirco Lucium Titium Seio in c. cōdemno. Nam quoniā error cōputatiōis eſt: nec appellare neceſſe eſt, & citra prouocationē corrigitur. Sed & ſi huius quæſtionis iudex ſententiā in c. cōfirmauerit: ſi- qui-

*tex. inſtaurētur.

quidem ideo, quòd quinquaginta & vigintiquinque fieri centum putauerit: adhuc idem error computationis eſt: nec appellare neceſſe eſt. Si verò ideo, quoniam & alias ſpecies vigintiquinq; fuiſſe dixerit: appellatiōi locus eſt. Item effectus rei iudicatæ eſt, quòd indulgeatur actori ex ſentētia actio de re iudicata, vel actio in factum. vt ff. de re iudica. l. miles. 1. loco. §. vlt. C. de iureiuran. & reb. cred. l. actori. vbi dicitur. actori iureiur. delato vel relatò, ſi iurauerit, vel ſi iuramentum ei remiſſum fuerit: ad ſimilitudinem iudicati, in factum actio competit. Et reo datur exceptio ex ſententia pro eo lata. vt 2. q. 6. §. diffinitiua. Verſ. ſi ſententia. vbi dicitur. ſi ſententia fuerit lata contra res priùs iudicatas, à quibus prouocatum non eſt, ſententiæ auctoritatem non obtinebit. & ideo appellare non eſt neceſſe. Ad idem eſt. C. quando prouoc. non eſt neceſſe. l. 1. vbi dicitur. latam ſentētiam dicitis, quam ideo vires non habere contendi-

Ex ſentētia datur actio de re iud. vel in factum.

tis,

tis,quia contra res priùs iudicatas, à quibus prouocatum non eſt, lata ſit:cuius rei probationem ſi haberetis promptam, etiam citra ꝓuocatiõis adminiculum quod ita pronunciatũ eſt, ſententiæ auctoritatem non obtinebit.

Titul. II.

QVAE SENTENTIA *ipſo iure nulla ſit.*

DIctum eſt ſuprà titul.proximo, quòd ius ex ſententia fit inter partes,etiam ſi lata ſit contra ius litigatoris:Et quòd prætextu inſtrumentorum poſteà repertorum nõ retractatur. Sed ne quis credat quamlibet ſententiam auctoritatem eam habere. Conſequenter quæ ſententia nulla ſit ipſo iuro, oſtendamus; vt cognitis ſententiarũ vitijs, iudices eiuſmodi ſententias proferre euitent, & aduocati ſciant inutiles ſententias reprobare.Sententia autem quandoque nulla eſt ratione litigantium: quandoque ex perſona iudicis,& §. 1. *Tres modi, per quos ſentẽtia efficitur nulla.*

cis, & ratione iuriſdictionis. Interdum vitio ſui ipſius, itemque ex cauſsis exterioribus. Ratione litigantium ſententia nulla eſt: Imprimis, ſi falſus Procurator interuenerit, lis cum eo nulla eſt, iudicium nullum, ſententia nulla. vt C. de Procur. l. licet. ſuprà eſt ti. de Procur. & ext. eod. c. in noſtra, in fi. vbi idē dicitur. Itē minor 25. annorum, ſine tutoris, vel curatoris auctoritate agere, vel conueniri non poteſt: Et ſi fecerit, & contra ſe ſententiam reportauerit, ipſo iure nulla eſt. vt C. qui legit perſ. ſtandi in iudi. hab. l. 1. vbi dicitur. ſi cùm eſſes pupillaris ætatis, ſine tutoris vel curatoris auctoritate cum aduerſario *conſiſtens Præſes prouinciæ aduerſus te pronunciauit: minimè auctoritate iudicati nititur, quod ſtatutum eſt. Pro minoribus autem lata ſententia tenet. vt C. de Procurat. l. non eo minus aduerſus te ſententia lata iuris ratione ſubſiſtit, quod aduerſaria tua minor vigintiquinque annis conſtituta, cauſſam ſuam ſine

Falſo Procuratore agente, ſententia nulla eſt.

Sententia in minorem lata, nulla.

**manuſcrip. conſiſteres,*

ne

ne * curatoris auctoritate marito agendam mandauit. Minoribus etenim ætas in damnis ſubuenire, non in rebus proſperè geſtis obeſſe conſueuit. Ad idem C. ſi aduerſ. rem iudica. vltim. Et hoc verum eſt, niſi ſit cauſſa ſpiritualis, vbi minor, maior cenſetur, puta in cauſa matrimoniali, quam quis per ſe & per Procuratorē poſt pubertatem agere poteſt. vt expreſsè habetur extra de reſti. ſpol. c. ex parte. vbi dicitur de quadam muliere, quæ licet minor videretur, tamen cauſſam matrimonij poteſt per Procuratorem tractare. Idem dico de excommunicato, quoniam ſententia pro eo lata non tenet, vbi petitor eſſet. Sed contra eum, in eius odium teneret: quoniam non poteſt agere, ſed reſpondere poteſt per alium. vt extra de iudi. c. intelleximus. extra de off. delega. c. prudentiam. §. ſexta. Et melius extra de excepti. c. cùm inter. vbi dicitur. Quòd excōmunicatus poteſt conueniri ſaluis ſibi exceptionibus

text. marito ſine curatore

In cauſſa matrimoniali minor pro maiore habetur.

§.2. ſuis, ſed non poteſt reconuenire actorem. Ratione iudicis ſententia nulla eſt, cùm is, qui ſententiam tulit, iudex eſſe non poteſt: puta ſeruus, vel mulier. D. de iudi. l. cùm Prætor. §. non autem omnis. & extra de reſcript. c. Sciſcitatus. Suprà eſt titul. de iudi. §. ſequitur quis. vel quòd laicus iudicauit de cauſſa ſpirituali, quod non poteſt facere: & ſi fecerit, nõ valet ſententia. vt extra de decimis c. dudum. extra de iudi. c. decernimus. extra de arbi. contingit. Suprà eſt eod. titul. de iud. Vel quia iudex Pedaneus iudicauit de cauſſa libertatis, quòd facere non poteſt. vt ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. de liberali. C. de Peda. iud. l. 2. Vel ſi præſumpſerit aliquis condemnare Epiſcopos in cauſſa criminali, ſine mandato Papæ. vt 3. q. 6. c. quamuis. vbi dicitur. quòd ſine Romani Pontificis iudicio nõ poteſt Epiſcopus condemnari. Ratione iuriſdictionis nulla eſt ſententia, quando dicitur. nulla eius ſententia, qui nulli præeſt iuriſdictioni.

Sentẽtia nulla ratione iudicis.

Ratiõe iuriſdictionis ſententia nulla, ſi iudicans non præſit iuriſdictioni, aut litera comi

ctioni. vt C. de ſenten. & interlo. om.iud.l. nulli. vbi dicitur. nulli qui ſtatuendi non habet facultatem interdicere patria cuiquam permittitur. Vel quia literæ commiſsionis falſæ ſunt. vt ext. de crimi.falſi.c.ſuper eo.extra eod.titu. c. 1. Vel quia iudex delegatus qui ſuper certa re eſt iudex, iudicat ſine conſenſu partium ſuper alia. vt extra de off.deleg.c. cùm olim. C. ſi non à compe. iudi. l. 1. & vlt. vt dictum eſt ſuprà tit. proximo. §. à quo proferenda eſt ſententia. Vitio ſui ipſius ſententia nulla eſt, vt cùm data eſt ſententia non in ſcriptis. vt C. de ſenten. ex breui. reci. l. 1. & vlti. ſcilicet eſt. & 2. q. 1. Imprimis. vbi dicitur. quòd ſententia, quæ nõ eſt lata in ſcriptis, non valet. Excipiuntur tamen breues lites, & maximè vilium perſonarum. vt in authen. de mãdatis principis §. Sit tibi. & C. de priuileg. Schol. l. quotiens. §. Sed ſi talis lib. 12. Veruntamen licet ſit ſcriptum, quòd ſententia ſine ſcriptis lata non teneat: dicunt quidam, quòd

miſsionis ſint falſæ.

§. 3.

Sentẽtia quæ ſui ipſius vitio nõ valet.

Si non de ſcripto recitetur, quando & quomodo ſubſiſtat.

illis iuribus ſit derogatũ per conſuetudinẽ contrariam. Nam curia Romana dat quotidie ſententias, & non in ſcripto. Item ſententia Epiſcopi lata inter ſuos clericos ſine ſcriptis valet. vt in authent. vt Clerici apud proprios Epiſcopos conueniantur. Col. 6. §. plurimas.

Si non contineat abſolutionem vel cõdemnationem.

Item vitio ſui ipſius ſentẽtia non valet, cùm non continet condemnationem vel abſolutionem, vel æquipollens. ſicut dictum eſt ſuprà tit. proximo. Item ſi continet in ſe expreſſum errorem, non valet. vt ff. quæ ſen. ſine ap. re. poſſ. l. 1. extra de ſen. excom. c. per tuas. Item ſi cõtra ius ſcriptum lata eſt ſententia. vt 2. q. 6. §. diffinitiua. vbi dicitur. quòd ſi feratur ſententia cõtra ius ſcriptum, non tenet, nec oportet ab ea appellare.

Ex adiunctis ſententia cõuincitur, ſi iudex non ſedit, vel ipſe non legit.

Itẽ iudicaĩ ſententia eſſe nulla ex cauſis exterioribus, ſiue alijs circumſtantijs, cùm iudex tulit ſententiã non ſedẽdo. Iudicis eñ eſt ſedere, cùm res, quæ agitur, plenam cognitionẽ deſiderat. vt in Auth. vt ab illuſtribus & qui ſuper eam dig. ſunt. &c.

&c.Col.7.§. Sancimus ſuprà eſt ti. proximo. Ad idē 3.q.3.c. Induciæ. §. à iudice procedēte. vbi dicitur. quòd non poſſunt peti dilationes à iudice nō ſedente ꝓ Tribunali, nec dari, etſi vtraq; parte præſente tribuant. Item vitioſa eſt ſententia, ſi iudex eā in ſcriptis dederit, & nō legat eam, vel legit, & nō per ſe. vt C. de ſen. ex breuic. recitan. l.vlt. ſuprà eſt. Quid tamē ſi iudex illiteratus omnino, & legere neſciat, vel nō videat? Nam cæcus poteſt iudicare. Reſpondeo. vel delegetcauſam finiendā alteri, vel faciat petitiones & allegationes partium per aliū recitari: & per ſe ipſum inſtructum ab alio ꝓferat verba diffinitionis cauſæ, ſcilicet, condemno vel abſoluo. Hoc ſæpè factum eſt in ciuitate Bononienſi à peritis Doctoribus, & à Papa in curia Romana cùm Dominus Innocentius 3. ꝓlixas ferebat ſentētias Item ſententia nulla eſt, ſi ſit ordo iudiciarius prætermiſſus. vt 2.q. 6. §. diffinitiua. ſ. eſt. C. de ſen. & interlo. l. prolatam à Præſide ſententiam

Iudices illiterati quomodo ſentent. proferant.

Confirmat vſu Romanæ curiæ.

Si ordo iudiciarius eſt prætermiſſus.

tiam contra ſolitum iudiciorum ordinem, auctoritatem rei iudicatæ non obtinere, certum eſt. Ad idem extra de purg. ca. c. cum dilecti. vbi dicitur. quòd Papa retractauit factum quorundam iudicum: quia proceſſerunt iuris ordine prætermiſſo. Item ſi data eſt nõ facta citatione, non valet ſententia. vt ff. quæ ſen. ſine ap. reſ. poſ. l. 1. vbi dicitur. Item cùm ex edicto peremptorio, quod neq; propoſitum eſt, neque in notitiam peruenit abſentis, condemnatio fit, nullius momenti eſſe ſententiã conſtitutiones declarant. Item fit ſententia nulla, ratione alterius ſententiæ ſuper eadem re prolatæ, & nõ ſuſpenſę per appellationem. vt C. quando prouoca. non eſt neceſſe. l. latam. Item ratione venalitatis, ſcilicet, ſi pretio lata ſit. vt 2. q. 6. c. ei qui appellat. §. diffinitiua. Verſ. ſi ſentẽtia lata. & verſ. Venales. In primo dicitur. ſi contra res priùs iudicatas ſententia lata ſit, à qua prouocatum non fuerit, ſententiæ auctoritatem non obtinebit,

Si data eſt nõ præmiſſa citatione.

Si lata ſit de eadẽ re, antè per ſententiam per appellationem nõ ſuſpenſam deciſa.

Si venalis fuerit.

nebit, & ideo appellari ab ea non eſt neceſſe. In verſ. venales dicitur. Venales quoque ſententias, quæ à corruptis iudicibus mercede proferuntur, citra prouocationis auxilium infirmas eſſe decernimus. Item non valet ſententia ratione temporis feriati, ſi feriatis diebus lata ſit. vt ff. de ferijs l. 1. & l. ſi feriatis. Et melius extra de ferijs c. conqueſtus. Item non valet ſententia ratione temporis non congruentis iudicio: quoniam ſi feratur de nocte, non valet. vt extra de off. deleg. c. conſuluit. vbi dicitur. quòd iudex ante noctis tenebras perficere debet quod incumbit: quoniam qui malè agit, odit lucem. Ad idem in authen. de iud. §. ſedebunt. Item ſi feratur in locò inhoneſto, puta lupanari, vel Popina, non valet. vt ff. de arbi. l. ſi cùm dies. §. Si arbiter, in fine. vbi dicitur. ſi fortè locus inhoneſtus ſit partibus aſsignatus, puta in lupanari, vel Popina iudex iuſſerit adeſſe: impunè ei nō paretur. Item ſi conſtitutus eſt locus ad feren-

Si die feriato vel aliàs incōgruo tēpore lata ſit.

Si loco inhoneſto aut inſolito.

dam ſententiam, & feratur in loco alio non aſsignato, non valet. vt C. de ſent. & interlocu. l. Cùm ſententiam Præſidis irritam eſſe dicas, quod non publicè, ſed in ſecreto loco officio eius non præſente, dixit ſententiam ſuam: nullum tibi ex ijs, quæ ab eo decreta ſunt, præiudicium generandum eſſe conſtat. His modis iudicatur ſententia nulla eſſe, & quibuſdam alijs modis in ſuperioribus titulis comprehenſis, quos lector diſcretus de facili poterit comprehendere.

Titul. III.

QVEMADMODVM SENTENTIA VALIda *reſcindatur.*

Quatuor modis ſententia valida ſubuertitur.

IN præcedenti Tractatu quæ ſententiæ communiter non habeant vigorem, oſtendimus. nunc qualiter ſententia valida ſubleuetur videamus. Reſcinditur & ſubleuatur quatuor modis: videlicet, per Appellationem, per Supplicationem,

tionem,per in integrum reſtit.per querelã falſi. Quomodo per Appellationem ſubleuetur, dicemus plenè Titulo de app.Per ſupplicationem ſententia valida ſubleuatur, cùm ſupplicatur à ſententia Papæ,vel Imperatoris,vel à Præfecti prætorio: cùm ab ijs appellari nõ poſsit.vt 2.q.6.c.anteriorum. §.illo.& 9.q.3.c.Cuncta. vbi dicitur. Cuncta per orbem nouit Eccleſia, quod ſacroſancta Romana Eccleſia fas de omnibus habet iudicandi, neque cuiquam de eius iudicio liceat iudicare. Sed quidem de qualibet parte mundi poteſt ad ipſam appellari, ab illa autem nemo permittitur appellare. Tamen à ſententijs eorum poteſt ſupplicari.vt C.de ſen.Prefec.pretor.l. vnica. vbi dicitur.licet non ſit veriſimile illos iniquè iudicaſſe, ſupplicari tamen poteſt ab eiſdem: quoniam ſupplicatio continet petitioné veniæ ꝓprij erroris, vel allegationem circumuẽtionis aduerſarij.vt D. de minorib.l. Præfecti etiã ꝑtorio ex ſua ſententia in

§. 1.
Per ſupplicationẽ ſuſpẽditur ſententia Papæ, Imperatoris, & Præfecti prætorio.

tia in integrũ reſtituere poſſunt, quamuis appellari ab his non poſſit. Hæc idcirco tam variè, quia appellatio quidem iniquitatis ſententiæ querelam: in integrum verò reſtitutio proprij erroris veniæ petitionẽ, vel aduerſarij circumuentionis allegationem continet. Et poteſt hæc ſupplicatio fieri à Præfecto prętorio intra decẽ dies, à tempore latæ ſententiæ. Et ſi intra decem dies non fuerit ſupplicatum à Præfecto prætorio: poteſt principi intra biennium ſupplicari. vt in auth. vt ſpon. larg. §. aliud. vbi dicitur. quòd intra decẽ dies poſt latam ſententiam à Præfecto prætorio appellari non poteſt: licet poſsit ſupplicari.

Tempus ſupplicandi.

§. 2. Releuatur ſententia per beneficiũ in integrum reſtit. de qua plenè dicemus infrà in titul. vlt. huius operis. Et nota, quòd ſi ſententia fuerit ſuſpenſa aliquo dictorum modorum, retractabitur vt priùs, ac ſi ſententiatum non eſſet. Item ſententia quę lata eſt per falſos teſtes, vel per falſa inſtrumẽta tenet quidem de iure,

Retractatur ſententia per reſtitutionẽ in integrũ.

Per reſtitutionem in integrũ reſcinditur ſentẽtia propter falſum tã in

iure, ſed reſcinditur per in integrum reſtit.prætextu falſi. vt C. ſi ex falſis inſtrumen. l. 1. vbi dicitur. Si tabulas teſtamenti, quas ſecutus Proconſul vir clariſsimus, ſententiam dixit, falſas dicere vis: præbebit notionem ſuam, nõ obſtante exceptione rei iudica: quia nondũ de falſo quæſitum eſt. Ad idem C. eod. titul. l. 2. vbi dicitur. qui non prouocauerunt, ſi ex inſtrumentis falſis ſe victos eſſe probare poſſunt, cùm de crimine falſi docuerint, ex integro*de falſo, & de cauſſa audiuntur. Sed contrà C. de re iudic. l. Sub ſpecie nouorum inſtrumentorum poſteà repertorum, res iudicatas reſtaurari exemplo graue eſt. Ad idem ff. de re iudic. l. Diuus Adrianus. & C. ad leg. cor. de fal. l. querela. vbi dicitur. Querela falſi, temporalibus præſcriptionibus non excluditur: niſi 20. annorum exceptione, ſicut cætera crimina ferè. Ad idem extra de except. c. Cùm venerabilis. Item per errorem facti reſcinditur ſententia ſecundum canones.

probatiõib. quàm in facto deprehenſum.

**hæc deſunt in textu.*

nes.vt ext.de ſen.& re iud.c.lator. vbi dicitur.quòd inter virũ quendam & vxorẽ eius fuit per iudiciũ Eccleſiaſticum minus rationabiliter diuortiũ celebratũ. vnde quia Eccleſia fuit decepta,vir & mulier denuò remãſerunt.Et nota, quòd ſecundũ canones poteſt quis agere de falſo vſque ad 100. annos, & vltra.vt 35.q.9.c.loci.§.quia ergo, & in ſequ. capit. Sed ego dico hoc locum habere tantùm in ſpiritualibus cauſis, vbi vertit̃ periculum animæ, puta in matrimonio malè ſeparato, vel malè coniuncto:vbi præſcriptio temporis locum vendicare non poteſt.vt 33.q.5. Quod Deo pari cõſenſu voueratis, perſeuerãter vſq; in finẽ reddere debuiſtis:à quo ꝓpoſito,ſi ille lapſus eſt, tu ſaltem inſtantiſsimè perſeuera, quod te nõ exhortarer,niſi q̃a tibi in hoc ipſe conſenſit.Nã etſi nunquam tenuiſſes eius aſſenſum, numerus te nullus defendiſſet annorum. Et in talibus dico ſentẽtiam retractari vſq; ad 100.annos prætextu falſi. Sed ſi nõ vertitur periculum

Secundum canones poteſt agi de falſo vſq; ad 100. annum, quod tamẽ hîc limitatur.

culum animæ: ſubdiſtingue. Aut is,qui petit ſententiam latã reſcindi per falſos teſtes & inſtrumenta, vult agere criminaliter de falſo, aduerſario legitimè citato, inſcriptione præmiſſa,omniq́; ſolennitate quam diximus ſuprà titul. de criminibus, & tunc vſq; ad viginti annos duntaxat audiendus eſt. C. ad l. cor. de falſis. querela. Aut ciuiliter agitur per beneficium reſtitutionis in integrum, vel per actionem in factum. ibi locum habet vſq; ad 40.annos.Sed lite conteſtata dico eum audiẽdum, quoniam per litis conteſt.perpetuatur actio,neq; tollitur poſteà,niſi ſpatio 40.annorum. vt 16.q.4.c.placuit vt quicunq;, circa med. verſ. quòd ſi per. Item ſẽtẽtia lata per falſos teſtes & inſtrumenta pręſtare non poteſt impedimentum ante 40.annos. Sed poſt 40. annos audiri non debent: quoniam elapſo 40.annorum ſpatio tollitur omnis actio & obligatio. Cæterùm excipiẽdo vel replicando de falſo, dico eum perpetuò audiendum:

Excipiens aut replicãs de falſa ſententia ſemper audıtur.

dum: quoniam quæ temporalia ſunt ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum.ff.de doli.excep. l.purè.§.vlt.vbi dicitur. non ſicut actio de dolo certo tempore finitur, ita etiam exceptio eo tempore danda eſt. Nam hęc perpetuò competit: cùm actor quidē in ſua poteſtate habeat, quando vtatur ſuo iure: is autem, cum quo agitur, nō habeat poteſtatem, quando conuenitur. Probatur etiam vitiū falſitatis teſtium per alios teſtes, qui interfuerunt corruptioni eorum & ſubornationi, directè vel indirectè teſtificando contra illos. Per illos autem, qui tulerunt teſtimonium falſum, nihil probari poteſt: quoniam non creditur eis. vt extra de teſtibus c. ſicut. vbi dicitur. Quidam teſtes corrupti pecunia iurauerunt parentelam eſſe inter quendam virum & vxorē eius, inter quos diuortiū fuit celebratum. Poſteà autē dixerunt ſe corruptos eſſe pecunia, & nullam eſſe inter eos conſanguinitatem. quæſitū fuit, quomodo eſſet in cauſſa

tali

tali procedendũ. dicitur ibi, quòd inquirendi ſint teſtes, coram quibus interceſsit corruptio, & ſi teſtes fuerint, per quos poſsit corruptionis veritas comprobari: recepto eorum teſtimonio, debet ſententia reuocari: quia corruptorum teſtimonium, cùm ſint periuri, non eſt in hoc caſu audiendum. vt extra de probat. c. licet. Veruntamen illi falſi teſtes admittendi ſunt, tanquam accuſatores ſui ipſius ad detegendum fraudem ſuam, & partium. & credendum eſt illis contra ſe: Pro ſe autem non. vt extra de teſti. c. Intimauit. & extra de teſtib. cogen. c. peruenit, eodem titul. de except. Falſitas inſtrumenti probatur per teſtes ſimiliter. vt extra de probatio. c. 3. vbi dicitur. quòd quoddam Capitulum probauit quoddam inſtrumentum eſſe falſum per quoſdam teſtes de Capitulo, qui dicebant, quòd quotiens quæſitum erat ab eis, an vellent alienationem cuiuſdam poſſeſsionis Eccleſiæ ſuæ fieri, dice-

Falſitas inſtrumẽti probatur per teſtes, & comparationem bullæ.

bant quòd non, & ſic inſtrumentum fuit falſum probatum & adulterinum. Item probatur falſum per comparationem bullæ, per chartulæ diſsimilitudinem, & modum dictaminis, & quibuſdam alijs modis. vt extra de crimi. falſi c. licet. & c. quàm graui. vbi diligenter docetur, qualiter cognoſci poſsit falſitas inſtrumenti. Ad idem extra de fide inſtru. c. inter dilectos. Veruntamen non adhibemus fidem, aut credimus plenam probationem eſſe, quæ fit per ſcripturæ comparationem, niſi alia valida ſuffragarentur adminicula: quoniam aliter ſcribit homo Iuuenis, quàm ſenex, aliter ſanus, quàm ægrotus, aliter ab ægritudine conualeſcens. Præterea calami & chartæ, & pennæ diuerſitas, diſsimilitudinem literæ operantur. Probato falſitatis vitio teſtium, vel inſtrumentorum, reſcindit ſententia, & quod factum eſt retractatur, & ſolutum repetitur. vt extra de fide inſtru. c. accepimus. extra de confir. vti. & in-

Ratione falſitatis teſtium, vel inſtrumẽti ſentẽtia quatenus reſcindatur.

& inuti. c. bonæ memoriæ. & extra de ſenten. & re iudica. c. cauſſam. & extra de crimi. falſi. ſuper eo. C. ſi ex falſis inſtrumen. l. vlti. Quod quidem verum eſt, ſi iudex ſequutus dicta falſorum teſtium vel inſtrumentorum, ſententiam tulerit. Alioquin ſi ſequutus alias probationes, ſententiauit, licet falſi teſtes & falſa inſtrumenta introducta ſunt: non tamen caſſatur quod per alias legitimas probationes factum fuit, ſed id ſolummodo, quod per falſas probationes factum eſt. vt expreſsè legitur C. ſi ex falſis inſtrumentis l. falſam. vbi dicitur. falſam autem teſtificationem, qua aduerſa pars in iudicio aduerſus te vſa eſt, ſolito modo arguere non prohiberis. Sed cauſſa iudicati in irritum non reuocatur, niſi probare poteris eum, qui iudicauerat, ſecutum eius inſtrumenti fidem, quod falſum eſſe conſtiterit, aduerſus te pronunciaſſe. Ad idem extra de ſentent. & re iudica. c. cum 1. & a. in fine. Et nota,

quòd ſi in priori iudicio actum fuit ante ſententiam de falſo: non auditur poſt ſententiã ſuper quæſtione falſitatis, ſi non prouocauit. vt C. de fide inſtru. l. vlti. ſuprà eſt.

Titul. IIII.

DE EXEQVVTIONE *ſententiæ.*

QVoniam non ſufficit ſententiam ferre, niſi mandata fuerit executioni, vt extra de ſenten. & re iudic. c. Cùm aliquibus. vbi dicitur. cùm aliquibus eſt adiudicata poſſeſsio, non ſufficit eis pignora dari, niſi corporali gaudeant poſſeſsione. Ideo poſtquam docuimus qualiter ferenda ſit ſententia, & quæ valeat, & quæ non. Conſequenter de executione ſententiæ ſubijciamus, Oſtendentes quæ ſententia ſit executioni mandanda, & à quibus, & in quibus rebus, & poſt quod tempus.

§. 1. *Quæ ſententia execu* Illa ſententia quæ à competenti iudice lata eſt, ordine iudiciario

ciario ſeruato, quæ ipſo iure valet, nec per appellationem, nec per in integrum reſtit. eſt ſuſpenſa, mandanda eſt executioni. vt 2. q. 1. ſicut ſine iudicio. nolumus quenquam condemnari: ita quæ iuſtè definita ſunt, nulla patimur ratione differri. Si autem ſuſpenſa fuerit per appellationem, vel per in integrum reſtitu. debet differri, donec appellationis, vel in integrum reſtitu. cauſa decidatur. Ad idem extra de offic. deleg. c. paſtoralis. vbi dicitur. poſtulaſti per ſedem Apoſtolicam edoceri, cùm à ſententia lata literarum noſtrarum auctoritate, in quibus appellatio eſt inhibita, fuerit appellatum, & noſtræ literæ poſteà ad alios iudices emanauerint: an ad mádatum poſteriorum iudicum, executio ſententię à prioribus demandata debeat retardari, vt priores iudices, nec ipſam per ſe, nec per alios exequantur. Reſpondemus, quòd cùm appellationis cauſſam ex certa ſcientia committimus iudicibus alijs cognoſcen- *cutioni ſit mandanda.*

r 3 dam,

dam, appellationem ipſam videmur recipere, ac iuriſdictionem priorum iudicum reuocare, vt interim executio ſententiæ retardetur, donec appellationis merita pleniùs ſint diſcuſſa. Si verò ſententia per ſupplicationem fuit ſuſpenſa, mandetur quidem executioni: Sed victor ſatisdare debet de eo, in quo obtinuit reſtituendo, ſi retractata fuerit ſententia. vt C. de precib. impera. off. auth. Quæ ſupplicatio.

Si ſentẽtia per ſupplicationem ſit ſuſpenſa, non datur executiõi ſatiſdatione præmiſſa.

§. 2. Fit autem executio ſententiæ à iudicibus ordinarijs, ſiue ipſi iudicauerint, ſiue delegati ab eis, ſiue etiã arbitri compromiſſarij, vbi ſententia arbitri firmata eſt expreſſa voluntate partium, vel tacito dierum decem conſenſu, cùm arbitrium nõ fuerit aliqua pœna vallatum. vt extra de for. compe. c. ſi quis. ff. de re iudica. l. à Diuo Pio, in primo Reſpon. C. de arbi. l. penulti. C. de iudic. l. properandum. §. Sin autem. ſuprà eſt. Nam delegati Patriarcharum, Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & aliorum minorum

A quibus fiat executio.

Delegati Epiſcoporũ ſuas ſentent. non exequuntur.

norum iudicum, in poſſeſsionem mittere non poſſunt. vt D. de iuriſdict. om. iudic. l. Iubere cauere prætoria ſtipulatione, & mittere in poſſeſsionem, eſt imperij magis, quàm iuriſdictionis. Et ille iudex ordinarius debet ſententiam executioni mandare, in cuius iurisdictione res eſt petita, vel alia bona condemnati. vt extra de for. competen. c. ſanè. ſuprà eſt. Ad idem extra de foro competen. poſtulaſti. vbi dicitur. quòd cùm ab Epiſcopo Diœceſano aliquis obtinet Eccleſiam, ibi, quo ad illam, mandanda erit executioni ſententia. Et nota, quòd ſi iudex eccleſiaſticus ſententiam ſuam exequi non poteſt, iudex ſecularis exequatur. vt C. de Epiſcopali audi. l. Epiſcopale. vbi dicitur. Epiſcopale iudicium ſit ratum omnibus, qui ſe audiri à ſacerdotibus elegerint: eamq́ue iudicationi eorum adhibendam Reuerentiam iubemus, quam veſtris deferri poteſtatibus neceſſe eſt, à quibus non licet pro-

Iudex eccleſiaſticus ſentētiam ſuā exequitur per iudicem ſecularem.

uocare. Per iudicum quoque ſecularium officia, ne ſit Epiſcopalis cognitio caſſa, definitioni executio tribuatur. Ad idem 11. q. 1. de perſona. extra de homicid. c. poſtulaſti. & 23. quæſt. 3. c. maximianus. & quæſt. 5. c. principes. In decret. poſtulaſti dicitur. Quòd ſi aliquis excommunicatur & nihilominus retinuerit decimas, ꝓ quibus excommunicatus eſt, ſi iudex ſecularis in eum manus impoſuerit, eius eſt duritię imputandum. Si verò [a] iudex à Principe, hoc eſt, à Papa, vel Imperatore delegatus tulerit ſententiam: illam per ſe, vel per ordinarium iudicem, prout viderit magis expedire, poterit exequi. vt extra de offic. deleg. c. Sententiam. vbi dicitur. ſententiam à delegato latam, ſi ad mandatum ipſius iudicis Diœceſanus Epiſcopus executioni mandari neglexerit: is, qui à delegatione Romani Pontificis ſententiam tulit, eam executioni mandandi liberam habet facultatem. Ad idem extra eodem titul. ſigni-

[a] Sententia delegati Principis, poteſt vel ab ipſo, vel ordinario exequi.

An Principis appellatiõe Papa ſignificetur, vide.

ſignificaſti. & c. in literis. & extra de off. deleg. c. querenti. ſuprà eſt de iudic. Et ordinarius tenetur eam exequi ad mandatum iudicis delegati, etiamſi ſciat eam contra ius litigatoris eſſe lãtam. vt extra de offic. iudic. delega. c. paſtoralis. §. quia verò ſæpè contingit, quòd executio ſententiæ ordinario demandatur: ſedem Apoſtolicam conſuluiſti, vt ſi ordinarius ipſam iniuſtam cognouerit, debeat eam executioni mandare, an ſit ei potiùs reſiſtendum? attendentes itaq; quòd non cognitio, ſed executio mandatur eidem, taliter Reſpondemus, quòd ordinarius etiamſi ſciat ſententiam illam eſſe nullam, vel iniuſtam, exequi eam nihilominus tenetur: niſi apud iudicem poſsit efficere, vt ab onere ipſum abſoluat. Ad idem extra de off. delega. c. cùm te. Et hoc intelligendum eſt cùm certus eſt de mandato ſedis Apoſtolicæ. Si autem dubitat de mandato, non tenetur exequi ſententiam, donec fuerit ei de iuriſdictio-

necertitudo. vt extra de off. deleg. cùm in iure. vbi dicitur. Cùm tibi ab aliquo demãdatur ſub hac forma. Auctoritate qua fungor, iniungo tibi, quòd denuncies talem excommunicationis ſententiæ ſubiacere. Ac tibi ſuper hoc mandato Apoſtolico hæſitãti, ab aliquo non ſit facta fides: an huiuſmodi mãdatum exequi tenearis. ſuper quo reſpondemus, quòd niſi de mandato Apoſtolico, vel ſedis Apoſtolicæ certus extiteris, exequi non cogeris quod mandatur. ad idem extra de reſcrip. cùm contingat. C. de mand. Princ. l. vnica. Si autem ſciat ipſam ſententiam nullam eſſe: puta latam à non ſuo iudice, vel per falſas literas, vel alijs modis ſuperiùs in titulo proximo enumeratis: tunc eam exequi non tenetur. vt extra de crimi. fal. Super eo. ff. de iudic. ſi Prætor. §. Marcellus. Videtur tamen quod prior iudex ſententiam exequatur. vt extra de offic. iudic. delega. c. paſtoralis. §. præterea poſtulaſti. Sed pone quod iudex

iudex qui de appellatione cognoſcit, confirmat ſententiam à priori iudice latam, & pronunciat appellationem iniuſtam: quis mandabit eam executioni? quidam dicunt, quòd prior iudex. arg. de off. iudi. deleg. Inſinuante. in fin. Suprà eſt titul. de except. Sed verius eſt, quòd executio eius pertinet ad ſecundum. vt extra de ſenten. & re iudic. c. cauſſam. vbi dicitur. quòd à quadam ſententia delegati fuit appellatū ad Papam. Papa confirmat ſententiam, & mandauit eam executioni per alium quàm per delegatū. Ad idem C. de Epiſcopali audien. authent. Si quis litigantium. Executio ſententiæ hoc modo fieri debet, ſi actum eſt actione reali, id eſt, ſi aliqua res certa petita ſit, puta prędium, domus, equus, vel alia res, actor mittendus eſt in poſſeſsionem rei ſibi adiudicatæ. vt ext. de ſent. & re iudi. Cùm Bertoldus. in fine. vbi mandatur quibuſdam iudicibus vt ſententiam, quam tulerant ſuper quadā Eccleſia, faciant inuio-

§. 3.
Exequutio ſententiæ quo ordine fiat in qualibet cauſſa: in quib. rebus, & quando.

inuiolabiliter obſeruari. Si autem perſonali actione actum eſt, vel alio modo, executio debet fieri in rebus condemnati, vt primò capiantur mobilia ſi qua poſsidet: Secundò immobilia: Tertiò perueniatur ad nomina, id eſt, ad ea quæ ei debentur: ita tamen, vt confitentis debitoris & non negantis nomen pignori capiatur. vt extra vt lit. non conteſt. Quoniam frequenter. ff. de re iudicat. A Diuo Pio. in venditione. Si ergo negetur debitum, quid fiet? Dicit Ioan. dandum curatorem bonis, qui danda exigat. Si autem alia bona non habeat, niſi iſta quæ in executionem veniunt, & ſuper illis controuerſia fiat: executor, qui executioni præeſt, ſummatim de proprietate cognoſcat, & ſi inuenerit rem eſſe condemnati, exequatur ſententiam: Alioquin rem illam dimittat. Exequutio ſententiæ fieri debet in actionibus perſonalibus regulariter poſt quatuor menſes, & non ante. vt extra de ſenten. re iudic. c. quod ad

In perſonali actione.

con-

conſultationem. vbi dicit. quòd regulariter ſunt indulti quatuor menſes ad executionem ſententiæ, quæ fertur in perſonalibus actionibus. Tamen iſte terminus poteſt arctari à ſedente in medio ex cauſſa, & etiam prorogari. Ad idem C. de vſu. rei iudic. l. fin. vbi dicitur. Sancimus vt ſi quis condemnatus fuerit, poſt datas à nobis inducias quadrimeſtres, centeſimas quidem vſuras ſecundum naturam iudicati eum compelli ſoluere, ſed tantummodo ſortis & non *vſurarum, quæ ex priſtino contractu in cõdemnationem deductæ ſunt. Sed interdum quadrimeſtre tempus cauſſa cognita arctari & prolongari poteſt, inſpecta qualitate perſonarum, temporum, cauſſarum, atque locorum. vt in prædicta decret. quod ad conſult. Ad idem ff. de re iudica. l. 2. Si verò illius temporis ſine iuſta cauſſa fiat abbreuiatio, ſuppletur condemnato id tempus ex legis beneficio. vt ff. de re iudica. l. 4. §. Si quis. vbi dicitur. Si quis con-

*Nam vſuræ vſurarũ, & pœna pœnæ nõ exiguntur. vt D. ad municipa. l. ex conſtitutionibus. & D. de infam. l. improbũ.

condemnatus ſit vt intra certos dies ſoluat: vnde ei tempus iudicati actionis computemus? vtrum ex quo ſententia prolata eſt? an verò ex eo, ex quo dies ſtatutus præterijt? Sed ſiquidem minorem diem ſtatuerit iudex tempore legitimo:repletur ex lege quod ſententiæ iudicis deeſt. Sin autem ampliorem numerum dierum in ſua diffinitione iudex amplexus eſt:computabitur pro reo, & legitimum tempus, & quod ſupra id iudex prę̈ſtitit. In reali verò actione, ſi non eſt appellatum à ſententia, ſiue illa res præſens ſit ſiue nõ, poſt decem dies ſtatim mandanda eſt executioni ſententia:quoniam tunc tranſit in rem iudicatam. vt extra de re iudica. c. quod ad cõnſultat. vbi dicitur expreſsè, quòd poſt decem dierum ſpatium tranſit ſententia in auctoritatem rei iudicatæ, nec poteſt, niſi ex cauſſa ab illa ſententia prouocari. Et quòd ſtatim mandanda eſt executioni, probatur Inſtitu. de officio iudicis.§. Et ſi in rem actũ ſit, ſiue con-

In reali actióne modus exequendi quis obſeruetur.

contra petitorem iudicauerit, abſoluere debet poſſeſſorem: ſiue cõtra poſſeſſorem, iubere eum debet, vt rem ipſam reſtituat cũ fructibus. Sed ſi neget in præſenti ſe reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbitur tempus reſtituendi cauſſa petere, indulgendum eſt ei, &c. Sententia verò ſuper criminibus lata, quæ non eſt appellatione ſuſpenſa, poſt decem dies debet mandari executioni. vt 2. quæſt. 1. ſicut. vbi dicitur. Sicut ſine iudicio nolumus quenquam condemnari, ita quæ iuſtè diffinita ſunt, nulla patimur excuſatione differri. Suprà quoque eſt titul. de dilation. §. executoriæ. Hoc intelligo, niſi cùm Princeps plus ſolito aliquem iuſſerit puniendum: quia tunc debet executio differri vſque ad 30. dies. 11. q. 3. c. cum apud, in fin. vbi dicitur. quòd ſententiæ Principum ſuper criminibus prolatæ vſque ad triginta dies differantur, quò locus apud iudicem miſericordiæ, vel * veniæ inueniatur. Ad idem C. de pœnis l.

In criminalibus.

Quando executio criminis differatur.

**tex. pænitentia*

nis l. ſi vindicari, ſuprà eſt de dilationibus. Vel cùm mulier prægnans damnatur ad mortem, differtur executio ſententiæ vſque dum pariat. ff. de pœnis. l. prægnantis. Suprà eſt titul. de dilat. §. executoriæ. Item cùm damnatus eſt ſeruus ratiocinijs domino obligatus: quia differtur eius pœna vſque dum rationem reddat. vt C. de bonis proſcrip. l. 1. Sed quæritur, quando debet fieri venditio pignorum captorum. Azo dicit, quod poſt quatuor menſes. Sed olim fiebat poſt duos, & hoc cùm capiuntur ex ſententia diffinitiua. vt ff. de re iudica. l. debitoribus. §. vlti. Si verò ex interlocutoria, expectãdum eſt per annum, antequam demandetur executioni. vt C. de præſcript. triginta an. l. ſi quis emptionis. §. vlti. vbi dicitur. Sed & ſi quis non per vim, ſed per ſentẽtiam iudicis eam obtinuerit, ea tantùm occaſione quòd abſens prior poſſeſſor, ad litem vocatus, minimè reſponderit: licebit ei & ad inſtar cæterorum,

Venditio pignorũ quãdo & quomodo facienda.

rorum, qui rei dominium habēt, intra annum ſe offerenti, cautionemq́ue ſuſcipiendæ litis danti, eandem rem recipere, ſuperq́ue ea, cognitionalia ſubire certamina. Exceptionem etiam triginta, vel quadraginta annorum, in illis contractibus, in quibus vſuræ *promiſſæ ſunt, ex illo tempore initium capere ſancimus, ex quo debitor vſuras minimè perſoluit. Per biennium autem expectandum eſt, antequam mandetur executioni in pignore conuentionali. vt C. de iur. domi. impetrando. l. vlti. vbi dicitur. Sancimus itaque, ſi quis rem creditori ſuo pignorauit, ſi quidem in pactione cautum eſt, quemadmodum debet pignus diſtrahi ſiue in tempore, ſiue in alijs conuentionibus ea obſeruari, de quibus inter creditorem & debitorem conuentum eſt. Sin autem nulla pactio interceſſerit, licentia dabitur fœneratori ex denunciatione, vel ex ſententia iudiciali poſt biennium, ex quo atteſtatio miſſa, vel

*in manuſcripto. permiſſa

ſententia prolata eſt, numerandum, eam vendere. Item iudex arbitrio ſuo poteſt diffinire tempus, intra quod vendantur pignora capta, vel dentur actori in ſolutum, ſicut recurritur ad eius arbitriũ, in ijs, quæ non ſunt diffinita per legem. vt C. de iur. domin. impetrando. l. vltim. §. vltimo. vbi dicitur. æſtimationem autem pignoris donec apud creditorem eundemq́ue Dominum permaneat: ſiue amplioris, ſiue minoris quantum ad debitum, quantitatis eſt, iudicialis volumus eſſe diſceptationis: vt quod iudex ſuper hoc ſtatuerit, hoc in æſtimatione pignoris obtineat. Et quod ad arbitrium iudicis procedatur in cauſſa multotiens, probatur extra de offic. delega. de cauſsis. vbi dicitur. quòd ſi in canonibus certa pœna non exprimitur ſuper aliquo negotio, ſecundum arbitrium ſuum iudex pœnam infligit, iuxta cauſæ & delicti quantitatem. *a* Sed pone quod ab executore appellatum

Iudex præfigit terminum in pignorum venditione.

a Si appelletur ab executore, nihilo-

latum ſit, propter hoc non minus exequetur ſententiam: quoniam ab executore dato à delegato appellare non licet, niſi modum excedat, vel meritò ſit ſuſpectus. nec ab auditore. vt extra de appellat. c. nouit. vbi dicitur. quòd ſecundum canonicum & legale ius ab executoribus non poteſt appellari: niſi fortè modum excedant in exequendo, vel meritò ſint ſuſpecti. vt 2. quæſt. 6. c. finali. §. ab executore. vbi dicitur. quòd ab executore ſententiæ appellari non poteſt: niſi fortè executor modum excedat iudicationis. Ad idem facit extra de offic. iudic. delega. c. ſuper quæſtionum. Item nota, quòd in executione ſententiæ cùm res petita adiudicatur actori, non ſufficit pignora dari, ſed potiùs rem petitam: quoniam plus eſt poſſidere, quàm pignora habere. vt ff. de verborum ſignificat. l. plus eſt. & extra de ſenten. & re iudica. cum aliquibus ſuprà eſt.

minus ſententia executioni mandatur.

Titul. V.

De *appellationibus*.

DIximus ſuprà titu.proximo quòd ſententia valida ſubleuetur per appellationem, idcirco de appellatiõe dicamus. Videamus ergo quid ſit appellatio, Et quis poſsit appellare, A quibus iudicibus. Et ad quos. Quando & quomodo, ac intra quod tempus debeat fieri appellatio, Intra quod tempus appellationis ꝓſequutio. Quoties ſit appellãdum, Quod ſit eius officium qui appellat, Quod officiũ eius à quo appellaẽ. Quod officium eius ad quẽ appellatur. Quis effectus appellationis, Quæ appellatio valeat & quæ non. Appellatio eſt ſententiæ reſtauratio per clamorem à minore ad maiorem iudicem factum, prętextu iniqui grauaminis. vt D. de minori. l. Præfecti prætorio ex ſua ſententia in integrum reſtituere poſſunt, quamuis appellari ab his non poſſit. & extra de appell. vt debitus. Suprà eſt titul. de dilationibus. & titul.

Appellationis deſcriptio.

titul. quemadmodum ſenten. valida reſcind. Appellare poteſt is, cuius intereſt, vel cui mandatur, vel qui negotium gerit alterius. vt 2. quæſt. 6. non ſolent audiri appellantes, niſi quorum intereſt, vel ij quibus mandatum eſt, vel qui negotium gerunt alienum, quod mox reus ratum habeat. Sed & ſi mater ex pietate ꝓuocauit, dicendum eſt & hanc audiri debere, & ſi litem præparãdam curare maluerit, intercedere non videtur. licet ab initio defendere non poteſt. hanc legem habes ff. de app. reci. l. 1. ad idem extra de elec. cum inter. vbi dicitur. quòd non niſi quorum intereſt audiri ſolent appellationes. & licet parum interſit appellantis, valet tamen appellatio. vt extra de offic. iudic. delega. c. Super eo, circa finem. vbi dicitur. quòd licet appellatio inhibita ſit in reſcripto, tamen ab alijs videntibus detrahi iuri ſuo, appellari poteſt: quia non illis, ſed partibus inter quas cauſſa eſt cõmiſſa appellationis remedium

§. 1.

Quis poßit appellare.

Is cuius intereſt.

ſubtrahitur. Ad idem ff. de appell. l. ab executore. §. alio. &. §. vltimo. In. §. primo dicitur. Alio condemnato is cuius intereſt, appellare poteſt: qualis eſt is qui per Procuratorem expertus victus eſt, nec appellat *Procurator nomine ſuo. Item ſi emptor de proprietate victus eſt, eo ceſſante auctor eius appellare poterit. aut ſi auctor egerit, & victus ſit: non eſt deneganda emptori appellandi facultas. Quid enim ſi venditor qui appellare noluit, idoneus non eſt? quinetiam ſi auctor appellauerit, deinde in cauſſæ defenſione ſuſpectus ſit viſus? Perinde defenſio cauſſæ emptori committenda eſt, atq; ſi ipſe appellaſſet. *Idque ita conſtitutum eſt in perſona creditoris, cùm debitor victus appellaſſet, nec ex fide bona cauſſam defenderet. Quæ conſtitutio ita accipienda eſt, ſi interueniente creditore debitor de pignore victus prouocauerit. nam abſenti creditori nullum præiudicium debitor facit. idque conſtitutum eſt. Si Procura-

text. Procurator ſuo noīe appellet.

in manuſcript. Idemq; ſtatutum

curator qui iudicio interfuit, victus ſit: an ipſe quoque per Procuratorem appellare poſsit, videamus: quia conſtat Procuratorem alium Procuratorem facere non poſſe. Sed meminiſſe oportet, quòd Procurator lite conteſtata Dominus litis efficitur, & ideo per Procuratorem appellare poteſt à ſententia. Et hoc in cauſsis ciuilibus vel ſpiritualibus ſiue alijs. In criminalibus poſt ſententiam non ſolùm condemnatus, ſed etiam quilibet alius tam conſanguineus cõdemnati quàm extraneus admittitur ad appellandum, etiam inuito condemnato. Curat enim humanitatis ratio in tali caſu quemlibet prouocantem audiri. ff. de appell. l. non tantùm ei qui ad ſupplicium ducitur prouocare permittitur, verùm cuiq; *alij nomine eius, non tantùm ſi ille mandauerit, verùm quiſquis alius prouocare voluerit. Neque diſtinguitur vtrum neceſſarius amicus eius ſit néc ne. Credo eñ humanitatis ratione ꝓuoca-

Procurator per Procuratorem appellare poteſt.

Pro condemnato in criminalib. quilibet appellare poteſt.

**tex. quoq.*

ſ 4

uocationem audiri debere. Ergo etſi ipſe acquieſcat ſententiæ. Nec quæritur, cuius interſit. Quid ergo ſi reſiſtit damnatus, nec velit admitti eius appellationem perire feſtinans? adhuc puto differendum. Ad idem D. quando app. ſit, l.2.§. vltim. Ab omnibus iudicibus appellari poteſt tam ordina. quàm delega. vt 2. quæſt. 6. c. omnis oppreſſus liberè ſacerdotum ſi voluerit appellet iudicium, & à nullo prohibeatur: ſed ab his fulciatur, & liberetur, & audiatur. Si autem difficiles cauſſæ, aut maiora negotia orta fuerint: ad maiorem ſedem referantur. & ſi illic facilè*diſcerni non potuerint, aut iuſtè terminari: vbi fuerit ſummorum congregatio ſacerdotum ſub Metropolitano congregata, quæ per ſingulos annos fieri ſolet & debet: & iuſtè, & Deo placitè coram Patriarcha aut Primate Eccleſiaſtica negotia, & coram patricio negotia ſecularia iudicentur in communi. Ad idem eadem quæſt. & eadem cauſſa. c. Ad Romanam

§.2. *A quibus iudicib. appelletur, & ad quos.*

*tex. decerni

manam Eccleſiam omnes Epiſcopi, qui voluerint, vel quibus neceſſe fuerit, quaſi ad caput ſuum confugere, eamq́ue appellare debent: vt inde accipiant tuitionem atq; conſecrationem. Quod omnibus minimè conuenit denegari Epiſcopis: ſed abſque vlla carcerali cuſtodia, aut excommunicatione, aut expoliatiõe, vel damnatione liberè ire concedatur. Ad idem extra de appell. Cùm ſit Romana. vbi dicitur. quòd ſacri canones paſsim appellare pmittunt, exceptis quibuſdam caſibus & iudicibus, quos enumerabimus infrà titul. proximo ſub illo membro, quæ appellatio valeat & quæ non. Appellatio debet fieri à minore iudice ad maiorem, & gradatim, id eſt, ad eum qui gradu proximo ſuperior eſt illo, à quo appellatur: puta ab Archidiacono ad Epiſcopum, ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum, ab Archiepiſcopo ad Primatem, ab illo ad Papam. vt C. de appell. præcipimus. Excipitur Papa ad quem poteſt ab audien-

Appellatio fit gradatim à minore iudice ad maiorẽ.

dientia cuiuslibet iudicis appellari. vt 2.quæſt. 6.c. Romanam Eccleſiam ab omnibus, maximè tamen ab oppreſsis eſt appellandum & concurrendum, quaſi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur, à ſuis op preſsionibus releuētur. quia non poteſt nec debet obliuiſci mater filium ſuum. Et hoc ideo, quia Papa iudex eſt ordinarius ſingulorum. Ad idem ead. quæſt. c. quoties. vbi dicitur. Quoties Epiſcopi ſe à ſuis *prouincialibus vel à Metropolitano putauerint prægrauari, aut eos ſuſpectos habuerint: mox Romanam appellent ſedem, atque eis liberè ire liceat, & dum prædictam Romanam Eccleſiam appellauerint, aut ab ea ſe audiri popoſcerint: nullus eos aut excommunicare, aut eorum ſedes ſurripere, aut res eorum auferre, aut aliquam eis vim inferre præſumat: antequam amborum cauſſa Romani Pōtificis auctoritate terminetur. Quòd ſi aliter à quoquam præſumptum fuerit, nihil erit,

**text. comprouincialibus*

erit, ſed viribus carebit. Et hoc in iudice ordinario locum habet. In delegatis verò ita tenendum eſt. Quòd ſi vniuerſitas cauſſarum eſt ei delegata à minore iudice quàm ſit Papa, vel Imperator, & ipſe vnam illarum cauſſarum quæ ſibi delegatæ ſunt, delegat alteri: ab illo ſubdelegato non appellabitur ad maiorem delegatum, ſed ad ordinarium, qui primò delegauit queſtionem. ff. quis & à quo appelland. ſit. l. 1. §. vltimo. Si autem delegatus à Papa, vel Imperatore delegauit: tunc locum habet diſtinctio decretal. extra de offic. delega. Super quæſtionum. §. Porrò. vbi dicitur. quòd ſi totam cauſſam ſibi delegatam alij delegat, tunc appellatur ad Papam. Si verò finem ſibi cauſſæ reſeruat, tunc à ſubdelegato appellandum eſt ad primum delegatum. Quid autem, ſi per errorem alius pro alio appelletur? Et certè ſi aliquis appellauerit ad maiorem, quàm debuit, vel ad parem, alium tamen: talis error

A Subdelegato appellatur ad ordinarium.

Si per errorẽ maiorem vel parẽ appellet, nõ nocebit ſibi appellans: ſecùs, ſi minorem.

error non nocebit appellanti. Sed ſi ad minorem appellauerit, nocebit ei. ff. de appellat. l. 1. §. Si quis in appellatione errauerit, puta cùm alium appellare deberet, alium appellauerit: videndum eſt, an error ei nihil obfuit. Et ſiquidem cùm maiorem iudicem appellare deberet, ita errauit, vt minorem appellaret: error ei nocebit. Si verò maiorem iudicem ꝓuocauerit, error ei nihil oberit, & ita multis conſtitutionibus continetur. Denique cùm quidam iudices ex reſcripto Principis à Conſulibus accepiſſet, & Præfectum vrbi appellaſſet, errori eius ſubuentum eſt ex reſcripto diuorum fratrũ, cuius verbà hæc ſunt. Cùm per errorem dicas factum, vt à iudice quem ex reſcripto noſtro ab ampliſsimis Conſulibus acceperas, ad Iunium Ruſticum amicum noſtrum, Præfectum vrbi prouocares: Conſules ampliſsimi perinde cognoſcant, ac ſi ad ipſos facta eſſet prouocatio. Si quis ergo parem vel maiorem iudicem appel-

appellauerit, alium tamē pro alio: in ea cauſſa eſt, vt error ei non noceat. Sed ſi minorem, nocebit. Cùm autem appellat maiorem vel parem, remittendus eſt ad eum, quem debuerat appellaſſe. vt ff. de appell. l. Imperatores. Sequitur quando ſit appellandum? reſpondeo quandocunque [a] grauamen infertur, ſiue per interlocutoriam, ſiue per diffinitiuam ſententiam, ſiue aliter extra iudicium grauamen inferatur, ſtatim poteſt appellari, & ante ſententiam, & poſt vſque ad decem dies: ſalua diſtinctione quam ponemus infrà titul. proximo. §. quæ appellatio valida, & quæ non. Appellatio poteſt fieri prima die cùm ſententiatur & grauamen infertur: & viua voce, & ſine ſcriptura. poſt primam verò diem non, niſi in ſcriptis, tunc enim per libellum appellatur, qui offerendus eſt iudici, à quo appellatur, ſi copiam eius habuerit. Alioquin ei, ad quem appellat. vt 2. quæſt. 6. c. ei qui appellat. §. definitiua. Verſ. litiga-

§. 3.

Quãdo, & quomodo, & intra quod tẽpus fieri debeat appellatio.

a Appellatio poteſt fieri & ante & poſt ſentẽtiam ſtatim, aut intra decem dies.

tigatoribus verò copia eſt, etiam ſine conſcriptis libellis ilicò viua voce appellare, cùm res iudicata popoſcerit, tã in ciuilibus, quàm criminalibus cauſsis. Ab eo autem qui de appellatione cognoſcit, nõ poteſt fieri recurſus ad iudicem, à quo fuit ꝓuocatum. quapropter remittendi litigatores ad prouincias remotam ſibi occaſionẽ, atq; excluſam penitùs intelligant: cùm ſuper anteriore cauſſa interpoſitam prouocationem, vel iuſtam vel iniuſtam tantùm liceat pronunciare. Forma libelli prouocationis hæc ſit: Ego Titius ſentiens me grauatum, à ſententia tua Domine. N. Pariſieñ. Epiſcope, quam tuliſti tali die pro Seio, in quęſtione domus, quæ inter me & ipſum in tua audientia noſcitur ventilata, ſedem Romanam appello, & Apoſtolos inſtanter peto. extra de appell. c. poſt appellationem. §. 1. Sic enim concipiendus eſt libellus vt contineat nomen appellatoris, & iudicis à quo appellatur, & iudicem ad quem appellatur, & aduer-

Forma libelli appellatorii.

Quomodo formanda ſit appellatio, eiusq; requiſita.

aduerſarium, & diem latæ ſententiæ, & interpoſitæ appellationis, & capitulum ſuper quo appellatur. Et ſi plures aduerſarios habet, ponere in libello debet nomina ſingulorum, ſcilicet contra quos velit appellare. Et ſi plura ſint capitula vel quæſtiones, ſingula ponat ſuper quibus appellare intendit. Non enim debet in ijs appellare, in quibus ſententia eſt pro eo lata. Vel dicat: Ab ea parte quæ lata eſt contra me, Romanam ſedem appello. Veruntamen ſi plures habuit aduerſarios, & quorundam nomina expreſsit in appellatione, non præſcribitur appellanti quoad illos quos non nominauerit, quaſi ſentētiæ acquieuerit. Sed poteſt etiam contra eos appellans cauſſam ꝓſequi. E diuerſo ſi vnus ex pluribus condemnatus appellauerit, non ideo alij videntur appellaſſe. ff. de appellat. l. 3. §. certè. Sed contrà eſt extra de appellat. c. penultim. vbi dicitur. Vna ſententia pluribus condemnatis, ſi vnus appellauerit, iure communi proderit

deritalijs, ſi idem ſitius, idem negotium, & eadem cauſſa defenſionis. Ad hoc facit D. de appell. l. ſi qui ſeparatim. & C. ſi vnus ex plur. appell. l. 1. & 2. Et debet fieri appellatio intra decendium à die latæ ſententiæ, ſiue ſententia à qua appellatum fuerat, ſit interlocutoria, ſiue diffinitiua. vt in authent. de appell. & intra quæ tempora. §. 1. & 2. quæſt. 6. anteriorum, extra de teſti. ſignificauerunt. & extra de ſenten. & re iudica. quod ad conſultationem. Et quoniam iſti decem dies ſunt vtiles, incipiunt currere à die latæ ſententiæ, ita quòd non currunt condemnato ignoranti ante tempus ſcientiæ condemnationis: niſi contumax eſſet. Nec etiam currunt condemnato, niſi habeat in publico poteſtatem adeundi iudicem, vel eum ad quem intendit appellare: dummodo idipſum cóteſteturin publico. ff. quando appellandum ſit l. 1. §. biduum. & §. dies. quæ lex Canonizata eſt 2. q. 6. c. biduum. vbi dicitur. Quid

Intra ſpatium decem dierum appellandum eſt.

ergo,

ergo, ſi ſententia fuerit ſub conditione dicta? vtrum ex die ſententiæ tempus computamus ad appellandum: an verò ex die, quo conditio ſententiæ extitit? Sanè quidem non eſt ſub conditione ſententia dicenda. Sed ſi fuerit dicta, quid fiet? Et eſt vtile ſtatim tẽpora ad appellandum computari debere. Quod hîc in ſententijs *præceptum eſt, vt vel altera die vel tertia ꝓuocetur: idem obſeruandũ eſt in cæteris, ex quibus ſententia non profertur, appellari tamen oportet & poteſt: vt cùm quis ad tutelam vel alia ciuilia munera nominatur, & eius excuſatio non admittitur. & 2. quæſtion. 6. biduum. Verùm ſi is qui condemnatus eſt, ſit per Procuratorem defenſus, difficile eſt, vt poſt decem dies audiatur appellans, niſi Procurator appellauerit, vt C. quomodo & quando iud. l. ab eo. & ff. quando ſit appelland. l. 1. §. vltimo. Proſequutio cuiuslibet appellationis intra annum, debet

*tex. receptum

§. 4. *Tempus appellatiõis proſequẽda.*

t

debet fieri, vel ſi iuſta cauſſa interuenerit, indulgetur biennium: intra quod ipſe appellator per ſe, vel communiter cum aduerſario litem exequatur, quo tranſacto, lite non completa, rata maneat ſententia: quia appellatio tunc annullatur. C. de tempor. appell. l. 2. in Authent. ei qui. & 2. quæſtion. 6. ei extra de appell. conſtitutus. niſi iudex à quo appellatum eſt, breuius tēpus fuerit moderatus: quia elapſo termino à iudice conſtituto, lite non completa, firma erit ſententia. vt extra de appell. c. Cùm ſit Romana. extra de appellat. c. Sæpè contingit.

Tempora appellationis nō currunt apparente impotentia appellatoris: item ſi Princeps nō potuit proceres in conſiſtorium conuocare.

Poſt illud tempus vt dictum eſt, rata manet ſententia: niſi cùm appellans appellationem ſuam proſequi propter impotentiam non potuit: quoniam tunc poſt bienium proſequi poterit appellationem ſuam. vt extra eodem titul. c. ex ratione. Aut niſi cùm lis in conſiſtorium Principis eſt inferenda, & Imperator proceres prouocare non

non poteſt ad cauſam audiendam: quoniam tunc manet ſententia ſine damno moræ. vt in Authent. de appell. in medio. & 2. quæſt. 6. anteriorum. §. ad hoc. extra de appellat. c. ex inſinuatione. Vel niſi cùm appellans non poteſt habere copiam iudicis ad quem appellauit, vt in Authent. vt ſpon. lar. §. Hoc quoque. Vel niſi tempore proſequendæ appellationis, arbitrum elegerint litigatores, quoniam tunc poſt biennium reduci poteſt cauſſa ad iudicem appellationis. Vt C. de tempor. appell. Auth. Si tamen. & in Authent. de appel. Coll. 8. §. ſancimus memoratum quidem negotium ex quo hæc nobis ſunt nunciata, nihil lædi ex curſu temporis, neque ratam eſſe iudicis ſententiam ſemel appellatiõe data: ſed & exerceri apud tuam gloriam, & terminum legitimum ſuſcipere, etiamſi decies millies pluſquàm biennij tempus exceſſerit aut excedat. Deinceps etiam in omni negotio in quo

Si appellans non potuit habere copiam iudicis.

Item arbitro electo.

tale quid agitur, & in medio motæ cauſæ apud iudicem appellationis aut non motæ, ſi aliqui eligantur alij, & propterea biennium tranſeat, intra quod oportet appellationis iudices litem decidere, & per quamlibet circumſtantiam rurſus reuertaẽ ad iudices appellationis cauſſa: alijs quidẽ omnibus liceat vti partibus tanquam ſi eos nõ contigiſſet deſerere quidem appellationis iudicium, ad electos autem veniſſe: non tamen poſſe vti, quod biennium præte-
§. 5. rijt. Quotiens appellari poteſt?
Quotiens appellari poſſit. Reſpondeo, ante ſententiam ſuper quolibet articulo bis poteſt appellari, niſi ob cauſam aliquam, inferiùs numerandam, inhibeatur. vt 2. quæſt. 6. ſi autem. §. poſt ſecundam. extra de appell. directè. Vnde cùm plura ſæpè ſint capitula in cauſſa vna, & ſuper quolibet bis appellari poteſt. Ex quo ſequitur quòd quinquageſies, vel pluries, in vna cauſa appellari poſſit. Et de plano hoc concedo in appel-

appellatiōibus quę fiunt ante ſententiam. Poſt ſententiam verò diffinitiuam bis tantùm appellare poſſumus. Nimis namque durum eſſet expectare tertiam vel quartam ſententiam. vt C. ne in vna eademq́ue cauſſa tertiò prouocare liceat.l.1. Et licet quidam canones videantur innuere, quòd vltra duas vices poſsit appellari: aiunt enim, quotieſcunque opus eſt, appellari poteſt.2.quæſtion.6. omnis oppreſſus. & melius in c. omnes Epiſcopi.& c.quotiens:tamen tenendum eſt quod diximus ſuprà. Et intelligitur illud, quod poteſt appellari quotienſcunque opus eſt, ante ſententiam diffinitiuam, & etiam poſt ſententiam, non tamen vltra ſecundam vicem licet. facit ad idem decretal. no. extra de appell.ſua nobis. Ad officium appellatoris pertinet inſtanter petere literas dimiſſorias, quæ dicuntur Apoſtoli: & ſi eas habere non poteſt, hoc publicè proteſtetur coram iudice à quo

§.6. *Officium eius qui appellat.*

appellauit,aut in loco in quo conſueuit ſedere pro tribunali. vt 2. quæſt. 6. poſt appellationem.& c. biduum.§.Si fortè.D.de libell. dimiſſor. l. 1. Sed ſi dimiſſorias inſtanter non petat,imputatur ei: licet iudex malè fecerit qui eas non dedit. vt C. de appell.l. eo.§.Apoſtolos.& l.iudicibus. Ad officium iudicis pertinet à quo eſt appellatum, vt recipiat appellationem, ſi legitima eſt: & appellatori literas dimiſſorias intra triginta dies exhibeat. vt 2. quæſt. 6. c. ei qui appellat. §. diffinitiua. Verſ. iudicibus. Sed ſi appellationem legitimam iudex non receperit, ſecundũ leges puniri debet in 30. pondo auri, & officiales eius ſimili pœna puniendi ſunt. Hoc verum eſt, niſi iudici reſtiterint, & quid iure conſtitutum ſit, oſtenderint. vt C.de appel.l. quippiam iudices. Sed ſecundum canones debẽt deponi.vt 2.quæſt.6. decreto. Et tamen nil nocet appellatori ſi iudex eius legitimã appellationem

Officium iudicis à quo appellatur.

non

non recipiat. vt 2. queſtion. 6. poſt appellationē. §. appellatione. Veruntamen ſi appellans vnam expreſſerit cauſſam appellandi: poteſt illam dimittere, & aliam allegando probare, & ſic appellationem proſequi. vt ff. de appell. l. 1. §. vltimo. & l. ſcio quæſitum. in fine. & extra de appell. conſtitutis. in fine. & c. Sæpè contingit. extra de fid. inſtru. c. cùm Ioannes. Si verò nō debuit eā recipere (quod ex multis cauſsis contingere poteſt, vt infrà dicemus) nil nocet iudici, ſi eam contēpſerit. immò qui temerè appellauit cōdemnandus eſt ſecundum leges in 50. libris argenti, & efficitur infamis. vt C. de appellat. l. eos. §. ne temerè. & l. à Proconſulibus. & C. quorum app. non recip. l. ab executore. §. vlti. Secundum Canones verò remittendus eſt ad iudicem à quo appellauit, & condemnatur parti alteri in expenſis. vt in conſtit. Innoc. c. vt debitus. extra de appell. Et iudex qui prauæ appellationi

conſenſit,puniendus eſt ſimiliter. vt quæſt. 6.de poſſeſsione. Tenor Apoſtolorum talis eſt.ſalutatione præmiſſa iudici ad quem appellatum eſt,dicat ſic: Lucium Titium appellaſſe à ſententia mea, quam contra eum tuli pro Gaio Seio,ſuper tali cauſſa,notum ſit vobis: Et ideo dimitto eum à iudicio meo, & ad veſtrum examen cum iſtis literis dirigo.vt ff. de libell. dimiſſo l.vnica.& 2.quæſt.6.poſt appel. §.forma. Si verò ante ſententiam fuerit appellatum à grauamine:iudex à quo appellatum eſt, depoſitiones teſtium, & inſtrumenta, & alias probationes vtriuſque partis ſub ſigillo ſuo incluſas mittere debet iudici ad quem appellatur. vt extra de eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſſa rei c.cùm veniſſent. Ad officium iudicis ſpectat ad quem appellatum eſt vt confirmet, vel infirmet ſententiam, vel etiam corrigat vel emẽdet, ſecundum priùs allegata, cùm fuerit à ſententia prouocatum.vt 2.quæſt.6.c.ei qui ap-

Formula apoſtolorum dimiſſ.

Officium iudicis ad quem prouocatur.

appell. §. diffinitiua. in fine. & 6. quæſti. 4. c. Oſius. & extra de appell. c. conſtitutis. & extra de ſenten. & re iudica. conſtitutus. circa finem. & c. cùm Bertoldus & extra de teſtament. c. Rainutius. Vel ratiões & teſtes, quas partes inducere de nouo ſuper nouis articulis voluerint audiat, & ſecũdum merita cauſę ſententiam diffinitiuam ferat. vt C. de tempo. repar. ap. l. per hanc. & l. eos. §. Si quis. & extra de teſtib. c. fraternitatis. extra de fide inſtrum. cùm Ioannes. Si verò ante ſententiam à grauamine appellatum fuerit: Si appellatio iuſta eſt, debet de tota cauſſa cognoſcere, & cauſſam mediante iuſtitia terminare. Sed ſi iniuſta, remittere debet appellantem ad iudicem à quo appellatum eſt, vt ille de cauſſa cognoſcat, & parti alteri fruſtratoriè appellantem in expenſis condemnet. extra de appell. c. vt debitus. extra de offic. delega. Inſinuante. extra de eo, qui mit. in poſſeſſ. cùm veniſſent, in fine.

Iudex appellationis quæ fit ante ſententiam, de tota cauſſa cognoſcit.

t 5 Titul.

Titul. VI.

DE EFFECTV APPELLATIONVM, ET QVAE RE-cipiendæ, quæ uerò ad priorem iudicem remittendæ ſint.

EFfectus appellationum eſt, vt omnia permaneãt in eodem ſtatu, quo erant tempore factæ appellationis. vt D. appell. interpoſ. nil inno. & 2. quæſt. 6. c. Poſt appellationem. §. appellatione interpoſita. & extra de appell. c. bonæ. & c. Secundò requiris, in fine. Excipiuntur quidam caſus, in quibus aliquid innouatur. Primus eſt, ſi reus eſt ſuſpectus de dilapidatione fructuum rei adiudica. actori, tũc apud ſequeſtrum fructus eius debent deponi. vt 2. quæſt. 6. c. quotiens. C. quorum appell. non recip. l. ab executione. Huc pertinet D. de appell. l. Impp. §. vlt. Et expreſsè facit decretal. no. extra de ſequeſtra. poſ. c. dilectus filius R. rector. Secundus eſt, cùm hæres conuictus ſuper legato appel-

Caſus in quibus facta appellatione quid innouatur.

pellat: quia cauere debet de eo reſtituendo.ff. vt legator, vel fideicomiſſ. ſeruand. cau. caue. l. Poſtquam. §. Imperator. Tertius ſi condemnatus de crimine appellat, nec poteſt dare fideiuſſorem: quoniam ex tunc erit in cuſtodia donec veniat ad eum, ad quem appellauit. argu. 2. quæſt. 6. arguta. & C. de appell. l. eos, qui. §. ſuper his verò. Vltimò videndum eſt, quę appellationes valeant, & quę non. Et [a] nota quod appellatur, aut ſuper correctione, aut ſuper Eccleſię ordinatione, aut in iudicio, aut in facto aliquo extra iudicium. Si appellatur [b] ſuper correctione, & diſciplina, & perſona quæ appellat eſt regularis: non valet appellatio eius. vt extra de appell. c. ad noſtram. niſi is, qui corrigit modum excedat. extra de appell. de priore. extra de offic. iudic. deleg. ſuper quæſtionum. Sed ſi appellator eſt ſecularis, licet ſuper correctione appellet, tenet eius appellatio. vt extra de appell. c. peruenit. vbi loquitur

§. Quæ appellatio valeat, quæ non.

a Super quatuor appellari ſolet.

b Appellatio perſonæ regularis ſuper correctiõe nulla eſt.

quitur de clerico, qui corrigebatur, quòd in Eccleſia nolebat facere reſidentiam &c. Si verò appellatur ſuper ordinatione Eccleſiæ, ſcilicet ne fiat electio, vel procuretur vtilitas Eccleſiæ: ſi non fuerit aſsignata iuſta cauſſa appellandi, non valet appellatio. vt extra de ijs, quæ fi. à ma. parte. cap. c. ex ore. circa finem. extra de electi. cum nobis. quia non valet appellatio, ſi appelletur ne fiat id, quod edicto perpetuo decretum eſt. vt ff. de appell. recipi. l. vltima. Si autem cauſſa appellationis aſsignata eſt & probata fuerit, valet appellatio: alioquin non. vt extra de ijs quæ fiunt à ma. per ca. cùm in cunctis. extra de appell. c. conſtitutis. Cùm autem appellatur in iudicio, ſecundùm antiqua iura Canonica poterit appellari ante litis conteſtat. & poſt, & etiam ante ſententiam, & poſt, quandocunque videtur, nulla cauſſa appellationis oſtenſa vel allegata. vt 2. quæſt. 6. non ita. extra de appell. c. cùm

Appellatio ſuper ordinatiõe ſiue aſſignatione cauſſæ non valet.

Ante ſentẽtiam quãdo appelletur.

c.cùm ſit.& c.ſuper eo. & c. ſecundo.§.illam. Et in multis alijs iuribus concordantibus. Hodie dicitur in conſtitutione Lateranenſ. concilij c. vt debitus.quod in nullo iudicio licet appellare ante ſententiam, niſi iniuſtè quis grauetur: tunc enim coram eodem iudice cauſſa probabili appellandi expoſita,à grauamine quod infertur ei, legitimè appellari poteſt, & tenebit appellatio cauſſa legitima exiſtente. Veruntamen ſi iudex, à quo fuerit appellatum à grauamine, ab eo ſuper quo appellatum eſt,velit deſiſtere, & reuocare interlocutoriam ſententiam, & aſſertum grauamen: tunc liberè poteſt in cauſſæ cognitione procedere, non obſtante præmiſſa appellatione.vt extra de appell. cùm ceſſante. Sed ſi quæris, quæ ſit rationabilis cauſſa appellandi: Reſpondeo, vbicunque grauamen infert iudex contra ius ſcriptum, vel denegat litiganti beneficiũ iuris quod ei indulgetur: puta quia dene-

Quæ ſit legitima cauſſa appellandi ante ſententiam.

denegat beneficium reſtitutionis ſpoliato antequam de quæſtione proprietatis agatur: vel denegat quartam productionem petitam cum ſolennitate iuris: vel denegat reo copiam probandi literas impetratas per falſi ſuggeſtioné, vel ſuppreſsionem veri: vel citat aliquam partium ad locum ſibi ſuſpectum. In ijs omnibus & conſimilibus grauaminibus poteſt legitimè appellari, tam ab ordinario, quàm à deleg. cui cauſſa commiſſa eſt appellatione remota. vt extra de reſtit. ſpol. c. ex conqueſtione. extra de teſtib. c. ſignificauerunt. extra de appell. ex parte. Et ſic intelligenda eſt illa decretal. extra de appel. c. paſtoralis. quę hoc idem innuit. Poſt ſententiam verò diffinitiuam poteſt licitè appellari à quocunque grauamine, & à quolibet iudice. Nam Eccleſia Romana omnes audire conſueuit, qui ſe dicunt iniuſtè condemnatos, & literas de reuocatione ſententiæ tribuet cuilibet peten-

Poſt ſententiam definitiuã à quolibet grauamine poteſt appellari, exceptis 9. caſib.

tenti.extra de offic.deleg.c.paſtoralis. Sed quædam decretales videntur contradicere. Dico ergo præcisè, quòd à qualibet ſententia diffinitiua poteſt appellari de iure, à quocunque ſit lata, exceptis ijs caſibus ſequentibus:

Appellare uetant ſcelus, excellentia, pactum.
Contemptus, minima & res, interdictio facta,
Arbitrium, res quæ perit, & ſi longius acta.

Scelus vetat appellare poſt ſententiam, quia appellatio non debet eſſe vinculum iniquitatis, ſed præſidium innocentiæ. extra de appell.reprehenſibilis. Et intelligitur de ijs, qui prætextu appellationis in manifeſto & notorio crimine perſeuerant. quod non permitttitur. vt extra de appell. cùm ſit Romana.in fin. & c. conſuluit. & extra de ſponſ.& mat. ex literis. extra de vſur. c. quàm periculoſum.& 2.quæſt.6.c.ſunt quorum.

Ad tollendam in peccatis & flagitiis conniuentiam appellatio inhibetur.

& ff.

& ff.de appell.conſtitutiones. Excellentia] quoniam à ſentētia domini Papæ, vel Imperatoris, vel Præfecti prætorio, & à ſententia ſenatorum appellari non licet. 9. quæſt. 3. c. cuncta per orbem.& 2. quæſt.6. anteriorum in.§.illo. C. de ſen.Præfec.præto.l. vnica. ff. à. quibus appell. non licet l. 1. Pactum litigantium inhibet appellationem.vt 2.quæſt.6.c.ſi autem. & D.à quib.appell.non licet l.1. & D.de pact. l. tale pactum.§. 1. & C. de iureiurand.l. generaliter. Contemptus vel contumacia facit ne poſsit appellari: quoniam ſi quis contumaciter abſens condemnatur per ſententiam diffinitiuam, appellare non poteſt. vt 2. quæſt. 6.c.ei qui.§. ſunt quorum iam citato.& 24.quæſt.4. de illicita. extra de appell.per tuas. Niſi veniant ad iudicium ſtatim poſt ſententiam adhuc iudice ſedente pro tribunali. vt ff. de in integrum reſtitut. l. diuus. Minima res] ratione valoris non poteſt appellari ſuper eadem

Propter præcellentiam iudicis non appellatur.

Propter pactũ litigatorum.

Propter contumaciam.

Propter rei exiguitatem.

eadem cauſſa. 2. quæſt. 6. anteriorum. §. illud. Vel ratione durabilitatis. vt 2. quæſti. 6. c. ei qui. §. de poſſeſsione. Interdictio facta, id eſt, prohibitio Papæ, vel Imperatoris facit, quòd non poſsit appellari. vt ff. quibus appellare non licet l. 1. Arbitrium] quoniam à ſententia arbitri appellari non poteſt, vel non licet propter eius vilitatem: quoniam iuriſdictionem non habet. vt C. de arbi. l. 2. & 2. quęſt. 6. §. à iudicibus. Res quę perit] id eſt, quæ non capit dilationem. vt ff. de appell. recipi. l. final. Vel cùm appellatur ne excommunicatus abſoluatur, talis appellatio non valet. vt extra de appell. c. qua fronte, & in noua conſtit. Innocentij c. ſacro. Cùm verò appellat quis extra iudicium pro defenſione iuris ſui, nõ debet prohiberi, niſi notoriè appellatio eſſet fruſtratoria. Et poſtquam conſtat eum legitimè appellaſſe, omnia quæ ſunt contra appellationem attentata, caſſanda ſunt. vt

Propter appellationem remotam.

Arbitrium.

Propter rei periculum et interitũ.

v extra

extra de appell.bonæ memoriæ,alioquin talis appellatio nil nocet.

Titul. VII.
DE RESTITVTIONE in integrum.

Qvia ſæpè iudicium reuocatur per in integrum reſtitutionem, & ſententia quæ nullo alio remedio tollitur & retractari poteſt, per idem beneficium ſubleuatur & reſcinditur. idcirco in fine præſentis iudiciorum doctrinæ de reſtitut. in integrum tractatum ſubijciamus. Videamus igitur, quid ſit in integrum reſtitutio. Quis poteſt petere in integrum reſtitutionem. Qualiter petenda ſit. Quando competat hoc beneficium. Intra quod tempus peti vel fieri debeat. Quis poſsit reſtituere. Quis effectus. In integ. reſtitutio eſt prioris ſtatus, vel iuris, vel audientiæ reintegratio. vt 2. quæſt. 3. c. ſi quem pœnituerit. §. notandum, in fine. & extra de reſtitut. in integrum ex literis. Sed harum

Partitio tituli.

Reſtit. quid.

harum reſtitutionum alia debe- tur ex ſola miſericordia, alia ex iuſtitia debita. De ſola miſericordia debetur illa, quam ratione peractæ pœnitentiæ miſericorditer petit ſuſpenſus, ab eo qui eum ſuſpendit, vel ab eius ſuperiore. vt 50. diſtinct. c. contumaces. extra de Cleric. non reſi. c. ex tuæ. Depoſitus à ſolo Papa eam petere poteſt. vt 2. quæſt. 6. c. Ideo huic. Ideo hæc propriè dicitur reintegratio ſtatus, de quo nihil ad præſens. De iuſtitia debita, eſt illa, quæ datur Eccleſiæ, Reipublicæ, minori 25. annis, vel etiam maiori abſenti iuſta de cauſſa & ꝓbabili, aduerſus cõtractum, vel quaſi contractum, aduerſus ſententias, vel iudiciorum proceſſus, aduerſus delictum, vel quaſi delictum, in quo minori interdum ſubuenitur. & de hoc in præſenti tit. tractare inſtituimus. Sequitur, quis poteſt petere reſtitutionem in integr. Reſpondeo, minor 25. an. ſuper omnib. quæ geſsit in minori *Reſtitutio duplex*

§. 2.

Quis poßit petere reſtitutionem in integrum.

ætate.ſi enormiter læſus eſt ob ſui facilitatem, vel aduerſarij calliditatem: ſiue in faciendo lædatur, ſiue in omittendo ff. de mino. quòd ſi minor. §. non ſemper,in fine.vbi dicitur.niſi aut manifeſta circumſcriptio ſit, aut tam negligenter in ea cauſa verſati ſint.Prætor interponere ſe non debet. &l. non omnia 44. vbi dicitur. non omnia,quæ minores gerunt,irrita ſunt:ſed ea tantùm,quæ cauſſa cognita eiuſmodi deprehenſa ſunt, *vt ab alijs circumuenti,aut facilitate ſua decepti, vel quod habuerunt amiſerint: vel quod acquirere potuerunt emolumẽtum, omiſerint: aut ſe oneri *importabili obligauerint. Ad idem facit decretal.no.extra de reſtitut.in integrum c.conſtitutus. Nam ſi contra ſe eſt in iure confeſſus, curatore vel tutore præſente, reſtituitur contra cõfeſsionem ſuam, vt poſſit negare. Si verò ſine curatore, vel tutore agat, vel confiteatur, ipſo iure illæſus ſeruatur.ff. de mino.l.

*tex.vel

*text.quod nõ ſuſcipere licuit,

Contra confeſsionem.

no. l. ſi ex cauſſa. §. nunc videndum. & D. de confeſſ. l. certum. §. penultimo. Item ſi minor 25. an. compromiſerit, & expedit ei non eſſe compromiſſum, reſtituitur. vt D. eod. tit. ſi minor. §. minores. vbi dicitur. minores ſi in iudicẽ compromiſerunt, licet tutore auctore ſtipulati ſunt, in integrum reſtit. aduerſus talem obligationem iure deſiderant. Item reſtituitur aduerſus ſententiam in eum latam interueniente tutore, vel curatore. vt C. ſi tu vel cu. interue. l. 2. vbi dicitur. minoribus 25. an. etiam in ijs, quæ præſentibus tutoribus, vel curatoribus in iudicio, vel extra iudicium geſta fuerint, in integr. reſtitutionis auxilium ſupereſſe, ſi circumuenti ſunt, placuit. Ad idem C. Si aduerſ. rem iudica. l. 2. vbi dicitur. ſi cùm pater tuus te in ſua poteſtate eſſe, minimeq́ue emancipationem à ſe factam valere diceret, Proconſul ſuper cauſſa cognoſcens, te eius poteſtati ſubiectum pronunciauit: cùm aduer-

Contra compromiſſum.

Contra ſententiam.

ſus eam ſententiam in integ.reſtitui poſtules, is qui prouinciam reget, in impertienda cognitione, ſuas partes ſecũdum leges exhibebit. Item reſtituitur cõtra acceptilationẽ à ſe factam, vel nouationem, ſi ſine cauſa ab idoneo debitore ad inopem debitorem nouationem faci. vt .eo.ti.de minorib. l.patri pro filio.§.penult.vbi dicitur.etſi ex duobus reis alteri acceptũ tulerit, in vtrumq; reſtituenda eſt actio. Ex hoc intelligimus, ſi nouationem ſibi damnoſam fecerit (fortè ſi ab idoneo debitore ad inopem debitorẽ nouandi cauſa tranſtulerit obligationem) oportere eum in priorẽ debitorem reſtitui. Item contra electionem, cùm potuit melius eligere, vtpote per licitationem rem ſuam vendere, & ab emptore fuerit in licitatione ſuperatus. vt ff. de mino. l.ait Prætor.§. Hodie certo. Pomponius quoque lib.viceſimooctauo ſcribit, etſi ſine dolo malo cuiuſquam legatum repudiauerit, vel

Contra acceptilationẽ à ſe factam.

Contra electionẽ & optionem.

vel in optionis legato captus ſit, dum elegit deteriorem: vel ſi duas res promiſerit, illam, aut illam, & precioſiorem dederit: debere ſubueniri. & ſubueniendum eſt. Quęſitũ eſt ex eo, quod in lucro quoq; minoribus ſubueniendum dicitur; ſi res eius venierit, & exiſtat alius qui plus liceatur: an in integrum propter lucrum reſtituendus ſit? Et quotidie Prætores eos reſtituunt, vt rurſum admittatur licitatio. Ad idem l. Si in emptionem penes ſe collatam, minor adiectione ab alio ſuperetur. implorans in integr. reſtitutionẽ audietur, ſi eius intereſſe, emptam ab eo rem fuiſſe, cõprobet: veluti quòd maiorũ eius fuiſſet: ita tamẽ, vt id quod ex licitatione acceſsit, ipſe offerat vẽditori. Generaliter tene, quòd ſiue in pacto ſuo, ſiue in facto curatoris decipiatur vel lædatur minor ſemper reſtituẽdus eſt. Sed ſi vſus eſt iure communi, non iuuat, licet ex poſt facto res incipiat ei eſſe damnoſa. vt C. de reſtit.

Aduerſus emptionem.

Non iuuatur ſi in rem cõmuni vſus eſt.

in integrum l.vlt.vbi dicitur.non videtur circumſcriptus eſſe minor, qui vſus ſit iure communi. Item ſi iurauit quòd non petet reſtitutionem, & eſt pubes: non reſtituitur quamuis deceptus ſit. vt C.ſi aduer.vendi.l.vnica.vbi dicitur. ſi minor vigintiquinq; annis emptori prædij cauiſti, nullam de cætero te eſſe controuerſiam facturum, idque etiam iureiurando corporaliter præſtito, ſeruare confirmaſti: neq; perfidiæ neque periurij me auctorẽ tibi futurum, ſperare debuiſti. & hoc idem dicitur in Auth.ibi ſignata, Sacramenta puberum ſponte facta ſuper cõtractibus rerum ſuarum non retractãdis, inuiolabiliter obſeruari præcipimus. Per vim autẽ vel metum extorta nullius eſſe momenti cenſemus. Itẽ propter delictum ſuum interdum nõ reſtituitur minor. vt C.ſi aduerſus delict.l.1. vbi dicitur. malorum mores, infirmitas animi non excuſat. ad idem ff. de minori. l. auxilium. §. in delictis.

Si pubes factus iurauerit ſe reſtitutionem non petiturum.

Minor non reſtituitur in delicto enormi.

ctis. vbi dicitur. quòd in delictis atrocibus minoribus nõ ſubuenitur, & non daт̃ ætatis excuſatio aduerſus pręcepta legum ei, qui dum leges inuocat, contra eas cõmittit. Item propter mendaciũ ſuũ perdit beneficium reſtitutionis, ſi mentitus eſt ſe maiorẽ cùm contraxit. vt C. ſi minor ſe. ma. dix. l. 2. & 3. vbi dicitur. ſi is qui nunc ſe minorem eſſe aſſeuerat, fallaci maioris ætatis mendacio te decepit: iuxta iuris ſtatuta, quæ errantibus non etiam fallentibus minoribus ſubueniunt, in integrum reſtitui non debet. Item propter priuilegium libertatis non reſtituitur quis in ſeruum ſuum perperam manumiſſum: licet idemnitati eius ad pretium conſulatur. C. ſi aduer. liberta. l. 2. ff. de minor. l. minor. §. minor ancillam vendidit. ſi eam emptor manumiſerit, ad hoc in integrum reſtitui non poterit: ſed aduerſus emptorem, quanti ſua intereſt, actionem habebit. Item propter priuilegium & reuerentiam

Propter mendaciũ quoque non reſtituitur.

Nõ reſtituitur aduerſus ſeruũ manumiſſum.

Nō reſtituitur cō-tumelioſus aut in-gratus in patro-num.

tiam patronorũ & parentũ vtriuſque ſexus minor aduerſus eos nõ reſtituitur. C. qui & aduerſ. quos in integrum reſtit.non poſſ.l.vlti. vbi dicitur. Sancimus nullo modo aduerſus parentes vtriuſque ſexus, neque aduerſus patronum vel patronam dari reſtitutionem. nam perſonarum reuerentia omnem eis excludit reſtitutionem: cùm procul dubio ſit etiam ipſas perſonas cauere, ne quid ſuæ opinioni contrarium exiſtat. Præterea non datur reſtitutio ſecundo loco, niſi nouæ defenſiones prætendantur. C. ſi ſæpius reſt. in integr. poſt l.vlti.vbi dicitur. in vna eademq́ue cauſſa in integrum reſtitutionis auxilium non iure, niſi nouæ defenſiones prætendantur, poſci ſępè reſcriptum eſt. Item ſi ſemel denegata eſt reſtitutio, poſteà non datur, ſi non appellauerit.vt C. eod.tit.l.1.vbi dicitur. Si poſt ſententiam Proconſulis contra vos latam, deſideraſtis in integrũ reſtitui, nec obtinuiſtis: fruſtrà

Nemo reſtituitur bis in eadẽ cauſa.

Si ſemel ſit dene-gata.

ſtrà vt rurſus eadem quęſt.reſtitutionis in integ. agitetur deſideratis.appellare enim debuiſtis,ſi vobis ſententia diſplicebat. ſed ſi adhuc in ea ætate eſtis cui ſubueniri ſolet, appellādi ius vobis reſtituimus. Præterea Eccleſia ſemper debet iure minoris illæſa ſeruari, & aduerſus omnes reſtitui. vt extra de in integr.reſtitu.c.1.requiſiuit. &c. Cùm veniſſent. & c. auditis. Item Reſpub. vtitur iure minoris vel pupilli, & ipſo iure ſeruatur illæſa.vt C.de iur.Reipub.libr.11. Rempublicam.& C. Quib. ex cauſis maio.in integrum reſtit.l. Reſpublica. Similiter ſi maior vigintiquinque annis læſus ſit in iudicio vel extra iudicium, dolo aut metu aduerſarij ſui, reſtituitur per actionem de dolo, vel metus cauſſa, vel iudicis officio.vt C. de dolo malo.& C. quod met. cauſa. per totum.Item ſi læditur dum eſt abſens neceſſaria & probabili de cauſſa: puta Reipublicæ cauſſa vel ſtudij peregrinationis, vel in legatio-

Eccleſia ſemper habet ius minoris,& Reſpub.

Quibus caſib.maior reſtituatur.

gatione ſuæ ciuitatis, vel in proſequutione ſuæ appellationis, vel in cauſſa teſtimonij ferendi, vel quia in vinculis, vel in cuſtodia publica ſeu priuata detinetur, & venire non poteſt: reſtituitur in id, in quo abſentia ſua læſus eſt. ff. ex quib. cauſis maio. in integrum reſti.l.ſuccurritur. & l.eadem cauſa.Circa ſententiam contra maiores latam in abſentia ſua, diſtinguitur, ſcilicet vtrum ſit abſens ꝓbabili & neceſſaria de cauſſa, vel probabili tantùm, vel neceſſaria tantùm, vel tantùm voluntaria. In primo ſcilicet, quando ex probabili, & neceſſaria fuerit abſens maior, contra quem ſententia lata eſt, ſi fuerit legitimè defenſus, teſtituitur ad appellandum tantummodo. Si autem non fuerit legitimè defenſus, vel nullo modo:reſtituitur ad cauſſam ex integro agendam. vt ff. de in integr. reſtitut. l. vlti. vbi dicitur. Inter minores 25. annis, & eos qui Reipublicæ cauſſa abſunt, hoc intereſt,

Si ſentẽtia in maiorẽ abſentem nõ defenſum legitimè dicta ſit, reſtituitur: præſertim ſi abfuerit abſentia neceſſaria.

eſt, quòd minores annis, etiã qui per tutores vel curatores ſuos defenſi ſunt, nihilominus in integrum contra Rempublicam reſtituuntur, cauſa ſcilicet cognita. Eis verò qui Reipublicæ cauſa abſint, cæteris quoque qui in eadem cauſa habentur, ſi per Procuratorem defenſi ſunt. Hactenus in integrũ reſtitutione ſubueniri ſolet, vt appellare his permittatur. & ff. de iudic. ſi Prætor, in fine. vbi dicitur. Paulus notat: Si aut morbo impeditus, aut Reipublicæ cauſſa auocatus adeſſe non potuit reus, puto vel accuſationẽ iudicati in eo caſu denegandum, vel exequi Prætorem ita iudicatum non debere. Ad idem ff. ex quib. cauſ. maior l. ab hoſtibus autem captis, poſtliminio reuerſis ſuccurritur, aut ibi mortuis: quia nec Procuratorem habere poſſunt: cum alijs ſuprà ſcriptis etiam per Procuratorem poſsit ſubueniri. In ſecundo caſu ſcilicet quãdo quis probabili tantùm de cauſſa abeſt, ſi non legiti-

mè

Procuratorem relinquere. ex cauſa tamen puto etiam ipſi ſuccurrendum. vt ff. de minori. l. deniq;. §. Pomponius. Item in quarto caſu, cùm ſcilicet fuerit abſens ex voluntaria cauſſa, tunc in nullo reſtituitur. vt D. de re iudica. l. denuò quoque. & D. de iud. l. & poſt edictum. §. vlt. vbi dicitur. Sciendum eſt ex pemptorio abſentē cōdemnatum, ſi appellet, nō eſſe audiendum: ſi modo per contumaciam defuit: ſin minus, audietur. Item petenda eſt reſtitutio per eum qui dicitur læſus vel per eius Procuratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum: quoniam generaliter conſtitutus Procurator reſtitutionem in integr. petere non poteſt. vt C. etiam per Procur. cauſam in integ. reſtit. poſtu. poſſe. l. vnica. vbi dicitur. cauſſam in integr. reſtit. ſi qua competit, etiā per Procuratorem agi poſſe placet. Et hoc idē dicit. decre. no. ext. de reſti. in integr. c. coram. Petēda eſt Reſtitutio apud ſuum iudicem, præſente eo contra quem

Petenda eſt reſtitutio per læſū, aut per eius Procuratorem ſpecialem.

Reſtitutio petenda à ſuo iudice.

quem reſtitutio poſtulatur, vel per contumaciam abſente. vt ff. de minorib.l.in cauſæ.§.cauſa.vbi dicitur. cauſa cognita & præſentibus aduerſarijs, vel ſi per cõtumaciam deſunt, in integrum reſtit. perpendendæ ſunt. & l. etiam.§. vltim.vbi dicitur. ſi hæreditate patris, beneficio ætatis in integrum reſtitutus abſtinuit ſe, nemine de creditorib. paternis præſente, vel ad agendum à Præſide vocato: an ea reſtitutio rectè facta videatur, quæritur? Herennius modeſtinus reſpondit, cùm non euocatis creditoribus in integrum reſtitu. decretum interpoſitum ꝓponatur, minimè id creditoribus præiudicaſſe. extra de reſtit. in integrum. cùm ex literis. in fine.C. ſi aduerſ. dot.reſtitu.in inte.petatur.l.1.vbi dicitur. quoniam ſororem tuam circumuentam dicis omnia bona in dotem dediſſe: an veritas allegationi tuæ aſsiſtat,ſi ad te ſororis tuæ hæreditas vel bonorum poſſeſsio pertinuit, & tempora nondum

dum præterierint intra quæ legibus ex perſona defuncti conceditur poſtulare in integ.reſti. Præſes prouinciæ præſente diuerſa parte examinabit. ff. de adop. l. nam ita Diuus Marcus Eutichiano reſcripſit, Quod deſideras, an impetrare debeas, exiſtimabunt iudices, adhibitis etiam his qui cõtradicent, id eſt, qui læderentur cõfirmatione adoptionis. In Auth. vt ſpon. lar. §. adhæc. Coll. 9. Ad idem ext. de adop. neq; abſens. Quando cõpetit reſtitutio in integrũ? Reſpõdeo, cùm perſonæ vel res enormiter læſæ ſunt, nec habetur aliud medium auxilium, per quod eis ſubueniri poſsit: quoniã pro modica læſione non datur hoc beneficium, vbi aliud remedium ſupereſt: puta nõ tenuit contractus, vel habet actionem vel exceptionem aliquam ad ꝓſpiciendum ſibi qui læſus eſt. vt dicitur D. de reſtit. in integ. l. Scio. ext. de in integ. reſti. c. requiſiuit. & D. de mino. l. in cauſæ. 2. vbi dicitur, quod vbicunque minor cõmune habet auxiliũ, nõ

§. 3. *Quando competat reſtitutio in integr. et intra quod tempus.*

debet ei tribui extraordinarium: vt ſi minor contraxit ſine tutore, nec eſt fact' locupletior. C. in quibus reſt. in integ. non eſt neceſ. l. 1. & 2. §. illud. Intra a quod tẽpus facienda ſit reſtitutio quęſitum eſt. Et quidem minor poteſt petere reſtitutionem toto tempore minoris ætatis, & poſt cõpletum 25. annũ, ſecundũ antiqua iura infra annum vtilẽ: hodie verò intra quadriennium à prima die numerandum, hoc eſt vſq; ad finẽ 29. anni. C. de tempo. in integr. reſt. l. vlt. Et hoc cùm læditur per factum ſuum vel per alienum, ſiue per ignorantiam ſuam, ſiue alienam. Sed ſi decipiatur minor in tempore, id eſt, ſi patiatur ſibi tempus labi in præiudicium iuris vel actionis ſuæ, dicunt quidam, quadriennium ei nõ eſſe concedendum poſt 25. an. ad reſtitutionem obtinẽdam per dictam l. Sed Azo dicit, ſi minor lædĩ in tractatu tẽporis, quòd habebit 4. ann. ad reſtitutionẽ petendam, & totũ tẽpus minoris ætatis & tantũ tempus poſt 25. an. quanto tempore fuit

a Minor læſus petit reſtitutionẽ vſque ad finem 29. anni ætatis ſuæ.

re fuit læſus: nõ vltra quatuor annos.argu.D.quando de pecul.act. annal.eſt l. cùm poſt mortẽ. & D. de mino.l.interdũ.§.ſi defunctus. De reſtitutione facienda eccleſiæ, variæ ſunt opiniones. Quidam dicunt eã perpetuò reſtituendã ſine temporis præfinitione: qm̃ Eccleſia intelligit̃ ſemp minor, & ſemper illæſa ſeruari. & facit ꝓ eis illa decr.ext.de in inte.reſti.c.1.requiſiuit. Alij dicunt quòd vſq; ad 30. annos à die læſiõis numerãdos reſtitui debet, ponentes eccleſiã in primo die natiuitatis minoris. Alij ponũt in 14.anno eccleſiam, ideo quia cõtra pupillũ non currat præſcriptio. (Sed contra eccleſiã benè currit.16.q.3.Placuit. Sicut contra adoleſcentem) & ob hoc dicunt eam reſtituendã vſq; ad decimum quintũ annum à die læſionis ſuæ. Sed verba ſunt. Prima opinio reprobat̃ ex eo, quòd nulla præſcriptio etiam quadragenaria locum haberet cõtra eccleſiam, ſi ſemper deberet illæſa ſeruari, quod falſum eſt.16.quæſt.3.prima actione. ext.

De reſtitutione Eccleſiæ tres diuerſæ opiniones, quibus ſuam author ſubiungit.

de præſcript. per totum. Item ſequeretur hîc abſurditas, vt melioris cõditionis eſſet, qui rem eccleſiæ per 40. annos nullo titulo & iniuſtè poſsideret, quàm qui legitimo titulo: cùm ibi tantùm datur reſtitutio vbi contractus tenet, & dum nullum remedium aliud ſupereſt, ſicut probatum eſt ſuprà. & ſic poſſet res vindicari ab eo qui iuſto titul. poſſedit per 40. annos: & ille qui iniuſto titul. poſſediſſet tutus eſſet præſcriptiõe. Cæterùm illud verbũ quod eſt in illa decret. Requiſiuit. Semper debet illæſa ſeruari, &c. exponit̃, id eſt, in omni contractu vbicunq; enormiter læditur, vt notet ſempiternitatem contractuum & non temporum.

Spretis opinĩoibus ſtandũ legibus. Eccleſia tantùm intra 4. annos à tempore læſionis reſt.

Aliæ duę opiniones nullo iure roborantur. Et ideo ſtandum eſt legi quæ dicit, quòd omnis reſtitutio fiſci & reipub. vel priuatæ perſonæ, infra quadriennium limitatur, & vltra non extenditur. intra quod cauſſa reſtitutionis tractari debet & terminari. C. de tempori. reſti. in integ. l. vlt. Et per hanc legem

gem dico cum Laurentio magiſtro meo, & alijs magnæ opinionis teſtibus, reſtitutionem in inte. faciendam eſſe vſq; ad 4. annos à die læſiõis ſuæ nu〈m〉erandos, & nõ vltra. Et hoc dico obtinere in reſtitutione reipub. De reſtitutione maiorum dico, quòd ſi maior 25. an. læditur in præſentia, & reſtituendus eſt iuſta de cauſſa, cõputabitur quadriennium à læſionis die & non vltra. Si in abſentia læſus eſt, computabitur ei à die reuerſiõis: ita quòd tantum tempus cõcedatur ei ad reſtitutionem petendam, quãto ipſe fuerit abſens: Sicut dictum eſt ſuprà de reſtitutione minorum cùm decipiuntur in tempore. Et hoc approbat Azo. & eſt arg. ff. ex quib. cau. maio. l. Sed etſi §. ſi feriæ. & §. quoties. & intra hoc tempus cauſſa debet tractari & terminari. Sed pone, quòd absẽs fuit per vnam diẽ, dicetur quòd vnam tantùm diem debet habere ad reſtitutionẽ obtinendã. vt expreſsè dicit l. ſed etſi. §. quoties. Sed quomodo intra illũ diem ꝓbare poterit

Reſtitutio maiorum ſit, ſi præſentes ſint, intra quadrienniũ à die læſionis numerandũ.

terit & læſionem ſuam, & ſententiam obtinere? Reſpondeo ſibi imputet qui ſe in tantũ arctauit. vt ff. ſi quis cautio, &c. l. 2. §. Si quis tamen. cùm non debeat plùs habere abſens quàm pręſens. Sequitur videre qs poſsit reſtituere in integr. & dico quòd quilibet tam ordinarius quàm delegatus, tã à principe, quàm ab alio iudice: niſi delegatus ſit ab eo, qui ꝓpriam nõ habet iuriſdictionem. quia ille reſtituere non poteſt, prout etiam arbiter reſtituere non poſſet. Sed delegatus poteſt reſtituere, ſi ei ſpecialiter demandatur vt reſtituat, & iudicet de quæſtionibus quæ incidunt in cauſis ſibi cõmiſsis. vt ꝓbatur C. apud quẽ reſtit. peti poſſit. l. vlt. & D. de mino. l. in cauſſæ. 2. & l. ſequ. & l. præſes. & ext. de in integ. reſt. requiſiuit ext. eod. ti. c. ex literis, & c. cauſſa reſtitutionis.

§. 4. Quis poſsit in integr. reſtituere.

Corã quo iudice cauſa reſtitu. tractetur.

Et debet tractari cauſſa reſtitutionis in foro eius, contra quem petitur reſtitutio. C. vbi & apud quẽ reſtit. poſtul. l. 2. Cognoſcit etiam de ea iudex ordinarius reſtituẽdo

tam

tam in contractib. quàm in alijs, & etiam contra ſententiã à ſeipſo latã. Veruntamen ſolus princeps reſtituit in integ. aduerſus ſententiam procuratoris ſui, vel iudicis quẽ delegauit, vel contra res bis iudicatas, vel contra ſententiam ſuam, vel anteceſſoris ſui. Licet rarò legatur. C. vbi & apud quem cog. in integ. reſti. agit. ſit l. 1. C. ſi. aduerſ. rem iudica. l. aduerſus. ff. de mino. l. in cauſſæ. §. vltimo. & l. Præfecti etiam prætorio: & l. minor autem & 35. q. 9. quod quis. & 21. diſt. inferior ſedes. Effectus reſtitutionis eſt, vt ea poſtulata permaneant in eodem ſtatu omnia, in quo erant ante poſtulatam reſtitutionem. Nec enim res ſuper qua petita eſt reſtitutio, alienari debet, nec ſententia executioni mandari, nec aliquid fieri in præiudicium petentis reſtitutionem, donec terminet quæſtio reſtitutionis. C. in integrum reſtit. poſtu. ne quid no. fi. l. vnica. Et reſtitutione conceſſa contra ſententiam, vel proceſſum cauſſæ: audietur,

Rarũ ebenit

§. vlt.

Effectus reſtitutiõis eſt, quòd ea petita in eod. ſtatu permanẽt oĩa, quouſq; de cauſſa reſtitutiõis cognoſcatur.

Reſtitutiõe impetrata, oĩa ad priſtinũ ſtatũ redeunt.

dietur, ſicut ante ſententiam & admittetur ad id, quod ſibi petit reſtitui. ext. de re iudicat. c. cauſſam. ext. de reſtit. in integr. c. ex literis. Si autem reſtitutio conceſſa eſt ſuper contractu aliquo, vnuſquiſq; recipit quod dedit, & quod ſuum eſt, & quod ex re ſua peruenit. vt C. de reputat. quæ fiunt in iudi. in integ. reſti. l. vnica D. de minor. l. quòd ſi minor. §. Reſtitutio. extra eodem titul. C. requiſiuit. extra de reb. eccl. non alienan. C. de poſſeſſionibus. quoniã nemo debet locupletari cum aliena iactura. vt D. de tranſact. l. cùm hi. §. ſanè. & D. de cond. indeb. l. nam hoc. vbi dicitur. Nam hoc natura æquum eſt, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem. Et hæc tam de in integr. reſtitut. quàm de cæteris articulis in præſenti opuſculo cõprehenſis ad iudicum inſtructionẽ breuiter dixiſſe ſufficiat.

Explicit tractatus de ordine iudiciorum Magiſtri Tancredi gloſſatoris.

INDEX TITVLORVM HVIVS LIBRI.

Tituli libri primi.

Titul.		Pag.
1	De ordine iudiciorum	2
2	De diuiſione iudicum, & primùm de ordinario	4
3	De officio iudicis ordinarij	14
4	De officio iudicis delegati	19
5	De differentia iudicũ delegatorũ	33
6	De arbitris	44
7	De aſſeſſoribus, & auditoribus	70
8	De aduocatis, & eorum officijs	82
9	De ſalarijs, & ſumptu	89
10	De procuratoribus cõſtituendis	94
11	De officio & poteſtate, uel effectu procuratoris	116
12	De ſyndico & actore, & eorum officio	130

Tituli libri ſecundi.

1	Quod iudiciũ actor adire debeat	141
2	Vbi, & quomodo iudex adeundus ſit	153
3	De in ius uocatione	156
4	De contumacibus & nõ ad iudicium	

uenientibus 171
5 De exceptionibus 187
6 De replicationibus 210
7 De recuſationibus iudicum 212
8 De criminibus, & qua ratione contra criminoſos agatur 231
9 De libellorũ formatione, & primùm de libello accuſationis 269
10 De libello conuentionali in poſſeßorio, et primũ recuperandæ poſſeß. 274
11 De libello adipiſcẽdæ poſſeßiõis 283
12 De libello tuendæ uel defendendæ poſſeßionis 285
13 De libello cõuentionali in petitorio, & primùm in perſonali actione 287
14 De libello rei uindicationis in reali actione 291
15 De ſatisdatione actoris 303
16 De ſatisdatione rei 307
17 De ſatisdatiõe procuratorũ actoris, & rei, & de effectu ſatisdationum 312
18 De dilationibus 325
19 De ferijs 344
20 De reconuentionibus, & mutuis petitionibus 352
21 De incidentib. quæſtionib, & præiu-

dicialib. quo ordine proponẽdæ ſint 359
22 De interrogationibus, quæ fiunt ante litis conteſtationem 369

Tituli libri tertij.

1 De litis conteſtatione 381
2 De iuramento calumniæ 395
3 De interrogationibus in iure faciendis 411
4 De confeßis in iure 421
5 De probationibus 435
6 De teſtibus, & primò qui poßint eſſe teſtes, & qui non 457
7 De numero teſtium in qualibet cauſa 475
8 Quando, & quomodo teſtes producendi & introducendi ſint 482
9 De iuramento & examinatione teſtium 498
10 De publicationibus teſtium 509
11 De reprobationib. & fide teſtiũ 518
12 De inſtrumentorum editione 532
13 Quanta fides adhibeatur inſtrumento 553
14 De præſumptionibus 560
15 De probationibus iuris & allegationibus 571

Tituli

INDEX.

Tituli libri quarti.

1 De ſententia definitiua, & interlocutoria 587
2 Quæ ſententia ipſo iure nulla ſit 611
3 Quemadmodum ſententia ualida reſcindatur 620
4 De exequutione ſententiæ 630
5 De appellationibus 646
6 De effectu appellationum, & quæ recipiendæ, quæ uerò ad priorem iudicem remittendæ ſint 668
7 De reſtitutionibus in integrum 676

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

ERRATA VT CORRIGAS, ADVERTE PRIMVM numerum paginam, ſecundum lineam, ſemel tantùm adſcriptum numerum lineam in eadem pagina ſignificare.

Pagina 1. Linea vlt. in margine. *Modicenſis.* 21.19. *in Text. quia iurisdictio ſine medica coërcitione, nulla eſt.* 26.23. *a Rectè. b ſi dum adhuc integra res ſit,* 29.5. *in marg.* Moderari tamen *poteſt, ne manifeſta inde reſultet iniquitas: vt ſi expreßum errorē habeat, &c.* 36.17. *& debet in cauſa procedi: maximè, cùm delegatus nō eſt certus de morte delegātis;* 37.5. *in marg.* Hodiè *omnes iudices citare poßunt: vt ext. de offi. & pot. iud. deleg. c. paſtoralis. §. 1.* 43. *penul. Tumidus.* 21. *cōuentionem.* 44. *antepe. vtrunq;.* 48.18. *in marg. vt maximè poteſt.* Nā *qui minus idoneū elegit, de ſe cōqueratur.* 69.21. *in marg. cōpromißarius.* 124.19. *c.* 1. 136.12. *miniſteriū.* 137.16. *cū de decreto.* 145.18. *quēlibet.* 146.18. *ſe debet.* 160.13. *in mar. reū.* 173.11. *c. tuæ.* 176.3. *c. quoniā.* 180 9. *actorē.* 182.2. *in margi. quam in corpore.* 206.11. *in marg. fideiuſſore.* 18. *deſiderare.* 236.5. *increpa.* 288.18. *de iure dot. l. ſtipulationē.* 292.11. *Maximus* .18. *fundū.* 314.4. *in marg. eliudantur.* 317.10. *ratum habere.* 329.10. *in margi. leui.* 397.24. *iudicare.* 410.12. *cōſtitutus.* 439.8. *patre.* 481.20. *valet.* 516.14. *Melfitenſi.*